ACCADEMIA DI MEDICINA DI TORINO

FREDERICI DEKKERS
EXERCITATIONES PRACTICÆ
ILLUSTRATÆ, ET AUCTÆ.

FREDERICI DEKKERS
MEDICINÆ DOCTORIS
EXERCITATIONES PRACTICÆ
CIRCA
MEDENDI METHODUM,

Auctoritate, Ratione, Obſervationibuſque plurimis confirmatæ, ac Figuris illuſtratæ.

CUM

Capitum, Sectionum, ut & Rerum, Morborum, ac Medicamentorum Indice.

IN HAC NOVA EDITIONE NOTIS, ANIMADVERSIONIBUSQUE

ANGELI DE MARTINO
MEDICINÆ DOCTORIS

EXORNATÆ, ET AUCTÆ.

NEAPOLI Anno Dom. M. DCC. XXVI.
Typis Felicis Moſca

SUMPTIBUS GAETANI ELIA BIBLIOPOLÆ.

Superioribus Annuentibus.

PRÆCLARISSIMO VIRO
NICOLAO CYRILLO
IN NEAPOLITANO LYCEO
Aphoriſticæ Medicinæ Profeſſori Primario Eximio,
E T
PRACTICO LONGE CELEBERRIMO.

VEtus eſt conſuetudo, Vir Illuſtriſſime, & à Sapientibus quoque haud improbata, ut qui novam Auctoris alicujus editionem meditetur, ſimulque ad eam perpoliendam, notiſque exornandam ſuam intendat curam, Virum ſibi quærat & literariâ auctoritate, & Scientiarum nitore præpotentem, ſub cujus auſpiciis tutò poſſit eam in lucem ſiſtere, omnemque invidiæ labem effugere. Hoc ego ſedulò Mente revolvens, quiſque potiſſimum ſatis huic rei poſſit facere expendens, non alium,

quàm

quàm Te Ampliſſimum Virum, ſeligere volui, cui elucubratiſſimas Frederici Dekkers circa medendi Methodum Practicas Exercitationes, quas meo ſtudio exornatas, & non leviter auctas à noſtris Bibliopolis recudi curavi, unicè nuncuparem. Ita enim eam votis meis aptè reſpondentem deprehendi, ut nihil cogruentius deſiderare potuerim. Etenim tam acre ſortitus es ingenium, omnique ſtudiorum generi accommodatum, atque miram adeo in docendo facilitatem tibi comparaſti, ut omnem Literarum longo nobis poſtliminio reductarum gratiam, omneque decus Tibi ſoli deberi, nemo eſt, qui audeat contradicere. Namque licet barbarie temporum excuſsâ renatas ubique literas Præclari ſemper Viri ex remotiſſimis veluti Regionibus huic noſtro Cœlo inferre adlaboraverint, non ita tamen ſuo officio defungi potuere, ut nihil alienæ relinquerent induſtriæ. Tibi etenim gloria iſta delata, quodque magis mirere, quod ſocium in ea non habeas, ut quod ab aliis inchoatum fuerat, ad umbilicum feliciter perduceres, nobiſque, ingenii, conſiliique tui lumine porrecto, veram ſtudiorum rationem aperires. Tantis itaque beneficiis Cives tuos mirificè devinxiſti, ut ſicuti inchoati operis gratiam, qui Te præceſſerunt, Viris debent, ita perfecti Tibi ſoli acceptum referunt. Medicinæ autem

Cathedram; quam in florentiſsimo noſtro Lyceo tuæ Virtutis pretio comparaſti, tanto cum decore ad hunc uſque diem ſuſtinuiſti, ut omnibus jure miraculo ſis; perque Sapientum ora pervolites. Tanto quoque cum judicio Medicinam cum vera Philoſophia conſocias, ſimulque quaſdam in Aphoriſmorum interpretatione, ut ipſe appellare ſoles, Parecbaſes doctas quidem, Cleanthiſque lucernam redolentes interſeris ad Philoſophicam rem ſpectantes, ut Auditorum magnam manum tibi concilies, eorumque aures permulceas ſimul, & impleas. Te quoque Duce ac Magiſtro ei Juventus ſemitæ inſiſtit, quæ propria veritatis eſt, ad quam omnes noſtri conatus dirigantur oportet. Medicam vero Praxim tantâ ſimul cum felicitate, & venuſtate, tantoque etiam exerces candore, ut nemo Te in majori vitæ diſcrimine non exoptet, nemo, qui ad Te tanquam ad ſacram, quod ajunt, anchoram, quum res ad Triarios rediit, non confugiat. Quid de Botanica dicam? cujus ſtudium antehac penitus inacceſſibile & invium, apertum ac patens nobis reddidiſti. Quod quidem tantam quæſivit tibi gloriam & famam, ut ſeris quoque noſtris Nepotibus livor ipſe edax nomen tuum invidere haud poſſit. Pudebat equidem in hoc noſtro Cœlo, cui Natura feraciſſimam elargita eſt Plantarum ſegetem, nec

ſe

ſe quoque in iis ; quæ ob inſolentiam maximi duci ſolent, Novercam induit, neminem inveniri, qui eas ratione, uſu, & longâ experientiâ percognoſceret, alioſque edôceret, reique Herbariæ ſtudium neglectum, ac prope inſuper habitum Regionibus hiſce noſtris revocaret. Ex quo autem, Vir Illuſtriſſime, manum tuam huic operi admoviſti, protinus Botanices ſtudium, hinc exulare juſſum, reductum vidimus; illicò Hortos quæſitiſſimis undique Plantis accitis, alienâ (a) adiuvante operâ, conſertos conſpeximus; ſtatim Campos ac Saltus multorum Juvenum Plantas inviſendi noſcendique ſtudio ex Urbe evocatorum tritos, ac ſolo preſſos animadvertimus. Deſiſtat ergo nunc turgeſcere ac inflari, jactare quoque tanto cum faſtigio Tournefortium illum, quo innixa Res Herbaria ſtetit, Gallia superſedeat, quum talem Virum tali cum Plantarum peritia Regiones hæ noſtræ ſortitæ fuerint. Has omnes dotes multarum quoque Linguarum cognitioni commiſiſti. Nam, ut præteream Linguas illas, quæ minoris momenti deſultoriâ veluti operâ comparantur, Græcam & Latinam, quæ Scientiarum, bonarumque Artium, ut ita dicam, theſaurum recondunt, adeo perfectè calles, ut penè obſtupeſcant omnes, qui Te totam vitam in longè alio ſtu-

diorum

(a) Sanctus Cyrillus noſtri Nepos, quem eximia in rebus Botanicis peritia omni jam fecit laude majorem.

diorum genere inſumpſiſſe non ignorant, mirentur quoque, Virum ad Scientiarum ſtudium jam ab ineunte ætate devotum tantum in hiſce Linguis profeciſſe. Non eſt igitur, cur miremur, ſi exteri Principes magnâ tui admiratione teneantur, majore amore, ſtudioque Te complectantur. Exploratum quippe eſt, Sapientiſſimum illum Sardiniæ Regem crebris ſollicitaſſe codicillis, largioribuſque oblatis ſtipendiis Te compellaſſe, ut ſalutis ſuæ gubernacula adprehenderes, ſimulque ſubjectas ſibi Gentes, ac Juventutem, ut par eſt, formares, boniſque Artibus erudires. Nil quoque in cauſa eſt, cur miremur, ſi Sapientes quique Viri tuam amicitiam expetant, eamque maximi ducant. Cui enim non eſt compertum, eruditiſſimum illum, ſummâque laude dignum Nicolaum Pium Garelli, cui ſalus Invictiſſimi noſtri Regis jam olim commiſſa fuit, quem ſperamus ea ſub tanto Rectore luſtra clauſurum, quæ olim optimo Principi magnus precabatur Orator, tuam amicitiam recolere, magnique facere? Quid mirum denique, ſi Illuſtris Societas Londinenſis, quæ inſignium Virorum nominibus per totum Literarium Orbem jam refulget, & cui modò Iſaac Newton, omnium Geometrarum facilè Princeps, præeſt, Te unicum elegerit, & humaniſſimis literis ad obſervationes Meteorolo-

gicas inſtituendas compellaverit ? Unde quis in animum non inducet ſuum , propediem Te in eo albo connumerandum eſſe , in quo Barrowii , Gregorii , Keillii , Halleii , Sherardi, Leewenhoekii , Rayi , Cowperi ; aliorumque illuſtrium Virorum nomina relata fuere ? Sed quid plura ? Nemo enim eſt , qui audeat ea omnia oratione complecti , quæ in Te , Illuſtriſsime Vir, reperiuntur, ut ſi laudes tuas protelò ducere velim , præterquam ſingularis tua modeſtia , quæ vellem dicere, importuna vetaret, in vaſtiſsimam quoq;altitudinem, ac veluti profundum invehi , animo pervideam . Quod ſupereſt , & Te precor , ut meum hoc munuſculum , quod ingenio tuo arridere jam olim ſenſi , benignè accipias , illudque ut meæ erga Te obſervantiæ τεκμήριον , gratique animi argumentum reputes ; & Deum Immortalem oro, atque obteſtor , ut valetudinem tuam , quâ optimâ perfrueris , ſoſpitem conſervet , ac in melius provehat , Teque in longum oras haſce noſtras propter Scientiarum incrementum , ac publicæ utilitatis ergo inviſere concedat . Vale.

TUI.

Addictiſs., & *Devotiſs. Famulus*
Angelus de Martino.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
ANGELUS DE MARTINO.

Haud inani ſermone, aut ultra, quàm res ipſa exigit, tempora tua hìc in limine morabimur, Benevole Lector, verum conſilii noſtri, atque univerſi adeo operis hujus, quod noſtrum aliquandiu exercuit ingenium, rationem, quàm fieri poteſt, breviſſimè tantum aperiemus. Medicam Praxim Auctor noſter illuſtrare intentus, & communi Hominum bono inſervire ſatagens, nihil utilius fore cenſuit, quàm ſi Medicinæ Tirones circa rectam medicamentorum adminiſtrationem potiſſimum edoceret. Etenim prava illa conſuetudo, quæ jam ubique fere graſſatur, & latiùs atque latiùs gliſcit, novas quotidiè & nitidiores morborum Theorias proferendi, tantum abfuit, ut animum ſuum illexerit, quin potius præſtantiſſimæ medendi Arti noxia ipſi viſa fuerit. Siquidem nunquam magis Medicinæ ſtudia colentes à recto tramite detorquentur, quàm ubi in rebus Medicis commenta Philoſophica curioſiùs ſectantur, à quibus ita plerumque diſtrahuntur, ut nec medicamentorum diſcrimina, ingenium, & vires ſatis diſtinguere curent, neque morborum obſervationibus inſtituendis aliquam operam navent. Eâ itaque Provinciâ ſusceptâ, id ſibi curæ Auctor noſter demandavit, ut rectam in quolibet morbo medicamenta uſurpandi rationem Lectori ſuo exhiberet; cui quidem rei an ſatis ipſe fecerit, facilè dijudicare poterit, quisquis univerſum prius opus evolverit. Et ſanè tanto muneri parem eum fuiſſe, nemo inficias iverit, ſi vel Ægrotantium copiam, quibus ipſe præfuit, & quorum hiſtorias Operi huic paſſim inſeruit, conſideret; vel id potius animadvertat, quod majorem vitæ partem Veterum Medicorum de Praxi optimè meritorum lectioni devoviſſe perhibeat. Etenim tametſi, quum de morborum Theoriis res eſt, nulli propemodum addictum eſſe oporteat, ſed omnia ad rationem exigenda; nihilo tamen minus in rebus ad Praxim pertinentibus plurimum eorum auctoritati deferendum, qui felicioribus curationum eventibus magnum ſibi nomen compararunt. Illud etiam ad eximiam Auctoris noſtri in re Practica ſolertiam

commendandam haud reticebo, quod Clariſſimum Sylvium de Le Boe & docentem audiverit, & Medicinam facientem excoluerit, quem licet in Theoricis non ita habeo, ut nulli alteri non poſtponam, tamen rationem ipſius medendi miror adeo, ut facilè reliquos ævi ſui Medicos ſe ſuperaſſe, & palmam iis præripuiſſe putaverim. Inter cætera vero enitet methodus, qua Opus hoc ſuum in Tironum potiſſimum gratiam conſcripſit. Etenim quum ipſi propoſitum eſſet de Medicamentis diſſerere, deque evacuantibus præcipuè, quæ Medicinæ efficaciam clariùs evincunt, ita quidem illa per ſingula capita perſequitur, ut univerſam materiam Medicam complexum fuiſſe videatur. Primùm enim medicamentorum naturas ac vires aperit, rationem eorum operandi declarat, principaliores eorundem uſus demonſtrat, feracemque ipſorum ex omni familia quæſitorum ſegetem exhibet; non neglectis etiam iis, quæ ex Chymicorum manibus accepimus, quorum selectas præparationes interſerit. Tum vero concinnas & elegantes pro quolibet fere morbo eorum formulas nectit, quas partim ingenio ſuo excogitavit, partim ex præſtantiſſimorum Medicorum monumentis deprompſit. Hac præſidiorum meſſe comparatâ, ſuperfluos deinceps corporis humores conſtituit, qui præfatis medicamentis facilè parent; tum, qui iis viriliter adverſantur, accuratiſſimè detegit. Poſtquam vero ab his ſeſe expedivit, omnes deinde morbos enumerare adgreditur, quibus aut eadem remedia ſecundo cum eventu præſcribi queant, aut qui eorundem uſum refugiant, nec ſe ab iis curari patiantur: quibus itidem Hominibus ea impunè adhiberi poſſint, quibus vero ſecus, oſtendit. Qua quidem in re ætati, ſexui, & uniuſcujuſque temperamento animum adtendit, corporis quoque habitum, vivendique morem ubique conſiderat. Quod quidem haud abs re factum, nemo opinor putaverit, ſi quæ apta Pueris, nec Juvenibus nec Senibus remedia convenire, animo ſibi proponat; alium quoque Medicum eſſe oportere in Ruſticis ac in Urbanis, alium, quum robuſtum validumque medendum habet Corpus, quàm quum de ejus agitur curatione, quod gracile, tenue, ac infirmum eſt. Ea inſuper ſigna indicat, quæ aut alicujus medicamenti uſum confirmant, aut ab eodem Medicum deterrent; tempora exactè circumſcribit, quidque in unoquoq; faciendum ſit, ubique refert. Leges denique nectit, ad quarum normam medicamentorum ratio exacta, quid ante, quid poſt, quidque in eorum uſurpatione agere nobis oporteat, nullo negotio diſtinguere

re

re valeamus. Id præterea obſervandum, quod ut Auctor noſter Lectorum ſimul utilitati magis conſuleret, & majorem ſuis aſſertis fidem compararet, aptas ubique rationes adhibeat, inſignium Virorum auctoritatem adjungat, & Ægrorum hiſtorias ſæpius interſerat. Has vero tanto cum candore ac diligentia recenſet, ut nihil fictum aut inſolens alicubi appareat, nihil cauſis, morbis, aut ſymptomatis detrahat, nihil, quod ad Ægrorum temperiem, aut medicamentorum uſum pertineat, prætermittat. Quod quidem tam raró ab hujus generis Scriptoribus uſurpatum video, ut nullus poſſit mecum dubitare, plurimas morborum hiſtorias, quæ in Medicorum Monumentis paſſim occurrunt, nihil veri ſolidique continere, ſed eo tantum fine à ſuis Auctoribus confictas fuiſſe, ut rerum inſolentiâ admiratione noſtrâ excitatâ nomini eorum plauderemus. Quantum vero ex ſingularium morborum hiſtoriis à diligentiſsimis Viris accuratè conſcriptis in Arte medendi proficere poſsimus, neminem latere arbitramur, qui unquam adverterit, generalia Theoremata, ex quibus ipſa eſt conflata, ex peculiaribus obſervationibus eruta fuiſſe. Quod nemo opinor contradixerit, ſi modò non ignoret, non prius Medicinam ſuos primos miteſque ortus vidiſſe, quàm experimenta & morborum obſervationes inſtitui cœperint; & tunc demum primævâ depoſitâ ruditate robur ac veluti ſoliditatem indeptam, quum iis undique quæſitis, ac inter ſe collatis medendi ratio ad generalia præcepta fuit redacta. Sed magni Viri JOACHIMI CASTALDI Præceptoris mei, cui natura incredibilem ingenii vim elargita eſt, & quem acutiſſimum in illuſtri noſtro Lyceo Aphoriſmorum Hippocratis Interpretem Sapientes omnes ſalutant, auctoritatem adjungam. Is enim ſæpe mecum, ut fit, de ſingularium obſervationum in re Medica præſtantia ſermones conſerendo, tam præclarè pro iis ſenſit, ut nec Medicinam ſine iis tutò conſiſtere, neque fixam & conſummatam medendi methodum conſtitui facilè poſſe decreverit.

Sed de Auctore, ejuſque ſcribendi conſilio ſatis ſuperque actum puto. Jam quæ noſtra fuerit ratio in nova hac editione exornanda, paucis aperiam. Equidem potentiorem nullam afferre poſſum cauſam, quamobrem id muneris ſubierim, niſi ut Amicorum conſilia ſequerer, iiſque morem gerere viderer. Quum enim jam pridem hujus operis, quod à multis expetitum perſenſi, deeſſent exemplaria, atque ut recuderetur, ipſe ſolus, vel certè primus ſuaſor fuerim, ut hoc notum

Ami-

Amicis, & novæ editionis conſilium confirmarunt, utque eam de ingenii mei penu exornarem, me invitum & reluctantem impenſiùs agitarunt. Itaque nullâ deditâ operâ, aut præmeditato ſtudio oblatum mihi onus ſuſcepi, & prout à Librario Operis folia mihi tradebantur, deſultoriè ac feſtinanter pervolvi, quidque potius arbitrio meo adjicere & notare arrideret, quàm quæ addenda & notanda eſſent, conſului. Certum tamen in nonnullis ſequutus ſum conſilium, ut nempe in cujuſque Capitis limine ejus generis medicamentorum, cujus præfert inſcriptionem, operandi rationem aperirem, quod nimis perfunctoriè ab Auctore factum deprehendi; utque ad omnium Capitum calcem, quæ circa remediorum uſum ille diſſeruit, in compendium traherem. Quod quidem nulli moleſtum fore facilè credidi, quum habeant, qui Auctoris præcepta jam perceperint, unde ſine graviori lectione eorum memoriam repetant. Medicamentorum vero numerum non auxi, neque novas eorum formulas curioſiùs conquiſivi, quum id abundè præſtitum ab Auctore ipſo viderim. Morborum porro Theorias nonniſi tunc ſum perſequutus, ubi ad præcepta Auctoris confirmanda iis opus erat. In nonnullis vero effectibus, qui minus ſæpe apud nos occurrunt, & quorum hiſtoria à Tironibus expetebatur, latiùs excurri, ut rem iis maximè gratam facerem. Ad editionem quod ſpectat, ſi noſtram cum priori Lugduni Batavorum habitâ conferas, longè præſtantiorem ac nitidiorem eam facilè judicabis. Nam innumeris iſtam mendis, quibus illa ubique ſcatebat, diligenter expunximus; quæque parum decora Religioſiſſimis noſtris Cenſoribus viſa ſunt, ſic mutavimus, ut Auctoris mentem minimè ſuppTimeremus. In utroque vero adjecto Indice, ut quæ in Auctore, quæque in Notis quærenda eſſent, conſtaret, ſignum ✠ adhibuimus, & numeris præfiximus. Figuræ, quo meliori poterant modo, ſunt inſculptæ, eaſque in minores numero Tabulas contractas ad finem Operis, appoſitis ad ipſius marginem numeris earum indicibus, adjecimus. Cæterum quum id per alios peragere coactus fuerim, (ab hiſce namq; rebus meum abhorret ingenium, neque facilè iis me adtentum præſtare poſſum) nec potui elegantiorem Figurarum in Tabulis ordinem excogitare, neque Romanos numeros pro earum Indicibus adhibere; multò minus eam corrigere, quam perversè ſculptã affirmat Auctor in ſua mox ſequutura ad Lectorem Epiſtola, quæque Tab. V. Num. IV. reperitur. Hæc quidem propterea monenda cenſui, ut ſi quæ futura ſit Operis hujus nova editio, accuratioris Viri diligentia à levibus hiſce defectibus illam vindicet. Vale.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

FElice Moſca ſupplicando eſpone à V. Em., come deſidera riſtampare un'opera Medica, intitolata, *Frederici Dekkers Exercitationes Practicæ, Angeli de Martino notis, & animadverſionibus exornatæ*. La ſupplica pertanto à commettere la cenſura di eſſa à chi meglio li parerà, e l'avrà à grazia ut Deus.

Adm. Rev. Can. D. Januarius Majelli videat, & in ſcriptis referat.

ANTONIUS CAN. CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME, ET REVERENDISS. DOMINE.

UT Eminentiæ Tuæ pro meâ obſervantiâ mandata facerem, librum *Exercitationum Frederici Dekkers* cum adjectis luculentis, & eruditis notis ſapientis Viri Angeli de Martino legi, nihilque in eo à Catholica Fide, & bonis moribus alienum reperi; quare ad Medicinæ Artis illuſtrationem, & Tironum inſtructionem typis mandari poſſe cenſeo, ſi judicio meo Eminentiæ Tuæ auctoritas acceſſerit. Neap. VII. Cal. Junias. MDCCXXVI.

Em. T.

Humillimus, obſequentiſſ. atque addictiſſ. famulus
Can. Januarius Majelli.

Attentâ ſupradictâ relatione Domini Canonici Reviſoris, imprimatur. Neap. 26. Maii 1726.

ANTONIUS CAN. CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

FElice Moſca ſupplicando eſpone à V. E. , come deſidera riſtampare un'opera Medica, intitolata, *Frederici Dekkers Exercitationes Practicæ, Angeli de Martino notis, & animadverſionibus exornatæ*. La ſupplica pertanto à commettere la cenſura di eſſa à chi meglio li parerà, e l'avrà à grazia, ut Deus.

Magn. A. M. D. Joachimus Caſtaldo videat, & in ſcriptis referat.

MAZZACCARA	REG.	ALVAREZ	REG.
PISACANE	REG.	VENTURA	REG.

Proviſum per S. Emin. Neap. die 14. *Maii* 1726.

Murena.

EMINENTISSIME DOMINE.

JUſſu E.V. perlegi Librum, cui titulus eſt, *Frederici Dekkers Exercitationes Practicæ* notis & animadverſionibus Viri maximè diligentis auctæ, in quo utilitatis plurimum, Regiis Juribus nil adverſum reperi; quapropter typis recudendum cenſeo, ſi ita Eminentiæ Veſtræ videbitur. Neap. die 20. Maii 1726.

Eminentiæ Veſtræ.

Humillimus, & addictiſſimus Servus
Joachimus Caſtaldus.

Viſâ ſupradictâ relatione, imprimatur, verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.

MAZZACCARA	REG.	ALVAREZ	REG.
PISACANE	REG.	VENTURA	REG.

Proviſum per S. Emin. Neap. die 21. *Maii* 1726.

Murena.

FRE-

FREDERICUS DEKKERS

LECTURIS

Salutem.

PRimam harum Exercitationum Medicarum editionem à Vobis haud ingrato animo acceptam, nec abſque fructu nonnulla in iiſdem remedia &c. in uſum revocata Praxin exercitaturis, imo & eandem jam exercentibus profuiſſe, plurimi ſæpius fuere conteſtati. Verum nulla quia amplius exemplaria proſtant, Medicis Typographis ac Amicis novam à me editionem, ſed nonnihil adauctam, implorantibus, eam haud denegare potui, in quotidiana Praxi etſi occuper, in primis anno præterito ob Febres epidemicas hac in Civitate tum valde graſſantes. Attamen, quia *Nemo ſibi naſcitur*, eaſdem Exercitationes plurimis mendis non modò liberatas, ſed duplo quidem majores, variis obſervationibus nonnulliſque figuris illuſtratas, ac medicamentis tam ſimplicibus variis, quàm compoſitis adauctas, Benevolis denuo offero; non quà in Muſeo excogitatæ, ſed quà coram lecto ægrorum viſæ, notatæ, ac obſervatæ ſunt. Ita tamen, ut dicta, atque in hiſce Exercitationibus poſita, rationibus, atque tam Antiquorum quàm Neotericorum ſcriptis ac obſervatis, necnon propriis obſervationibus confirmare fuerim molitus. Hanc meam methodum his placituram, illos vero offenſuram, nullus dubito. Nihil enim hiſce temporibus à quoquam etſi doctiſſimo ac ſolertiſſimo proponitur, quin ſuos habeat Zoilos, quibus multò facilius eſt reprehendere,

Ψέγειν γὰρ ἅπαντες εἴδασι

ac aliorum famam proſcindere, quàm dicta ſcriptave emendare, aut meliora tradere. Plurimum namque nonnulli ſibi plaudunt, in re vel minimâ ſi quempiam increpare poſſint;

Ὀρθῶς εὖ ἀντιλέγειν, οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.

Sed rectè contradicere, non amplius in more eſt.

Difficillimum imo impoſſibile non tantum mihi, ſed unicuique hactenus fuit, omnibus operam gratam præſtare: quare vulgò dicunt, neminem inveniri, qui omnibus ſatisfaciat, *inter Homines enim nibil erit æquè jucundum*. Debet quoque adhuc naſci ille Coquus, qui noverit omnes ſic condire cibos, ut ſint omnibus æquè grati. Nec mirum.

Οὐ δὲ γὰρ ὁ Ζεὺς,
Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει οὔτ' ἀπέχων.

Neque Jupiter ipſe,
Sive pluat, ſeu non, unicuique placet.

Sed eheu! quàm dolendum, ſcripta Antiquorum æquè Medicorum Hippocratis nempe, Corn. Celſi, Aetii, Avicennæ, Haly &c. quàm alius cujuſque Facultatis Scriptorum hodie naſutulo hoc ævo à nonnullis non modò nullius precii haberi, ſed & vituperari, imo aliquos tam perfrictæ frontis reperiri, ut piaculum penè ipſis ſit, illos vel ſimiles legere Viros: non ſecus ac ſi veneranda Antiquitas nil notatu dignum, nihilque boni veriq; dixiſſet, aut ſcripſiſſet. Attamen nemini non notum eſt, à limine modo qui ſalutavit Medicinam Veterum, & Praxin exercuit unquam, quamplurima utique vera, & notatu imo miratu digniſſima Medica ac Chirurgica dogmata Hippocratem, Avicennam, Celſum (Latinum Hippocratem) &c. tradidiſſe. Quare & Galenus Lib. de atra bile Cap. 5. non malè dixit, *in Artis Medicæ operibus qui verſatus eſt, vera dicere Hippocratem affirmabit*. Nonnullis etiam Hippocratis, Avicennæ, Aetii, Celſi, &c. dicta haud diſplicerent, modò αὐτὸς ἔφα, ſeu ipſos dixiſſe, taceres; ſicque planè inficiuntur opinionum ac præjudiciorum pravitate. Undenam, quæſo, hujus ac præteriti ſeculi Medici & Chirurgi &c. ſuam Medicinam Chirurgiamve hauſiſſent, nî Arabs, Græcus, Romanuſve antiquus medicamenta, obſervata, ſcriptaque Poſteritati reliquiſſet? Verum nemo inficias ibit, non dari triticum abſque palea, nec ſemper eſſe obryzum, ſed ſæpiſſime aurum multis ſcoriis obductum: nobiſque etſi ſubinde eveniat, quod in Aurifodinis, qui operantur, accidit, ut inveſtigando & quærendo venam Auri, Argenti aut Cupri venam, multiſque ſcoriis obvelatam inveniamus, an ea de cauſa manum ab opere ſumus retracturi? Indine à mergendo & fundum maris petendo Conchas Margaritiferas inveniendi ſpe deſi-

deſiſtent, quia magnos, puros, rotundoſve non ſemper, verum & parvos impuroſque inveniunt Uniones? minimè gentium. Præterea Antiquorum Neotericorumque ſcripta perſcrutando ſæpius inveniemus, undenam alii ſua medicamenta, dogmata &c. hauſerint, vel forſan exſcripſerint. Hocque pede ſi pergamus, non rarò quoque videbimus, multos alieno de unguento olere, & quoſdam parvâ in re magnas Tragœdias excitando, & ut nova ac hactenus inaudita, ſed jam jam ab ipſis excogitata aut inventa exhibendo gloriari: verum aliis verbis magis fucatis etſi utantur, nonniſi eandem canere cantilenam, imo

Jovis Corinthum.

Sicque omiſſis fontibus rivulos illi conſectantur, qui hos ſequuntur. Verum, ut ſpes alit Agricolas, ſic perſcrutemur quoque potius, quàm floccifaciamus Antiquorum ſcripta, ex ipſis enim fontibus dulciores hauriuntur aquæ. Quare etiam non inſubidè Fabritius ab Aquapendente de Hippocrate, Avicennâ, C. Celſo &c. eorumque ſcriptis Diſcipulis ſuis dixiſſe fertur,

Vos exemplaria Celſi
Nocturnâ verſate manu, verſate diurnâ.

Verumtamen debitus honos neque denegandus illis, qui rem à Veteribus dictam atque propoſitam clariùs ac diſtinctiùs, vel novam quoque aut Veteribus ignotam inauditamque hactenus propoſuere ac deſcripſere; ut hac ratione, junctis quaſi manibus, Medicinam non tantum magis illuſtremus, verum & ad majorem perfectionem perducamus. Sic quondam Harvæus de circulatione ſanguinis, Olaus Rutbeck de vaſis lymphaticis, Steno de muſculis, & vaſis ſalivalibus, ut & nuper defunctus Clariſſimus D. Antonius Nuckius Adenographiam, Saliographiam &c. tractarunt: etſi quoque Veteres mentionem illorum, verum nec tam clarè, nec tam diſtinctè fecerint, ſed curioſis anſam ſatis ſuperque præbuerint. Quos inter excellit Avicenna Lib. 3. Can. Fen. 6. Cap. 1. Venetiis apud Juntas fol. 248. ubi hæc verba leguntur: *Sub ea ſcilicet lingua duo ſunt orificia, quæ ambo ingreditur ſtylus, & ſunt fontes ſalivæ, quæ ad carnem perveniunt glandoſam, quæ eſt in radice ejus, & nominantur generativæ ſalivæ: & iſti duo fontes nominantur duo effuſoria* (hauritoria) *ſalivæ, conſervantque rorem linguæ.* Idem fere legitur apud Galenum Lib. 11. de uſu partium Cap. 10. Vide ſis quoque Carpum in Mundinum, qui inter plurima hæc habet pag. 401. *Saliva in os noſtrum depluit per vaſa particularia tam ſuperiora,*

 quàm

quàm inferiora ; &c. Plura ac varia tam ex Anatomicis quàm Practicis antiquis adferre loca , ſupervacaneum duxi . Verum antequam manum de tabula , unum hiſce verbum addere fert animus , nempe Figuram. pag. 407. traditam rectè quidem fuiſſe delineatam , verum inversè vel perversè eſſe ſculptam: Artem ſculptoriam quia non calleo , per alios id peragere coactus fui . Sphalmata, ſi quæ alia occurrant , amor veſter ea condonet . Æqui bonique ergo LECTORES BENEVOLI conſulite , eoque animo haſce Exercitationes Practicas , quo Vobis offeruntur , accipite , ac valete.

Pridie Cal. Octobr.

Lugduni in Batavis 1694.

IN-

INDEX CAPITUM ET SECTIONUM.

Introductio ad haſce Exercitationes Practicas, ut & Auctoris propoſitum. *pag.* 1. 2. 3. 4.

CAP. I.

DE Errhinis & Sternutatoriis. 4. *& ſeq.*
horum formulæ. 7. 8. 9. *& ſeq.*
notæ in horum uſu obſervandæ. 11. *& ſeq.*
humores errhina aut ſternutatoria indicantes. 11. 12.
eadem vetantes humores. 13.
indicantes morbi. 14. 15. *& ſeq.*
vetantes morbi. 21. 22. *& ſeq.*
quibus in Hominibus nonniſi magnâ urgente neceſſitate præſcribenda. 26. 27. *& ſeq.*
minori cum periculo qui Homines patiuntur. 28. 29.
quando uſurpanda. 29.
ante eorum uſum quid agendum. 29. 30.
inter ſternutandum quid requiratur. 30. 31.
poſt errhina &c. quid conveniat. 31.
theoriæ errhinorum Anacephaleoſis. ✠ 32.

CAP. II.

DE Suffimentis. 32. 33. *& ſeq.*
horum formulæ. 34. 35. *& ſeq.*
notæ in horum uſu obſervandæ. 37. *& ſeq.*
ſuffimenta humores indicantes. 37. 38. 39.
probibentes. 39. 40.
morbi indicantes. 40. 41. *& ſeq.*
probibentes. 47. 48.
in quibus ægris præſcribenda. 48. 49 50.
non facilè præſcribenda. 50. 51.
uſurpandi tempus. 51. 52.
ante ſuffimenta quid requiratur. 52.
inter eorum uſurpationem quid agendum. 52. 53.
poſt eadem uſurpata quæ conveniant. 53.
theoriæ ſuffimentorum Anacephaleoſis. ✠ 54.

CAP.

CAP. III.

DE Apophlegmatiſmis, Maſticatoriis, & Gargariſmis. 55. 56. & ſeq.
horum formulæ. 56. 57. & *ſeq.*
notæ in horum uſu obſervandæ. 59. & *ſeq.*
humores indicantes. 59. 60.
vetantes. 60. 61.
morbi, in quibus cum ſucceſſu præſcribuntur. 61. 62. & *ſeq.*
neutiquam uſurpanda. 79. 80. & *ſeq.*
ægri indicantes. 83.
vetantes. 83. 84. & *ſeq.*
uſurpandi tempus. 85.
ante apophlegmatiſmos quid agendum. 86.
inter eorundem uſum quid conveniat. ibid.
poſt eoſdem quid faciendum. 87.
theoriæ apophlegmatiſmorum Anacephaleoſis. ✠ 87. 88.

CAP. IV.

DE Medicamentis vomitum moventibus. 89. 90. & *ſeq.*
horum formulæ. 94. 95.
notæ in horum uſu obſervandæ. 95. & *ſeq.*
vomitum humores indicantes. 96. 97.
vetantes. 97.
morbi indicantes. 98. 99. & *ſeq.*
prohibentes. 102. 103. & *ſeq.*
vetantes Homines. 107. 108.
indicantes Homines. 109.
inſtituendi ſigna. 109. 110. & *ſeq.*
tempus. 112.
ante vomitum quid obſervandum. 113.
aſſumpto vomitorio quid agendum. 114. 115.
poſt vomitum quid faciendum. 115. 116. & *ſeq.*
theoriæ Emeticorum Anacephaleoſis. ✠ 117.

CAP. V.

DE Medicamentis Purgantibus κατ' ἐξοχὴν ſic dictis. 118. 119. & *ſeq.*
formulæ medicamentorum laxantium, ſ. lenitivorum. 120. 121.
purgantia propriè dicta, ſ. cathartica. 121. & *ſeq.*

Cho-

cholagoga. 123.& ſeq.
horum formulæ. 124.125.& ſeq.
phlegmagoga.127.128.
horum formulæ. 128.129.& ſeq.
melanagoga.132.& ſeq.
horum formulæ. 134.135.
hydragoga.135. & ſeq.
horum formulæ.138.139.& ſeq.
panchymagoga.141.& ſeq.
horum formulæ.144.145.& ſeq.
notæ in uſu catharticorum obſervandæ.146.& ſeq.
purgationem humores indicantes.151.& ſeq.
vetantes.153.& ſeq.
morbi indicantes.155.156.& ſeq.
contraindicantes.204.205.& ſeq.
Homines, qui facilè ferunt.215.216.& ſeq.
non facilè ferunt.223.224.& ſeq.
inſtituendi ſigna.228.229.& ſeq.
tempus. 231.232.
dies aptus.232.& ſeq.
hora conveniens. 234.& ſeq.
quid agendum ante purgationem.235.236.& ſeq.
in purgatione.239.240.& ſeq.
poſt purgationem jam conſummatam. 243.244.& ſeq.
theoriæ purgantium Anacephaleoſis. ✠ 247.248.& ſeq.

CAP. VI.

DE Clyſteribus. 250.251.& ſeq.
ſuppoſitorio, ſ.glande.252.253.
clyſterum formulæ.253.254.& ſeq.
ſuppoſitoriorum formulæ.259.260.
humores indicantes. 260.
clyſmata morbi indicantes.261.262.& ſeq.
prohibentes.290.291.& ſeq.
ſuppoſitoria, in quibus præſcribenda.290.
acria non præſcribenda.294.& ſeq.
& clyſmata, in quibus Hominibus applicari poſſint.296.
297.& ſeq.
qui Homines eadem vetent.307.308.
uſurpandi tempus.308.309.
quid agendum ante clyſteris injectionem.309.310.

in enematum uſurpatione. 310. 311.
poſt injectionem. 311. 312.
theoriæ clyſterum, & glandium Anacephaleoſis. ✱ 312.

CAP. VII.

De Sudoriferis & Diaphoreticis. 313. 314. *& ſeq.*
horum formulæ. 325. 326. *& ſeq.*
notæ circa ſudorifera & diaphoretica. 331. *& ſeq.*
ſudorifera & diaphoretica humores indicantes. 333. 334. *& ſeq.*
vetantes. 340. 341.
morbi indicantes. 341. 342. *& ſeq.*
prohibentes. 402. 403. *& ſeq.*
blandiora cum ſucceſſu quibus in Hominibus præſcribenda. 411. 412. *& ſeq.*
in primis vehementiora non ita tolerantes Homines. 414. *& ſeq.*
ſudores provocandi tempus. 416. *& ſeq.*
quid agendum ante ſudoris provocationem. 418. *& ſeq.*
inter ſudoris eruptionem. 419. 420. *& ſeq.*
poſt conſummatam ſudoris eruptionem. 423. 424. *& ſeq.*
ſudorum differentiæ ac ſigna. 425. *& ſeq.*
theoriæ ſudoriferorum Anacephaleoſis. ✱ 426. 427.

CAP. VIII.

De Diureticis. 428. 429. *& ſeq.*
horum formulæ. 436. 437. *& ſeq.*
notæ circa diuretica. 445. *& ſeq.*
diuretica humores indicantes. 446. *& ſeq.*
vetantes. 447. *& ſeq.*
morbi indicantes. 450. 451. *& ſeq.*
prohibentes. 462. 463. *& ſeq.*
in quibus Hominibus cum ſucceſſu præſcribuntur. 469. 470. *& ſeq.*
cum periculo præſcribuntur. 472. 473.
uſurpandi & adhibendi tempus. 474. 475.
ante urinæ provocationem quid agendum. 475. *& ſeq.*
in ipſa diureſi quid faciendum. 476. 477.
poſt diureſin quid conveniat. 477. *& ſeq.*
theoriæ diureticorum Anacephaleoſis. ✱ 478. 479.

FRE-

FREDERICI DEKKERS,

MEDICINÆ DOCTORIS,

EXERCITATIONES PRACTICÆ

CIRCA MEDENDI METHODUM,

ILLUSTRATÆ, ET AUCTÆ.

AUream, & ſcitu neceſſariam ducimus regulam ab Hippocrate Lib. de affectionibus textu 36. traditam, *Quum*, inquit, *ad ægrotum deveneris, interrogare oportet, quæ patiatur, & ex qua causa, & quot jam diebus, & an venter ſecedat, & quo victu utatur*; pergit SENEX, *& primum conſiderare, an morbus à bile aut pituita factus ſit, aut ab utriſque*; deinde *utrum ſiccitate, an humiditate opus habeat*; *poſtea an morbum ſurſum purgare oporteat, an vero deorſum, ſive per veſicam*. Quomodo ægri interrogandi.

Breviter modicumque inquiramus hiſce dictis quid voluerit Hippocrates, & primo, *quæ patiatur æger*: nempe Medici eſſe interrogare ægrum & adſtantes aſſidenteſve, quinam ſint ægro præternaturam affectus aut ſymptomata, de quibus conqueratur, vel quibus viderint ipſum affligi præſentes. Juxta plurimorum ſententiam, Hippocrates, ſub paſſionis nomine ampliſſimè uſurpato, voluit quemlibet affectum (morbus ſive is ſit, ejuſve cauſa, vel ſymptoma) exhibere: Medicus enim non ſemper contra morbos tantum, aſt quoque contra cauſas, & ſæpius, præſertim hiſce in Regionibus, contra ſymptomata operatur; quod Galenus quoque docuit lib. xij. de methodo medendi. Verum quidem dictum illud, ſublatâ cauſâ tollitur effectus, antequam vero cauſa ſubinde ſublata ſit, æger à ſymptomatibus urgentibus acriterque inſurgentibus augentibuſque de medio tollitur. Exemplo ſit tibi, benevole Lector, arthritis graviſſima, doloribus intolerabilibus, vigiliis, ægrum affligens: ſi quis primo hujus morbi cauſam tollere vellet, antequam contra dolorem, vigilias, &c. quid in uſum revocaverit, nonne Medicus ille potius carnifex quam auxiliator vocarier eſſet dignus? ſic quoque ſe res habet in omnibus fere doloribus. Imminuendo tollendove vero ſymptomata, cauſa quoque tollitur, &

Qua ratione morbus ejuſq; cauſa indaganda.

Contra ſymptomata imprimis laborandum.

morbus jucundius tutiuſque curatur. Ex ægroti aſſidentiumque ore facilè morbi eſſentia, parſque affecta, ſi non prima, ſaltem ſequentibus viſitationibus Medico innoteſcet; ex.gr. pars affecta cognoſcitur 1. ex actione ſ. functione læsa, 2. ex ſitu, 3. ex excretis, & retentis, 4. ex doloris proprietate, 5. ex accidentibus communibus. SENEX primum conſiderandum monet, *an morbus à bile, aut pituita factus ſit, aut utriſque, deinde utrum ſiccitate an humiditate opus habeat.* Sæpius enim contigit ut Medico ægrum adſtanteſque bene interroganti, reſponſaque animo perpendenti, non pateat morbus, morbique locus affectus: aſt facilè ex dictis atque reſponſis concludere valet Medicus, an à bile, aut pituita, aut utriſque (addeſis aut acido, auſtero, aut à ſanguine &c.) factus ſit morbus, & an humiditate vel ſiccitate opus habeat æger, & an acidum auſterumve corrigendum, aut venæ ſectio ob plethoræ cauſam &c. inſtituenda ſit, nec nc.

Pars affecta quomodo cognoſcenda.

Cauſæ morborum.

Inquirendum ſequitur ſecundo, *ex qua cauſa*, ſcilicet patiatur æger; externâ ſ. procatarcticâ, præagente nempe, vel internâ ſ. proëgumenâ à procatarctica actâ in corpore agente. Harum accuratam ex ægro adſtantibuſque inquiſitionem, & indagationem neceſſariam Medico Hippocrates voluit. Cauſam continentem cauſis dictis addere ſupervacaneum duximus, quia ægro adſtantibuſque plerumque incognita eſt; ſed tantum Medicus diſcurſu à ſe ipſo facto eam aſſequitur & cognoſcit. Cauſarum diſtinctio, omni ambiguitate vitatâ, ſequens magis diſtinctione conſueta arridet: ubi in cauſas mediatas ſive remotas & immediatas ſive proximas diſtinguant: utræque ſunt vel externæ vel internæ; externæ mihi ſunt vel quæ aſſumuntur, uti aer, quem inſpiramus, cibus & potus, medicamenta & venena; vel quæcunque extrinſecus afficiunt, vel excreta nocent, ut ex. gr. nimia hæmorrhagia: internæ vero, motus & quies animi & corporis, ſomnus & vigiliæ, excernenda & retinenda; quæ quidem cauſæ dicuntur vel mediatæ, quatenus aliam cauſam proximam excitant, vel immediatæ, ſi illarum quædam morbum immediate efficiant.

Cauſarum diſtinctio.

Sic Medicus ægrum & adſtantes interrogabit, undenam illud malum acceſſerit, anne in aere frigidiore, calidiore, vel humidiore, ſiccioreve ambularit nimium; vel an cibum aut potum in nimia vel minori quam par erat quantitate, qualitateve, vel tempore inconſueto uſurparit; nimiumque, an minus ſolito ſe moverit vel quieti, ſomno, vigiliiſve ſe dederit; anne ira, metu, animi mœrore, timore, terrore ſubitaneo, vel triſtitia vexatus fuerit. Hac via externis interniſque cauſis ab ægro & adſtantibus propoſitis & jam intellectis facile Medicus in cognitionem cauſæ proëgumenæ internæ immediatæ deveniet.

Medicus qua methodo deveniat in cognitionem cauſæ internæ.

Ter-

Tertio, *& quot jam diebus*. Hiſce verbis, morborum tempora univerſalia Hippocratem intellexiſſe, principium nempe morbi, augmentum, ſtatum ſ. vigorem, & declinationem, plurimi Viri graves putant. Hac autem methodo Medicus concludere poteſt, an morbus ſit magnus, quod ex virium jactura ſubitanea, parte affecta, malignitate, vel natura morbi patet; vel an brevis, cito nempe curſum abſolvens, ut febris acuta; longus, morbus longus vocatur, qui tardè finitur, & ultra diem quadrageſimum durat; an vero continuus, qui ab invaſionis initio ad finem indeſinenter affligit; an autem intermittens, qui quibuſdam intervallis ſeu periodis affligit; vel an recens, inveteratuſve, qui chronicus dicitur; & an idiopathicus cujus cauſa generatur in eo loco, ubi morbus eſt; an vero ſympatheticus cujus cauſa alio in loco generatur, quam in quo morbus eſt; eventuſque an ſalutaris, dubius, lethalis, ſanabilis, vel inſanabilis ſit. Morborum tempora & differentiæ.

Quarto, *an venter ſecedat*. Hoc quam maximè ſcitu neceſſarium, an alvus ſit laxa, an vero adſtricta, & an ſingulis diebus vel biduo triduove ipſam deponat æger; & an plus minuſve ſolito dejiciat, & excernat quæ excernenda; vel anne nimis profuſè fluat alvus: ex quibus omnibus Medicus concludit, laxationem, an purgationem, corroborationemve, aut adſtrictionem neceſſariam eſſe. Alvus an reſpondeat.

Quinto *& quo victu utatur*: nempe an pleno, an vero tenui, vel tenuiſſimo; & an humido an vero ſicco utatur æger; & an ſufficiens ſit conſervare vires, juxta Hippocratem ſect. 1. Aph. 1x. vires enim alimento imprimis conſervantur; vel an augendus, vel minuendus. Ex victu quoque præſenti ſcilicet & ante adhibito humorum peccantium ac in corpore redundantium cognitionem aſſequitur Medicus: qui niſi tollatur & melior præſcribatur, morbus non curatur; impoſſibile fere judico, ægrum indies in diæta peccantem bene curari poſſe. Victus ratio.

Ultimo, *an morbum ſurſum purgare oporteat, an vero deorſum, ſive per veſicam*. Hæc latè, non vero ſtrictè ſumenda judico, adeo ut per ſupernam purgationem non tantum vomitoria, aſt quoque errhina, ſuffumigia, &c. intelligantur, & ſic de cœteris: nec quoque excluduntur humores vitioſos corrigentia & temperantia medicamenta; nam correcti vitioſi, crudique jam cocti humores facilius minorique cum ægrorum moleſtia è corpore expelli poſſunt; juxta Hippocratem aph. xxij. ſect. j. & v. Epidem. xxv. Morbus quo modo tractandus.

Propoſitum ergo noſtrum eſt, de ſingulis nempe errhinis, vomitoriis &c. agamus, eorumque formulas quaſdam, notaſque circa errhina, cathartica, diaphoretica, & diuretica &c. tradamus, imo quibus in humoribus, morbis, hominibus &c. conveniant, vel noceant; Auctoris propoſitum.

ceant; quid ante, in, vel poſt aſſumptionem dictorum medicamentorum agendum ac obſervandum ſit; ac dicta noſtra obſervationibus, rationibus, auctoritate ac ſcriptis aliorum Medicorum Practicorum tam Antiquorum quam Neotericorum confirmare & illuſtrare moliemur.

CAPUT I.

De Errhinis, & Sternutatoriis.

Errhina quare ita dicta.

ERrhina, ab effectu Caputpurgia, à parte cui applicantur naſalia dicuntur: græcè ἔῤῥινα, eo quod εἰς ῥῖνας in nares infundantur, inſlentur, aut attrahantur, ῥὶν & ῥὶς enim naſum ſignificat à ῥεῖν quia per nares mucus(a) aqua, pituita viſcida, ſordeſque cerebri effluunt: quæ errhina humores viſcidos intra meninges cerebrumque contentos ſpirituoſitate, volatilitate, acredine incidunt & attenuant, humoreſque noxios aqueos, pituitoſos &c. ſuperfluos proliciunt, capitiſque purgandi gratiâ adhibentur.

Nota, præſcribuntur nonnunquam à quibuſdam in ozæna, hæmorrhagia narium, harumque obſtructione &c. uſurpanturque non exiguo cum effectu: aſt de his in ſequentibus.

Qua ratione operantur.

Dicta medicamenta, non tantum ſuâ ſubſtantiâ, acredine & attactu peccantes humores attenuant & foras eliciunt, titillationem quandam excitant, & ſternutare faciunt, vel lympham mucumque

(a) Copioſi muci per nares quotidie fluentis fontes nemo accuratiùs expoſuit, quàm Raymundus Vieuſſenius in tractatu de cerebro. Is enim pituitariam membranam, quam indicaverat eruditiſſimus Schneiderus, non modo per nares, os quod vomer dicitur, meatuſque à naribus ad fauces tendentes longè lateque extendi, ſed etiam duodecim ſinus in calvariæ oſſibus inſculptos interius obducere obſervavit; eamque ſpongioſam ac totam fere glanduloſam eſſe, innumeriſque arteriarum propaginibus irrigari, atque brevibus quibuſdam ductibus, quos ab officio muciferos appellavit, præditam eſſe comperit. Hujus itaque mechanicæ texturæ ratione ſanguis antequam ad cerebrum appellat, aquoſos & craſſos ſuccos in hac membrana deponit, qui ſi diutius ei inſederint, craſſioris muci formam induunt. An vero per mammillares proceſſus ſeroſa cerebri recrementa in nares quoque excidant, adhuc inter Anatomicos controvertitur. Veteribus nulla umquam fuit ea de re dubitandi occaſio: à quibus non abhorrens Diemerbroechius putavit, pituitoſum etiam humorem in glandula pituitaria ex arteriolis retis mirabilis ſecretum ſurſum ad cerebri ventriculos per infundibulum tranſmitti, atque per mammillares proceſſus in nares delabi. Hanc vero excretionis viam impoſſibilem adſtruit laudatus modo Schneiderus in lib. de oſſe cribriformi, ea præſertim ductus ratione, quod oſſis Ethmoïdis foramina fibris nervoſis in nares deſcendentibus ſint occluſa, & craſſa meninx illud inveſtiens nullis foraminibus pertuſa videatur. Verum rationem illam Schneideri non tanti facit Thomas Williſius, ut non putet, humiditates quaſdam etiam à cerebro per ſtrictiores nervorum poros, & inter fibras oſſis cribriformis foraminibus impactas, veluti per filtri lacinias, in narium cavitates depluere. Nam licet in defunctis iſtæ partes imperviæ eſſe videantur, tamen durante animalis vita, corporum nervoſorum meatus & cæci ductus à ſpiritu & calore dilatati, humorem copioſum, quo irrigantur, facillimè tranſmittunt. Quod quidem eorum hiſtoriæ Medicæ confirmant, qui pituitæ, vel ſimilis materiæ per nares excretione à morbis capitis fuere liberati. Hominem novi immani dolore in anteriori capitis parte infeſtari ſolitum, qui evacuatione fœtidi humoris per nares facta ſtatim evaneſcebat; quod paſſim illi obtigit, ut minime dubitarem, quin pravus ille humor à cerebro in nares rueret.

(b) Er-

que ex naribus oculiſque &c. eliciunt, ſed quoque naribus admota, vapore ex iiſdem ad nervos odoratorios, proceſſus mammillares, cerebrumque (b) ſublato humorum craſſitudinem, viſcitatemve attenuant, & per nares palatumve ſubinde cerebrum expurgant.

In qua forma parantur.

Parantur vel in liquida vel ſolida conſiſtentia: inter liquida numerantur aquæ, ſpiritus, ſucci, infuſa & decocta; ſolida vero vel humida ſunt, vel ſicca & arida: ex illorum albo ſunt balſama, linimenta, turundæ pyramidali & oblongâ formâ, quibus fila nonnunquam alligantur, ut extrahi denuo neceſſitate urgente poſſint; ex horum vero numero pulveres, naribus qui attrahuntur, vel per calamos fiſtulaſve in nares inflantur. Horum igitur ſingulorum formulam unam alteramve Lectori dabimus.

Sternutatoria quare dicta & qua ratione operantur.

Sternutatoria, πταρμικὰ vero remedia ſunt errhina acriora & fortiora, ac proprie ſternutationem ſua acredine, irritatione & mordacitate excitant, homineſque πταίρειν ſternutare cogunt. In uſum revocantur dicta πταρμικὰ eandem fere ob cauſam, qua errhina, primario nempe ad cerebrum evacuandum & expurgandum; ſecundario quoque ad viſcida tenacia &c. expectoranda, fœtumque in difficili partu excutiendum, ſecundinas exturbandas, ſingultumque à repletione productum ſedandum &c. qua de re videſis Hippocratem aphor. xxxv. & xlix. ſect. v. nec non Latinum Hippocratem puta C. Celſum, lib. 2. cap. viij. p. m. 69. Sed de his fuſius in notis.

Nota, à levioribus incipiendum: aſt illis non ſatis operantibus, ad fortiora progrediendum: plura de his in ſequentibus.

Differentia Sternutatoriorum.

Variant quoque πταρμικὰ & ratione virium, ſuntque vel levia, mediocria, & valida; modoque utendi ſunt vel liquida vel ſolida, hæcque vel humida vel ſicca; ſic liquida & ſicca è vola manus naribus attrahuntur, illiſve illinuntur vel in illas induntur, vel per calamum fiſtulamve inflantur.

Succi Sternutatorii.

Primo inter errhina mihi occurrit ſuccus ex foliis betonicæ recentibus, majoranæ, betæ rubræ, anagallidis, naſturtii aquatici, iridis cæruleæ, &c. viridibus expreſſus depuratus imprimis, naribuſ-

(b) Errhina medicamenta omnia fere acria ſunt: unde facta ab eorum particulis naribus irritatione, membranam pituitariam & recenſitos muciferos ductus invitant, ut contentum mucum ejiciant; quumque venarum oſcilla etiam contrahant, intercepto parumper ſanguinis curſu, copioſior fit ſeri ad membranam illam affluxus. Neque alienum à ratione puto, quod aſſerit noſter Auctor, ſubtiliores nempe errhinorum medicamentorum particulas ad cerebrum uſque deferri, tametſi id mordicus neget Schneiderus. Quum etenim viderim ex nonnullis medicamentis naribus admotis ſpirituum motum diverſimode temperari, atque ex ſolo Opiatorum odore ad ſomnum nos proclives fieri; in ea ſemper fui ſententia, poſſe à naribus ad cerebrum medicamentorum particulas tranſmitti. Id quod luculentius apparebit, ſi conſideremus, externorum medicamentorum particulas etiam per cranii ſuturas, quæ non minus ac oſſis Ethmoïdis foramina pertranſeuntibus vaſculis occluduntur, cerebrum ipſum penetrare, quum ebrii facti dicantur à Roberto Boyle in tentamine de corporum animalium poroſitate Pueri tinea affecti, qui nicotianæ decoctione caput ſuum abluerunt.

buſque attractus, foliave illa recentia digitis contrita & naribus indita, aquæ, muci, pituitæque viſcidæ &c. magnam educunt, eliciunt & extrahunt quantitatem, quare in febribus lymphaticis catarrhalibus, capitis affectibus pituitoſis, polypo (adverſus, quem ſuccus naſturtii aquatici & elaterii imprimis & ſpecificè commendantur) &c. magno cum emolumento uſurpantur.

Aquæ ſpiritus, &c.

Inter aquas errhinis accommodatas excellunt ſequentes, aquæ ſtillatitiæ nempe majoranæ nobilis, betonicæ, rutæ, ſalviæ, lavendulæ, anagallidis, origani, chelidoniæ majoris &c. Spiritus; ſpiritus ex elaterio, roremarino & vino elicitus, ex foliis hellebori albi, nicotianæ & floribus liliorum convall. cum vino vel roriſmarini aqua ſtillatitia extractus: quos inter excellit ſpiritus ex urina, fuligine, ſale armoniaco &c. deſtillatus. Infuſa, quæ fieri poſſunt in aquis ſtillatitiis vel vino; ſi modo infundantur vel ſalvia, pulegium, ſerpillum, flores lavendulæ, radices chelidoniæ, iridis noſtratis, vel cyclaminis &c. in vino vel dictis nempe aquis. Decocta, quæ ex iiſdem jam numeratis parari poſſunt, ultimo mel roſatum, anthoſatum &c. admiſceri, ſicque uſurpari.

Balſama Linimenta &c.

Balſama vero inter uſitatiora ſunt ſequentia, quæ conficiuntur ex ruta, ſalvia, majorana &c. quibus pulveres iridis, zinziberis, galangæ, ſtaphiſagriæ, nigellæ &c. efficaciæ majoris & vehementioris ergo admiſcentur. Linimenta ex dictis ſimplicibus & pulveribus conficiuntur, qui melle anthoſato vel ſucco iridis & nicotianæ (ſi vehementius eſſe debeant) excipiuntur. Turundæ, quæ conficiuntur ex jam dictis pulveribus cum ſ.q. gummi tragacanthi, mucilaginis, vel cera &c.

Quibus illinenda.

NOTA, illiniri externe poſſunt oleo ſtillatitio vel majoranæ, anthoſve, nec non expreſſo oleo ſeminis nigellæ &c.

In nares etiam immitti poteſt radix imperatoriæ, vel cyclaminis &c. in formam turundæ adaptata.

Pulveres ex dictis componuntur & naribus attrahuntur, aut per calamum fiſtulamque in nares inflantur.

Simplicia ſternutatoria.

Ex ſternutatoriis primas tenent ſequentes nimirum radices hellebori albi, pyrethri, ranunculi, raphani marini, ari, ireos noſtratis, cyclaminis, & folia nicotianæ, nec non ſemina nigellæ, erucæ, naſturtii, ſinapi, ut & ſuccus euphorbii, cyclaminis, iridis noſtratis, ſic quoque zinziber, macropiper, caryophylli, caſtoreum: item turpetum minerale, cujus ſequens eſt deſcriptio.

Turpeti mineralis deſcriptio.

℞. Mercurii crudi ℥j. Olei vitrioli rectificati ℥ij.

Miſceantur, & retortæ vitreæ indantur, deſtillenturque ex arena forti igne ad ſiccitatem abſtrahendo hoc modo oleum vitrioli, cohobeturque bis terve, cohubiiſque peractis, maſſa albiſſima reli-

relicta contundatur & affuſâ aqua pluviali edulcoretur, repetatur hæc edulcoratio tamdiu, donec aqua inſipida maneat, fietque pulvis luteus, qui exſiccandus & ſervandus eſt.

Erhinorum & Sternutatoriorum formulæ variæ.

Errhinorum & Sternutatoriorum Formulæ variæ.

In forma ſucci.

℞. *Fol. majoranæ nobil. virid. Betonic. recentis. Anagall. ana q.v.* Conteratur & exprimatur ſuccus.

℞. *Hujus ſucci expreſſi* ℥ß. cui immiſceatur *Caſtorei ſubtiliſſimè pulveriſati* ℈j.

Goſſypium hoc inebriatum maniacorumque & lethargicorum naribus inditum à multis pro ſingulari ſpecifico habetur. In mania & lethargo.

In frequenti uſu Cratoni fuit ſequens.

℞. *Sem. nigellæ per triduum quatriduumve in aceto roſaceo macerati atque pulv.* ʒj. *Succi majoranæ foliis expreſ.* ʒiij. Cratonis errhinum.

M.S. naribuſque ex vola manus per duas treſve vices, capitis purgandi gratiâ, attrahatur.

In forma Infuſi.

℞. *Fol. betæ rubræ M.* jß. *Sem. ſinapi* ʒjß. Contuſis & conſciſſis affundatur. *Aq. majoranæ nobilis. Vini albi ana* ℥jß.

Poſt horam in arena calida ſimul digeſta exprimantur, multumque inde humoris peccantis viſcidi &c. foras elicietur.

℞. *Fol. ſerpilli. Roriſmarini. Salviæ ana* M.ß. *Nicotianæ ſiccæ* ʒj. *Rad. irid. noſtrat.* ʒjß. Conciſa & contuſa infundantur in *aq. ex com. lavendulæ deſtillat.* ℥iij.

Digerantur in arena locove calido per noctem, mane exprimatur liquidum & hujus parum ac viciſſim uſurpetur contra capitis affectus diuturnos & contumaces ex viſcida tenacique materia oriundos. Sternutationem excitans ſi idem deſideres, immiſceatur modo ſequens. In capitis affectibus diuturnis, &c.

℞. *Rad. hellebor. alb. Pyrethr. ana* ℈j. *Sem. nigellæ. Staphiſagriæ ana* ℈ß. M.S. *F. pulvis tenuiſſimus.*

In forma Decocti.

℞. *Flor. balauſtior. Cort. granator. ana* ʒiij. *Fol. plantag. Heder. terreſtr. Caud. equin. Piloſell. ſ. herniar. ana.* M.j. *Rad. biſtort. Alum. crud. ana* ʒj. *Raſur. lign. guajac.* ʒjß. Conciſa & contuſa coq. in aquæ communis q.ſ. in colaturæ ℥viij. Diſſolv. *Mell. roſat.* ʒij.

M.S. Ad

In Ozæna venerea.

M.S. Ad ozænam perquam utilis, imprimis ſi luem veneream conſequatur teterrimi odoris ulcus illud narium.

NOTA; ſi dolor ac depluentium humorum acrimonia augeatur indies, cum ſucceſſu in memorato jam decocto diſſolvitur.

Opii in ſpiritu vini calido diſſoluti & inſpiſſati ℨj. *Alumine crudo nempe diminuto ad* ℈j.

Ozæna ſcorbutica quo modo curanda.

Ozæna nonnunquam ſcorbutum conſequitur, tumque teterrimus ille odor gravior, & nullis medicamentis etſi potentiſſimis cedit, niſi additis ſcorbuto curando ſpecificè dicatis; ægrique extenuantur macilentique fiunt, imo tabe quaſi conficiuntur, urinâ tunc temporis utplurimum intenſè rubrâ, & aſpectu nigricante; qua in Ozæna ſequens decoctum pro errhino, internis nempe uſurpatis uſurpandiſque antiſcorbuticis, commendamus.

♃. *Flor. balauſtior. Sulphuris. Cort. granator. ana* ʒij. *Raſur. lign. guajac.* ℥ij. *Myrrh. rub.* ℨj. *Rad. gentian.* ʒij. Conciſ. & contuſ. coq. in ſ.q. vini rubelli in colaturæ ℥vj. diſſolvantur ſequentia *Succi naſturt. aquatici* ℥j. *Opii præparati ſpirituque cochleariæ parum diſſoluti* ℈ij. *Tincturæ gumm. laccæ* ʒij.

Miſceantur & naribus hujus parum attrahatur vel potius cum goſſypio &c. partibus affectis applicetur.

Tincturæ gummi laccæ præparatio.

Tinctura gummi laccæ, quia ubique non proſtat, nec invenitur, ſubjectam, (c) ut noſmet illam uſurpamus ſtudioſis Lectoribus damus.

♃. *Gumm. laccæ ſubtiliſſime pulveriſ.* ʒß. *Alum. uſt.* ʒij. *Spirit. ſalis armoniaci ultimo extillantis minus potentis* ℔j.

Ad gingivas putridas &c. imprimis conveniens.

Miſceantur & ſtent in digeſtione donec tinctura rubicunda ſit extracta, poſtea filtretur per chartam emporeticam, vel ſolummodo decantetur tinctura rubicundiſſima viſui gratiſſima: ad gingivas putridas, laxas & fœtidas ſingulariter conveniens.

In forma Aquæ.

♃. *Aq. chelidon. majoris. Anagallid. Salviæ ana* ℥j.

Imprimis ſi in deſtillatione illarum aquarum loco aquæ communis ſumpſerit quis vinum, deſtillatumque bis terve recentibus dictis herbis affundatur, abſtrahatur, cohobeturve.

Succi naſturtii recenter expreſſi ʒjß.

M.S. Pe-

(c) Tinctura laccæ, quam hic proponit Auctor, ab Hadrianea differt, quod ſpiritum ſalis armoniaci lapidi medicamentoſo ſubſtituerit: quod certè ejus virtutem contra affectus à ſcorbuto oriundos non parum confirmat. Cæterum Michael Ettmullerus tincturam, quæ fit per phlegma vitrioli, omnibus aliis præferendam cenſet, eaque ſcorbuticam gingivarum Gangrenam fæliciter curatam eſſe ſcribit. Quin & ei myrrham adjicere non incongruum ducit, quum myrrha Gingivarum morbis maximè conveniat.

(d) Po-

M.S. Peculiariter dicata hæc mixtura polypo. (d) Elegantem lectuque digniſſimum de polypo ſcripſit tractatum Glandorpius, quem ejus curationis ergo adeat Lector.

In Polypo.

In forma Spiritus.

♃. *Fol. majoranæ nobil. Serpilli ana* M.j. *Flor. lavendul. Lilior. convall. ana p.*iij. *Rad. hellebor. alb.* ʒij. *Spir. vini ſalviæ & rorimarino per octiduum ſuperinfuſi* ℥v.

Poſt macerationem per biduum ex cucurbita extrahatur ſpiritus in capitis affectibus pituitoſis utilis.

In capitis affectibus pituitoſis.

♃. *Fol. nicotianæ* & quidem recentium, ſi haberi poſſent. *Coma. lavendul. Thymi. Hyperic. ana* M.ß. *Flor. tiliæ recent. Lilior. convall. ana p.*iij. *Rad. angelic. hellebor. alb. ana* ʒiij. *Caſtor.* ʒjß. *Sal. volatil. ſuccin.* ℈jv. Contuſis conciſiſque affundantur. *Spir. vini* ℥x. Poſt digeſtionem, vaſis arctè clauſis, per triduum quatriduumve, lento igne ad ſiccitatem abſtrahatur ſpiritus, huic immiſceatur. *Spirit. fuligin.* ʒj. Miſceantur parumque digerantur.

In ſuffocatione hypochondriaca affectibuſque capitis chronicis, epilepſiâ, apoplexiâ, item recentibus, ut capitis gravedine &c. conveniens, illiſque morbis correptos odor & halitus inde aſſurgentes ſtatim excitant.

In ſuffocatione & capitis affectibus variis.

Multum quoque prodeſt illis in caſibus ſpiritus ſalis armoniaci ſolito imprimis ſi potentior exiſtat, lagenulâ contentus naribuſque adhibitus; viſciditatem enim incidit, humoreſque noxios ſalſos, acidos &c. corrigit, temperat, foraſque ſic ſolutos & correctos elicit, ægrotanteſque excitat & reſtituit.

Spiritus ſalis armoniaci in affectibus ſoporoſis.

Nota Errhinorum, quæ in liquida forma adhibentur, quantitas ne excedat ℥iij, aut ad ſummum ℥ß. pro vice; ſufficit ſubinde ʒj. aut altera, capite ſupino, è vola vel cavo manus ſi attrahatur.

Errhinorum quantitas.

Balſama & linimenta in ſuperioribus ſatis ſuperque jam tradita: ſequens tantum linimentum Practico cuidam ad ulcera narium admodum uſitatum addimus, quod recipit.

Linimentum ad ulcera narium.

(d) Polypum narium non eſſe craſſi humoris è capite defluentis congeſtum, quemadmodum Veteres putarunt, ſed carnis germen, quod nutrimento ab intus per vaſa ſuſcepto nutritur, & augeſcit, inter omnes fere hodiernos Medicos convenit. Unde ſcite ab Antonio Meniotio, qui de polypo narium accurate ſcripſit, arborum nodis toriſque aſſimilatur. Quum varia eſſe ſoleat ejus natura, variè etiam curari poſtulat. In mitiori quidem malo exſiccantia, quibus inareſcat, vel blandè corrodentia, quibus abſumatur, ſufficient. Clariſſimus Job à Meekren in epiſtola ad Nicolaum Zaſſium de polypi narium vera curatione nihil utilius noviſſe ſcribit, quod ſequenti unguento anteponi queat.

R. *Spumæ argent. drach.* ij. *Ceruſſ. drach.* iij. *alumi. Sciſſil. drach.* ij. Tund. & cribrentur, hinc in mortario plumbeo cum vino odorato ad mellis conſiſtentiam reducantur, huic addatur ole. myrtin. q.ſ., conquaſſatumque in pyxide plumbea ſervetur.

At vero ſi malignus, & cancroſus ſit, quod ex livido ejus colore, duritie, & dolore dignoſces, vel Cartilagineus redditus, qualem obſervavit citatus Meekren, medicamenta minus tuta, vel inutilia ſunt. Unde ad extirpationem ferro celebrandam deveniendum eſt, de qua Celſus lib. VII. cap. X., & Severinus noſter rariſſimæ eruditionis Chirurgus de efficaci Chirurgia lib. I.

Thuris. Myrrhæ. Calc.ex teſtis concharum uſtarum fact.ana ℨj. *Balſam.ſulphur.gutt.*viij. Vel eo deficiente addit. *Flor. ſulph.*℈j. *Albumin.ovor. Olei florum hyperic.ana q.ſ. Pro linimento.*

Externa ex ſulphure parata quid efficiant in ulceribus.

NOTA; obſervavi nonnunquam ſulphurea ex ſulphure nempe compoſita medicamenta externa, ulceribus &c.applicata aut inſperſa,nigrorem quendam illis inducere, ita ut illius ignaros attonitos, ſequenti vero vice ſulphureis non uſurpatis, ruborem non item nigrorem in ulceribus à Chirurgis antea ita attonitis obſervatum fuiſſe viderim.

In forma turundæ.

♃. *Pulv.flor.lilior.convall. Rad.helleb.alb. Sem.nigell.in aceto macerat.ana* ℨj. *Cum ſ.q. mucilaginis gummi tragacanthi.* F.Naſalia in forma pyramidali.

In hæmorrhagia narium.

♃. *Thur.maſcul. Sanguin.dracon. Terr. vitriol. dulc. Farin. volatil.ana*℈ij. *Tel.araneor. Flor.balauſtior. ana* ʒß.

Excipiantur ſucco plantaginis & goſſypio.F. turundæ, ſæpè in nares pro illarum Hæmorrhagia intrudendæ.

In forma pulveris.

Pulveres ſternutatorii.

♃. *Fol.nicotianæ optim.ſicc.*ℨj. *Majoran.nobil. Roriſmar. Salviæ ana* ʒß. *Rad.helleb.alb. Zinziber. ana* ℈j. *Moſchi gr.*ij.

MS. F.Pulvis tenuiſſimus, cujus tantilla portio ſternutationem excitat.

♃. *Radic.hellebor alb. Pyrethri ana* ℈ß. *Flor. calendul. Lavendul. Lilior.convall. Sem. nigell. ana* ℈ij. *Caſtor.* ℈ß. *Ambræ gr.*iij. MS. F.Pulvis tenuiſſimus.

♃. *Turbith.mineral.part.*j.*Glycyrrhi.raſ.part.*iij. *Fol.roriſmar. part.*jß.Miſceantur exactè & in pollinem ſubtiliſſimum redigantur.

Duorum ultimorum horumce pulverum minima fere quantitas ſufficit,multumque pitutæ viſcidæ educit. Cum ſucceſſu præſcribuntur hi pulveres in apoplexia, epilepſia, lethargo, capitiſque affectibus ſoporoſis omnibus (exemplum videſis in noſtris obſervationibus & notis in Praxin D. Pauli Barbette lib. 1. cap. 3. p. 36.) necnon in quibuſdam capitis affectibus recentibus, & inveteratis, vertigine, gravedine &c.

In apoplexia, lethargo, &c.

In uſu errhinorum &c. quid obſervandum.

Inter errhinorum dictas & præſcriptas formulas σταρμικά inveniuntur: ſtudio id à nobis factum ducatis, nempe ut unâ eademque fideliâ duos dealbaremus parietes. Dicta vero errhina, caputpurgia, & naſalia, ut & ſternutatoria, ſi non ſatis potentia ſint, acuari poſſunt pulveribus radicum elaterii, ari, hellebori albi, zinziberis, ſeminis ſinapi, macropiperis, caryophyllorum &c.& ſic pro voto & morborum indicatione præſcribi. A levioribus ſi inceptum, tutius ad fortiora progredi ducimus.

Notæ

Notæ in Erꝛhinorum & Sternutatoriorum uſu obſervandæ.

In tranſitu notandum & obſervandum volumus, in ſequentibus circa erꝛhina & πταρμικὰ annotationibus noſtris non niſi de levioribus ſternutatoriis & erꝛhinis ſermonem à nobis fieri; fortiora vero ſi eſſe debeant, vel conveniant, nos indicaturos. *A levioribus incipiendum.*

Non unicuique nec omni promiſcuè affectui conveniunt erꝛhina πταρμικάve, operæ ergo pretium duximus tradere, quibus in humoribus, morbis, hominibuſque caputpurgia illa & naſalia, ſternutatoriave conducant vel noceant.

Humores ergo Erꝛhinum Sternutatoriumve indicantes ſunt.

1. Pituita in capite copioſa, quia erꝛhinorum beneficio inciditur illa pituita, nareſque ac nervi odoratorii proceſſuſve mammillares ſuâ acrimoniâ aut volatilitate irritati ad expulſionem illorum, quæ intra meninges cerebrumque continentur, excitantur. *Pituita in capite erꝛhinum &c. indicat.*

2. Pus præter naturam in cerebro contentum (e) in lethargo ſæpiſſime quod contigit, ut etiam videre eſt in notis & obſervationibus noſtris in Praxin Barbettianam loco modo citato; poſteaque capitis inflammationes doloreſque pulſantes diuturniores &c. ut ſequens caſus gravidæ cujuſdam ſub noſtra jam cura verſantis abundè teſtatur. *Pus in cerebro contentum.*

Hæc enim per menſes quatuor menſtruorum fluxu continuo, fœtu adhuc vivo ac ſuperſtite, afflicta fuit; quo fluxu curato, ſtatim capitis dolor pulſans oculorumque levis quædam hebetudo conſecuta eſt: fruſtrà adverſus hunc dolorem adhibitis omnibus, nono, dolore pulſante graviſſimè afflicta, incidit in delirium, quo per levia acida temperata opiatis mixta ſedato, ſomnoque inde ſequente incidit ex pulſante in gravativum capitis dolorem; illamque ob cauſam levi ſternutatorio à nobis præſcripto, & ſubinde adhibito, ſingulis diebus bis terve ſternutavit ægra levi cum levamine. Quare continuandum in iiſdem judicavimus, tandemque maxima puris ſanguinolenti copia ſequuta eſt, brevique ab omni dolo- *Gravida cephalæâ &c. laborans ſternutatorio curata.*

(e) In cerebri ſuppurationibus nulla remedia magis commendant Practici, quam ea, quæ per nares confectum pus proliciunt. Siquidem quum in eo Ægri ſalus poſita ſit, ut pus contentum educatur, ne ipſam cerebri ſubſtantiam commaculet atque corrumpat; nequit illud breviori ac commodiori naribus via expurgari. Quum vero craſſa meninx, quæ ſua filamenta ad nares tranſmittit, ab erꝛhinis quoque medicamentis concutiatur; fit hinc ut illa ſe ſe per vices contrahens ſolito validius cerebrum comprimat, & purulentas materias ei impactas excutiat, atque in nares deducat.

(f) Duo

dolore pulſante & gravativo, viſuſque hebetudine liberata & curata omnino, adhuc ſuperat : tutiori breviorique enim via ac minori cum periculo educi nequit pus ita præter naturam in cerebro contentum & confectum.

Sanguis in capite extravaſatus.

3. Sanguis (f) in tali capitis loco præter naturam hærens, à quo facilè ad nares vel palatum exitus patet: verum ſanguine illo in capite adhuc exiſtente aut è vaſe rupto aut alio modo læſo exſtillante, errhinis aut ſternutatoriis ne utaris ; foret enim ut exaſperato inde malo, hæmorrhagia lethalis facili negotio ſequeretur.

Aqua in capite contenta.

4. Aqua (g) itidem in capitis loco præter naturam hærens, tranſituſque inde ad nares palatumve ſi exſtiterit ; alias nec errhinis nec ptarmicis illius aquæ ablatio & evacuatio tentanda ; ut ſæpiſſime ſit in Hydrocephalo in quo ὕδωρ illud jam intra meninges, jam intra cerebri ventriculos, ut bis terve obſervavimus &c. continetur.

Humo-

(f) Duo quidem Auctor noſter monet circa errhinorum uſum ad ſanguinem in capite contentum evacuandum. Primum, ut ſanguis jam è ſuis vaſis fluxit, atque hæc ita coaluerint, ut ſanguinem fundere amplius nequeant. Cujus rei adeo manifeſta eſt ratio, ut ex ipſius textus lectione facilè eluceſcat. Hinc errhina medicamenta iis interdicuntur, quibus nuper caput fuerit percuſſum, licet ſanguis per nares effluxiſſe viſus ſit. Alterum, ut in ea capitis parte ſanguis reperiatur, ex qua facilis ad nares, vel palatum exitus pateat. Quæ autem ſint illa loca, à quibus itur ad nares, non docet. Palam autem eſt de partibus ſupra Calvariam poſitis non intellexiſſe, quum partes iſtæ cum naribus minime communicent. Ex internis vero partibus non omnes cum naribus communicant. Nam ſi ſanguis ſupra craſſam meningem trans ſuturam coronalem, vel ſupra cerebellum ſit effuſus, nequit propter ipſius meningis cranio adhæſionem, & loci declivitatem anterius verſus nares deferri. Si vero inter meninges ſupra cerebrum ſit effuſus, facilius in nares, quam in quamcumque aliam partem poterit delabi. Denique ſi ex vaſculis plexus Retiformis effluat, vel ex arteriolis Choroïdei in anteriores cerebri ventriculos effundatur, nemini in Anatomicis verſato dubium eſſe arbitror, quin propter locorum viciniam & communicationem poſſit in cavitatem narium excidere.

(g) Inter Hydropis ſpecies ea à Practicis recenſetur, quæ à parte, quam occupat, Græcis ὑδροκέφαλον, Latinis capitis Hydrops dicitur. Non unius vero generis eſt, tum materiæ, cum partis, cui inhæret, ratione. Modo enim inter cutem & pericranium, modo inter hoc & cranium, modo ſub cranio ſupra craſſam meningem, modo inter ipſas meninges, modo inter proximiorem meningem & cerebri corticem, modo vero in ipſius cerebri ventriculis ſeroſus humor coacervatur. Atque hic modo limpidus inſtar aquæ, modo lutoſus & fæculentus, modo cruentus inſtar carnium loturæ conſpicitur. Sepiſſime vero aquæ intra cranium congeruntur, ubi in tantam plerumque aſſurgunt molem, ut non ſolum cranium latius fieri, ſed etiam ipſius ſuturas diduci neceſſe ſit. Neque reticendum, quod ex aquis concluſis cranii ſubſtantia adeo molleſcat, ut digitorum veſtigia, quæ imprimuntur, facilè excipiat, ac ſervet. Recens autem natos præcipue manet hoc fatum, ut propterea inter Infantium morbos ab Auctoribus recenſeatur. Nam quum eorum cerebrum ſit admodum molle, & craſſa meninx ad expulſionem minus idonea, quumque prono plerumque capite & inclinato, nonnunquam plane demiſſo, præſertim circa tempus partus, in utero reperiantur ; reſtagnat eo ſitu humor in cerebro, & lentorem concipit, hinc percolationi per glandulam pituitariam, & per os cribriforme minus aptus redditur, infarctis viis, quibus itur ad ea loca : proinde in cerebri ventriculis congeritur & accumulatur, donec caput in immenſum excreſcat, tandemque aquis obruatur. Præterea dum eluctatur Infans ad exitum jam paratus per Uteri clauſtra, vel dum ejus caput inter pariendum ab Obſtetrice incautè comprimitur, ut rectè notat Daniel Sennertus, ex iſta coarctatione fibrillæ cerebri non poſſunt non violari, nec mirum ſi humorem nimium admittant in cerebri ventriculos exſudantem, minuſque proportionatum, quam ut recenſitorum filtrorum porulos trajiciat. Neque vero paulo natu majoribus, quibus nempe exterior capitis cortex, & membranoſa integumenta non multum obcalluerint, ut proinde humiditate ſcatentia facilè dilatari ac diduci poſſint, morbus hic pepercit, quemadmodum exempla proſtant apud Petrum Foreſtum,

Humores Errhina Sternutatoriave vetantes ſunt.

Pituita ſummè tenax errhina vetat.

1. Pituita admodum tenax & viſcida, quia non niſi magna vi, ſummo conatu, frequentive ſternutatoriorum & quidem fortiorum iteratione, inciditur foraſque educitur: quare merito πταρμικά, niſi prius ſit inciſa, præparata, & liquida reddita tenax illa pituita (ut loquitur Hippocrates) damnantur & rejiciuntur. Nam vehementi illa cerebri totiuſque corporis concuſſione non niſi catarrhi graves & multifariæ, viſus hebetudines, moleſtæ ac incurabiles hæmorrhagiæ excitarentur; ut variæ multæque hiſtoriæ in obſervationibus & annotationibus medicis teſtantur. Novimus mulierem triginta nondum annorum, errhinorum vehementium maleficio in tantam viſus imbecillitatem incidiſſe, ut non niſi perſpicilli beneficio ſuere aut acu pingere poſſet: cœcam vero factam vide ſis in ſequentibus.

Pus immaturum in capite contentum.

2. Pus in capite nondum abſolutè confectum atque concoctum, vel immaturum, ut loquuntur Chirurgi: quid enim vi illa, tunc temporis efficitur, niſi ut inflammationes, fluxiones, doloreſque augeantur. Hæc quoque de pure præter naturam in loco, ex quo nullus exitus ad nares palatumve datur, contento, dicta ſunto.

Sanguis extillans.

3. Sanguis, adhuc è vaſe venoſo, arterioſo, alio ve modo adhuc in capite aut locis vicinis exſtillans, ut modo fuſius probatum.

Aqua extillans.

4. Aqua ſeu lympha imprimis ſi ex vaſis lymphaticis ruptis adhuc extillarit, indieſque ita adaugeatur illud ὕδωρ, ut tandem Hydrocephalus exoriatur; quorum ratio in ſuperioribus jam data.

Mor-

ſtum, Carolum Piſonem, alioſque. Unde ratio peti poteſt, cur infantibus Hydrocephalo affectis ad ultimum uſque vitæ ſtadium ſenſus numquam defecerint. In Adultioribus vero quia cranium & ſuperſtrata integumenta firma adeo ſunt, ut cedere neſciant, dum cerebrum copioſo ſero involvitur, perinde comprimitur, ut ſpirituum ſemitas intercludat; ac proinde non Hydrocephalus, ſed Apoplexia, Lethargus, Paralyſis vel ſimile malum contingit. Hinc ſane mirum eſt, quod refert Hildanus cent. 3. obſer. 19., Juvenem nempe decem & octo annorum Hydrocephalo laboraſſe. Huic morbo curando varia à Practicis proponuntur, ea ſcilicet, quæ ſuperfluas aquas ex capite alior ſum ducunt, exſiccant, & extra corpus expellunt, quæ quidem ab eorum ſcriptis peti poterunt. Licet vero errhina medicamenta à clariſſimo Auctore hic commendata capiti à ſuperfluis aquis exonerando videantur accommodata, dummodo illæ intra cranium ſint concluſæ; attamen ea Infantibus tuto adhiberi non poſſunt, quia eorum mollia cerebra nimis fortiter concuterentur, unde epilepſiæ, & convulſivi motus facilè oriri poſſent. Atque hinc ſactum ut Auctor noſter, numquam aut nonniſi maxima urgente neceſſitate ejuſmodi medicamenta Infantibus admovenda eſſe inferius monuerit.

(h) Er-

Morbi in quibus Errhina Sternutatoriave in uſum revocanda veniunt, ſunt.

In epilepſia conveniunt errhina &c.

Ratio, quare.

1. Epilepſia extra paroxyſmum & in paroxyſmo (h) quia errhinorum ſternutatoriorumve energiâ & beneficio viſcidi ac muco ſi humores inciduntur, illorumq; acrimoniâ & titillatione nervi odoratorii, proceſſus mammillares, cerebrumque ad expulſionem peccantium humorum in capite contentorum irritantur, per nares expelluntur, ægrique nonnunquam gravi ab illo paroxyſmo, liberiore ſpirituum animalium in nervos vel nervorum tubulos influxu excitato, liberantur: vide ſis apud Paræum Chirurg. lib. 28. cap. 35. Wecherum lib. 1. antidot. general. cap. 18.

In apoplexia.

2. Apoplexia, quia errhinorum ptarmicorumque beneficio pituida viſcida, mucus ille tenax, lymphaque craſſior ſtagnans, (qualem quoque Columbus in diſſectione cadaveris apoplexiâ extincti in cerebro non ſemel reperit, ut idem teſtatur lib. 15. ſuæ Anatomiæ: Craſſumque viſcoſum humorem circa plexum choroidem in cerebro apoplexiâ cujuſdam extincti, reperit Fernelius lib. 2. cap. 15. de abditis cauſis) inciditur, attenuatur, ac per oculos vel potius glandulas lachrymales, nares, os &c. expurgatur, & excernitur viſcida illa pituita lymphaque craſſior ſtagnans; ſicque majori copiâ ſpiritus animales generabuntur, faciliuſque per tubulos nervorum in partes ſenſibus motuique dicatas fluent, ægrique hac ratione à graviſſimo hoc morbo ſubinde liberabuntur: nulla enim remedia magis tales ægrotantes excitant quam acria illa & mordacia πταρμικα nervis odoratoriis proceſſibuſque mammillaribus applicata & adhibita. Curatas quoque apoplexias aſt leves paſſim in Me-

(h) Errhina medicamenta in epilepſiæ paroxyſmo adeo ſuſpecta viſa ſunt Ettmullero, ut in leviori malo, atque in ejus declinatione uſurpanda tantum eſſe voluerit. Ait enim, quum ſternutatio; quæ ab iis fieri ſolet, in convulſione particulari thoracis conſiſtat; idcirco metus eſt; ne convulſio epileptica magis concitetur. Id quoque monuit Præclariſſimus Wedelius, qui quum pluries vidiſſet, ſternutationes adeo imnranes epilepticos inſultus antegredi, ut calidi lactis applicatione eas mitigare neceſſum fuerit; errhina paulo validiora in epileptici inſultus principio interdixit. Hujuſmodi itaque medicamenta in paroxyſmi duntaxat declinatione epilepticis præſcribemus, naturam in hoc imitantes, quæ, ut ſubjungit laudatus Wedelius, circa morbi finem ſternutationem ſponte ſua movere ſolet, ut materiæ morbificæ reliquias à cerebro excutiat. Id autem non impedit, quin epilepticis errhina illa admoveamus, quæ licet ſumma vi penetranti polleant, nervos tamen narium non adeo percellunt, ut ſternutatio ſequi facilè poſſit: veluti præ primis eſt ſpiritus ſalis armoniaci, qui epilepticis excitandis maxime convenit. Extra vero paroxyſmum licet à Williſio ſternutatoria remedia ſingulis matutinis horis ſummopere celebrentur; attamen non ſunt adeo tuta, ut ex iis in paroxyſmum nequeat patiens relabi. Quod ex Schenkii obſervationibus ſatis conſtare arbitror; qui ex frequenti Ptarmicorum uſu pro gravi auditu curando homines epilepticos redditos fuiſſe refert. Cæterum dum hic ait noſter Auctor, ab errhinis medicamentis viſcidos ac mucoſos humores per nares prolici, nolim credatis, eam fuiſſe ipſius ſententiam, ut putaret, epilepſiam à pituitoſo humore cerebri ventriculos opplente naſci. Nam in animadverſionib. ad Barbette Praxim irritationem nervis illatam pro epilepſiæ cauſa recognoſcit. Quæ profecto opinio congruentior ſemper mihi viſa eſt, licet Williſianam hypotheſim prorſus rejicere non auſim.

Medicorum ſcriptis, hiſtoriis & obſervationibus invenietis, ſternutationis, ſalivationiſque beneficio, cujus rei exemplum in notis & obſervationibus noſtris in Praxin Barbettianam lib. 1. cap. 2. p. 20. & 29. dedimus. Nota, medicamenta ſingula, clyſteres nempe, ſuppoſitoria, ptarmica, ſive ſint aliave, quæ in apoplecticis, epilepticis, lethargicis &c. adhibentur, neceſſariò duplo triploque, quam quidem in aliis morbis non ſoporiferis, potentiora eſſe debere, alias nil emolumenti parient. Dicta ſequens caſus comprobat.

In apoplexia medicamenta duplo triploque acriora, & quare.

Mulier quadraginta annos nata, pituitoſa, fructibus horariis plus ſolito dedita, alvo adſtrictiore, animi ſubinde mœrore, præcordiorum anxietate, oculorum nonnunquam hebetudine, ac capitis dolore gravativo, imprimis tempore autumnali & hiberno afflicta, ſubitò in omnium artuum, vel potius totius corporis quaſi gravedinem, dein torporem incidit, cum quadam ſomnolentia: expergefacta de omnium partium gravitate, motus quadam impotentiâ, & capitis dolore gravativo conquerebatur; accerſitus lethargum, apoplexiam, coma ſomnolentum, vel ſimile malum verebar, quare ſtatim ſequentem præſcripſi hauſtulum purgantem.

Mulier inſtante apoplexiâ vel lethargo curata.

♃. *Elect. hydragog. Sylv.* ℥vj. *Reſin. jalapp. gr.* v. *Tartar. vitriolat.* ℈ij. *Ol. roriſmar. gutt.* iiij. *Spirit. ſalis armon. gutt.* xx. *Aqu. roriſm. q. ſ.* Pro hauſtu.

Hauſtus purgans cephalicus.

Quo aſſumpto bene purgata eſt, verum parvo cum levamine: quare ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam dedi & quidem cum ſucceſſu.

♃. *Aq. majoran. nobil. Roriſmar. Card. bened. ana* ℥ij. *Antiepileptic. Amſtel. Apoplect. ana* ℥vj. *Antim. diaphoretic.* ℨß. *Sal. volat. oleoſ. gutt.* xl. *Rutæ gr.* xij. *Ol. puleg. Roriſmar. ana gutt.* v. *Syr. ſtæchad.* ℥vj. MS.

Mixtura cephalica.

Qua uſurpatâ ſemper bene ſudavit, & melius quo ad partes externas ſeſe habuit, remanente dolore capitis gravativo: ea de cauſa temporibus, nuchæ, naribus ſpiritum florum roriſmarini adhibendum imponendumve juſſi; purgante ſubinde iterato: attamen ex voto omnia quia non ſuccedebant, latentem in herba anguem ſuſpicabar. Quare ſternutatorium (pulverem p. 10. ex radicibus hellebori pyrethri &c. loco ambræ, mercurii ſublimati dulcis ℈ß. addito deſcriptum) bis in die naribus attrahendum dedi, cujus ope magnam & incredibilem per oculos, nares, ac os limpidi quidem ſed tenacis humoris quantitatem ſternutando; imo quaſi ſalivando excrevit, tanto cum levamine, ut jam curata videretur. Verum relicto pulvere ſternutatorio de die in diem accrevere iterum dicta mala; quare aliquamdiu in præſcriptorum remediorum uſurpatione continuandum utile & proficuum judicabam, & brevi poſt

quo-

quoque curata fuit, manetque mutatâ nempe diætâ & de ſequenti vino medicato purgante ad quatuor uncias ſingulis ſeptimanis ſemel uſurpando, corpuſque movendo & ambulando.

Vinum medicatum purgans cephalicum.

℞. *Rad. Zedoar. Galang. ana* ℥ß. *Jalapp. gummoſ.* ℥vj. *Fol. majoran. nobil. Salviæ. Roriſmarin. ana m.* ß. *Senn. mundat.* ℥vj. *Summit. lavendulæ. Flor. ſtæchad. arabic. ana p.* ij. *Turbith. gummoſ.* ℥v. *Tartar. rhenan.* ℨiß. *Sem. fænic. dulc.* ℨiij. Conciſ. & contuſ. D. pro vino medicato. Sex pintis vini infundendo.

In affectibus ſoporoſis.

3. Affectus ſoporoſi omnes, ut lethargus, carus, coma ſomnolentum &c., quia acria illa, ſuâ acredine, irritatione, & vellicatione quam maxime excitant, pituitamque viſcidam, non raro morborum dictorum cauſam, incidunt & foras proliciunt.

In Κεφαλαλγία, Κεφαλαῖα, & Ἡμικρανία.

Dolor capitis gravativus, unde.

Unde corrodens.

4. Κεφαλαλγία, Κεφαλαῖα, & Ἡμικρανία, imprimis ſi gravativi aliquouſque ſint dolores, qui ortum ducunt partim ex pituita viſcida copioſa hinc inde in capite coagulata, unde gravativi; partim à lympha propter ſtagnationem, particulaſque frigidas, quæ caput ſudore præſertim diffluens, intraverant, acriore redditâ, quæ partes membranaceas corrodens dolorum cauſa exiſtit: pituitoſi illi & acres humores facilè errhinorum beneficio inciduntur, temperantur, & eliciuntur, ſicque ægri citò jucundeque curantur. Quod Circumforaneis apprime notum, qui uno alterove ptarmico errhinove plus talibus in morbis aliquando præſtant, quam viginti aliis remediis Medici effecerint antea.

In tremore & convulſione cynicâ.

5. Tremor & convulſio & quidem cynica ſ. canina, quia pituitoſa & acria nervos irritantia tremorem convulſionemque non raro efficientia, ut ſuperius jam probatum ſatis, inciſa & temperata ad expulſionem inſtigant dicta errhina.

In capitis gravedine.

6. Capitis gravedo, ob dictam in ſuperioribus rationem.

In ozæna & odoratu leſo.

7. Ozæna, narium à pituita viſcida obſtructio, odoratuſque ab humore craſſo læſus, teſte Fuchſio lib. de compoſ. medicament. cap. 25. & Wechero lib. 1. Antidot. genetal. cap. 18. nec non Paræo in Chirurg. lib. 28. cap. 35.

In oculorum hebetudine.

8. Oculorum hebetudo, imprimis ſi ab halitibus, flatibus, humoribuſve pituitoſis viſcidis ortum traxerit, & adhuc dum foveatur augeaturque malum: aſt aliis remediis tentanda potius curatio, antequam ad errhina & imprimis ſternutatoria deveniatur. Novimus Matronam quandam jam cœcam, quæ primo non niſi oculorum hebetudine levi affligebatur, juſſu vero & mandato Medici cujuſdam ipſi familiaris, ſternutatoriis vehementibus bis terve in hebdomade mane utebatur; unde malum indies ita fuit auctum, ut cæca procul dubio ſit manſura.

Vir quadraginta octo circiter annorum doctus, pius, ſtudiis noctu

noctu dieque fere incumbens menſe Auguſto ſubitò capitis quadam gravitate aſt levi affectus eſt ; qua de causa bis terve & quidem intra horam levi ſternutatorio uſus fuit , non tantum abſque levamine, verum intra biduum triduumve nec legere nec accuratè videre potuit . Domeſtici ipſum aſpectum glaucum eſſe obſervabant, ſtatimque monebant; quare ſummo mœrore affectus ſtudiis jam valedicendum putavit , ac brevi de virium languore, debilitate &c. conqueſtus eſt . Medicus vocatus & debilitatem obſervans, conditum cardiacum cephalicum præſcripſit ex conſerva meliſſæ majoranæ nobilis , anthos, ſyrupo betonicæ , ambrâ griſeâ &c. & quidem ſolatium inde ſenſit : ſequenti die, viribus jam majoribus, vena ipſi ſecata fuit cum levamine . Rem intime examinans obſtructionem eſſe muſculi oculum dextrum verſus tempora flectentis ſuſpicabar, quare ſequentes cucuphas , pilulas cephalicas & decoctum diaphoreticum præſcripſi .

Vir poſt ſternutatorium glaucus.

Conditum Cephalicum.

℞. *Fol. majoranæ nobilis. Roriſmarini. Salviæ ana m.ß. Flor. anthos. Lavendulæ ana p.j. Caryophyllor.* ℨijß.

Cucuphæ Cephalicæ.

Contuſ.& conciſ. D. pro duabus cucuphis , externè irrorandis ſpiritu roriſmarini . Tempora ſubinde illinenda & fovenda ſpiritu ſ.aquâ Reginæ Hungariæ mandavi .

℞. *Maſſ.pilul.aurear. Cochiar.ana* ʒß. *Reſin. jalapp. Tartar. vitriolat. ana* ℈j. *Ol. roriſmar. ſtill. gutt.* iiij. MS. F. pilulæ no. xxviij.deaurandæ . De quibus alternis diebus quinque aſſumpſit.

Pilulæ Cephalicæ.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥ij. *Saſſafras* ℥iij. *Rad. ſalſ. parill.*℥ij. *Angelicæ* ʒvij. Conciſa infundantur per noctem , mane add.

Fol. majoran. nobil. Roriſmarini. Salviæ ana M.j. *Flor. lavendul. Anthos ana p.ij.* Coq. vaſis optime clauſis in ſ. q. aq. puræ per tres quatuorve horas , in colatur. pint. ijß. diſſolv.

Spir. ſ. aquæ Reginæ Hungariæ ℨijß. *Sal. volatilis oleoſ.* ℨiß. *Syr. anthos q.ſ.* MS. detur in phiala ſubere clausa .

Decoctum Cephalicum diaphoreticum.

Hujus mane jejunus ad uncias quatuor calidè aſſumpſit, bene tectus optimè ſudavit ſummo cum levamine ; tum ingens veſicatorium poſt aurem dextram fuit applicatum , ac ne coiret aperta cutis aliquamdiu impeditum , quorum omnium beneficio brevi fuit curatus .

Veſicatorium poſt aurem.

Plures ejuſmodi referrem caſus , ſed brevitati quia ſtudeo , hunc tantum addidi , monendo , ne facilè ſternutatoria oculorum debilitate &c. laborantibus adhibeantur ; felices enim aliorum periculo qui cauti .

9. Aurium tinnitus auditusque difficultas (i) cauſas, ex quibus

In aurium tinnitu &c.

(i) Ut aurium tinnitus excitetur , motus j imprimi debet vel tympano , vel nervo auditorio,

bus aurium tinnitus &c. generantur, ſi conſideret Lector ſtudioſus, facilè ex ſuperioribus rationem inveniet, quare dicta remedia à Practicis tali in caſu ſint præſcripta, effectumque felicem à præſcriptis caputpurgiis habuerint Medici; Foreſtus lib. xii. obſervat. Medicar. ſchol. 10. idem quoque poſteritati ſcriptum reliquit, maxime ad tinnitus aurium curandos ſternutamenta conferre.

In ſingultu.

10. Singultus (nempe à repletione ſi factus, ut annotavit & putavit M. Sebizius) teſte SENE aphor. xiij. ſect. vj. & C. Celſo lib. 2. cap. viij. p. 69. nec non Amato Luſitano centur. v. curat. 34. Singultus quomodo & à qua cauſa generetur (k) vide ſis apud clariſſimum & expertiſſimum virum D. Fr. de le Boë Sylvium, Praxeos ſuæ lib. j. cap. xxiij. p. 130.

In partu difficili, fœtu mortuo & ſecundinis retentis

11. Partus difficilis, fœtus mortuus, ſecundinæ, ut Hippocrates teſtatur aphor. XLIX. ſect. v. ad ſecundas, inquiens, deturbandas, ſternutatorio immiſſo, nares & os comprimito; quare etiam aphor. xxxv. ejuſdem ſectionis difficulter parienti ſternutamen-

rio, vel ejus ſurculis, qui per internas earum cavitates proſeminantur. Motus autem tympano imprimitur, dum ſanguis in ipſius arteriolis validius pulſat: quod fieri putandum eſt, vel dum illæ pungentibus particulis contrahuntur, vel dum viſcidiori ſubſtantia obſtruuntur, vel dum vicino abſceſſu, aut congeſta catarrhi materia comprimuntur. Vapores quoque omni momento ſurgentes, & per tympani poros egredi prohibiti, non modo illud, ſed aerem in cavitate auris contentum agitant. Nervus vero auditorius concutitur ab irregulari ſpirituum motu: hinc epilepſiæ inſultum aurium tinnitus præcedere ſolet, atque vertigine correptis aures tinnire ſentiuntur. Gravis vero auditus fit, vel dum meatus auditorius cerumine aggeſto, aut turgentibus glandulis obturatur; vel dum tympani membrana craſſior, aut humidior reddita fuerit, ut proinde ab externi aeris vibrationibus plane immobilis ſit; vel dum nervus auditorius obſtructus, aut compreſſus ſolito lentius movetur. Hiſce igitur affectibus ſternutatoria utilia aliquando eſſe judicamus, tum quia caput concutiendo obſtructiones ab aurium tubulis excutiunt; tum quia ſanguinis ſordes uberius per nares proliciunt, ut propterea ſanguis purior ac defæcatior ad aures deferatur.

(k) Singultum à convulſivo diaphragmatis motu per intervalla brevia recurrente fieri putavit Doctiſſimus Sylvius. Quum enim inter ſingultiendum aer celerius, magno cum impetu, & incondito ſonitu in pulmones irruat; id non alia ex cauſa, quam ex violenta diaphragmatis ſyſtole, & ſubitanea pectoris dilatatione repetendum eſt. Hinc veterum error detegitur, qui quamvis ſingultum convulſionis ſpeciem eſſe agnoverint; attamen illum inter ſtomachi affectus adnumerarunt. Hanc opinionem duplici argumento ingenioſè convellit Johannes Mayow in tractatu de reſpiratione. I. etenim ex ventriculi convulſione aer è pulmonibus expelli deberet, quum nihilominus in ſingultu velocius in illos irruat. II. Ventriculo convulſo ejuſdem regio introrſum contrahitur, prout in vomitu experimur: in ſingultu autem abdomen extrorſum propellitur, quod à ſepti tranſverſi contractione pendere putandum eſt. Ad hæc, quum omni tempore pro lubitu noſtro ſingultire poſſimus, id ſane demonſtrat, ſingultum non eſſe ventriculi actionem, in quo nullus eſt motus voluntarius, ſed potius diaphragmatis, cujus motus noſtræ voluntatis imperio nonnihil ſubjacet. Licet autem ſingultus non ſit propriè ventriculi affectus; attamen frequentius ex ſtomacho ſive ſiniſtro ejus orificio irritato, quod cum ſepto tranſverſo connectitur, ortum trahit. Si itaque ex ventriculi conſenſu ſingultus fiat, elegans ſane eſt ipſius medicina ſuperveniens ſternutatio, quum ex vehementi pectoris, & abdominis concuſſione moleſtus humor à ſtomachi tunicis excutiatur. Hinc præclarus apud Platonem locus in Sympoſio, ubi quum Ariſtophanes ſingultiendo rumperetur, tria ſingultus remedia propoſuit Medicus Eryximachus: nempe I. ut ſpirationem diu ſupprimeret; II. ut fauces aqua collueret; III. ut vellicatis naribus ſternutamentum ſibi concitaret: quumque Ariſtophanes nec ſpiritus cohibitione, nec faucium ablutione levaretur, motâ ſternutatione, à ſingultu illico expeditus eſt. At vero ſi ſingultus ex hepatis phlegmone, aut gravioribus capitis vulneribus oriatur, ſternutatio non eſt provocanda, quum ab illa malum magis exacerbaretur.

(l) Saſ-

mentum ſuperveniens bonum judicat: quod quoque C. Celſus lib. 2. cap. viii. p. 69. conteſtatur: Cum enim acria, mordacia, & vellicantia ſint πταρμικὰ, nervos odoratorios &c. irritant, ac ut ita dicam mordent, atque ad expulſionem eorum, quæ moleſta ſunt, inſtigant; ſicque factâ vehementi medii imique ventris concuſſione antequam ſternutatio producatur, fit, ut partus difficilis, fœtusve mortuus in utero exiſtens, vel ſecundinæ tenaciter illi annexæ exturbentur. Quare SENEX monet tum temporis nares & os comprimendum, ut nempe majori vehementiorique vi medii imique ventris concuſſio, ſicque in utero concluſorum exturbatio fieri poſſet. Vehementem illam medii imique ventris imo totius corporis concuſſionem præcedere ſternutationi, nemo, uti opinor, inficias ibit, qui ſternutaverit ſternutantesve alios viderit unquam. Aſt

Ratio quare conveniant.

Nota, non præſcribenda talibus in caſibus vehementiora illa remedia, ut propriè dicta πταρμικὰ ſunt, niſi præmiſſis & iteratis illis, quæ minori cum vehementia & periculo, naturâque plane ab opere jam deſiſtente, educant fœtum ſecundinaſve relictas.

Vehementiora tamen tali in caſu non præſcribenda.

12. Suffocatio hypocondriaca à flatibus (1) halitibus, vaporibuſque viſciditate, aciditate, auſteritateve peccantibus ortum primario quod ducat, eſt in confeſſo, ut fuſius probatum in notis noſtris circa Praxin P. Barbette cap. IX. lib. IV. p. 216. & ſequ. Caputpurgia enim & ſternutatoria flatuum, vaporum, halituumque eruptionem depreſſionemve accelerant, modo jam ſæpius dicto atque probato; ſicque liberantur hyſtericæ à ſuffocatione illis tam moleſta. Quare etiam Hippocrates dixit, mulieri hyſtericæ ſternutamentum ſi superveniat, bonum, aphor. XXXV. ſect. V. Ex flatibus, vaporibus, halitibuſque exoriri ſuffocationes hypochondriacas non tantum in confeſſo eſt, ſed etiam viros nonnunquam iiſdem affectos vidimus: ea de causa ſequentem hiſtoriam addo.

In ſuffocatione hypochondriaca.

Viri ſuffocatione hypochondriacâ obnoxii.

(1) Suffocationem hypochondriacam, quæ in Mulieribus hyſterica dici ſolet, à vaporibus, qui ex acido pancreatis nimis auſtero vitioſè cum bile in inteſtinis effervescente erumpant, deduxit Clariſſimus Sylvius. Etenim nihil magis à vero abſonum, quam quod Veteres Medici docuerunt, morbum nempe illum uteri culpa ſemper fieri, quum in Mulieribus ea affectione defunctis hic plerumque inſons repertus fuerit. Imo quum Viri affectu fere ſimili corripi ſoleant, quid certius, quam quod malè uterus in eo morbo accuſetur? Interim vero non negandum, quin longe elegantior hujus affectionis theoria à Williſio proponatur, qui morbum illum ad affectus ſpaſmodicos, & convulſivos retulit. Etenim ſi principaliora ipſius ſymptomata ſpectemus, qualia ſunt in primis dolores abdominis lancinantes, & contorquentes, qui Colicæ convulſivæ nomine Practicis audiunt, faucium conſtrictio, pectoris anguſtia, motus globi alicujus per medium imumque ventrem oberrantis, hæc non quidem Sylvii vapores, ſed immanes convulſiones in partibus thoracis, & abdominis nobis indicant. Neque ex viridium, ac bilioſorum humorum per alvum, aut per os rejectione in hoc morbo facta ſuam ſententiam confirmare poterit Sylvius, quum ex inordinato ſpirituum motu humorum craſis illico turbetur, atque partium eorum ſecretioni deſtinatarum mechanica textura alteretur; nil mirum itaque ſi humores præternaturali colore infecti excernantur. Quod quidem clariſſimè evincit ægritudo illa, qua corripiuntur Navigantes in fluctuanti & irrequieto mari, quæ à ſpirituum animalium agitatione orta, colluviem humoris plane herbacei ex Hominum vel ſaniſſimorum ventriculo educit.

Vir faucium conſtrictione laborans.

Vir triginta circiter annos natus, macer, melancholicus, acidis addictus, fructibus horariis mediâ æſtate nimis avide aſſumptis, incidit primo in præcordiorum anxietatem & ſubinde dolorem ventris contorquentem, alvi adſtrictionem, capitis dolorem gravativum, imo vomitum pituitoſorum & nonnunquam ſimul ſubacidorum, tandem faucium quaſi conſtrictionem & ſuffocationem graviſſimam, ita ut vix reſpirare poſſet, & jam jam ſuffocari videretur: quare vocatus ſtatim ſequens clyſma præſcripſi.

Enema purgans.

℞. *Decoct. emollient. & Carminat.* ℥viij. *Electuar. diacathol.* ℥ij. *Sal. volat. oleoſ.* ʒß *Gemmæ* ℈ij. MS. F. Clyſter pro viro.

Quo injecto bis terve alvum depoſuit cum levamine, interim ſingulis horis cochleare unum alterumve de ſequenti mixtura aſſumpſit.

Mixtura flatus diſcutiens.

℞. *Aq. menth. Meliſſ. Fænic. ana* ℥j. *Spir. Carmin. Sylv. Cortic. citri recentior. ana* ʒiij. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xxv. *Ol. macis ſtillat. gutt.* ij. *Syrup. è baccis ſambuc.* ℥v. MS.

Verum parvum aut nullum levamen inde ſenſit. Uxor ſubinde ipſi ceraſum conditum, vinum rhenanum & ejuſmodi acida vel ſubacida dederat, quo malum ita adauxit, ut jam jam ſuffocatus videretur. Reverſus ſuffocationis hypochondriacæ ſigna omnia obſervans, hujuſque cauſam rogando &c. indagans, dicta mihi retulere: quare mox caſtorium, rutam cum aſſa fætida pro odoratu, & ſpiritum ſalis armoniaci naribus admovendum, ſequentem mixturam ac pulverem præſcripſi.

Caſtorium, aſſa fætida, ſpiritus ſalis armoniaci, pro odoratu.

Mixtura in ſuffocatione hypochondriaca.

℞. *Aq. puleg.* ℥iij. *Majoran. nobil.* ℥jß. *Antihyſteric. noſtræ in capite de apophlegmatiſmis deſcribend.* ℥j. *Tinctur. caſtor.* ʒiß. *Spirit. ſalis armoniac. gutt.* xv. *Olei ſuccin. gut.* iij. *Rob. ſambuc.* ʒiij. MS.

Pulvis in dicta ſuffocatione.

℞. *Ocul. cancr.* ʒß. *Succin. præpar. Caſtor. optim. ana* ℈j. *Ol. puleg. ſtill. gutt.* iij. MS. F. Pulvis, in quatuor doſes dividendus.

Singulis horæ quadrantibus cochleare unum, & ter quotidie doſin pulveris aſſumpſit tali cum ſucceſſu, ut brevi ad ſanitatem veniret curatio: imo caſtorio ruta & aſſa fetida naribus admotis, mox levamen ſenſiſſe ſe teſtabatur. Poſt annum circiter eodem morbo afflictus brevi ultima methodo fuit reſtitutus, quare continuo collo Caſtorium & aſſam fætidam adhuc gerit, & liber manet à dictis ſymptomatibus.

In tonſillis inflammatis.

13. Errhina in tonſillarum inflammationibus apprimè convenire, ubi jam conſtitit rheuma, docuit Joubertus de thoracis affectibus cap. 2.

In odontalgia.

14. Conveniunt quoque in odontalgia, quod Empyricis Circumforaneiſque apprimè notum, qui unica errhinorum ſternutatoriorumve exhibitione plus ſubinde efficiunt, quam ullis

aliis

aliis remediis, ſæpius etſi iteratis.

15. In morbis lethalibus (m) imo maxime lethalibus ſternutationes prodeſſe dixit Hippocrates prænot. xiii. ii. imprimis ſi ſpontaneæ obſerventur. In morbis lethalibus.

Morbi Errhina Sternutatoriave vetantes ſunt.

1. Oculorum læſiones ſcilicet inflammatio, viſus imbecillitas, ſuffuſio &c. oculis enim labefactatis pax ſit ab errhinis & ſternutatoriis, nam periculum cæcitatis immineret, ut videre eſt in præcedentibus. Humores enim vi medicamenti agitati fluxileſque quodammodo redditi ex parte ſaltem aliqua ad oculos jam imbecilles deturbarentur, malumque quam maxime augeretur, nec non humores arctius in oculis compingerentur. Cerebrum namque nimis πταρμικὰ concutere Scholzius Epiſt. Medicin. 8. dixit; exemplumque illud triſte ſtatim à nobis productum abunde teſtatur. Idem docuere ſequentes Practici, ut Joubertus lib. de affectib. capitis cap. 1x. Hollerius de morbis internis lib j. Schol. 2. Trincavellus lib. j. conſil. 61. 62. & 66. Sennertus lib. j. part. j. cap. v. Praxeos. Heurnius lib. de morbis cap. 9. &c. inſpiciatur quoque hiſtoria cujuſdam ex ſternutatione cæci apud G. F. Hildanum Cent. j. obſerv. 24. Nocent in oculorum læſionibus.

2. Vertigo, vertiginique obnoxii, nimium enim, ut ſtatim ex Scholzio allatum, cerebrum concutiunt, ſpirituſque animales magis magiſque in gyrum acti (n) halitus, vapores, flatuſve plures ad In vertigine vel eadem obnoxiis.

(m) In morbis maxime lethalibus ſternutationem ſponte ſupervenientem non leve ſolatium eſſe tradidit Magnus Hippocrates: excipit vero eas affectiones, quæ in pulmonibus ſedem ſuam habent. Hæc ſunt ipſius verba loco à clariſſimo Auctore allegato. *Sternutationes in omnibus circa pulmonem morbis & anteceſſiſſe, & ſuccedere malum eſt. At in aliis morbis lethaliſſimis ſternutationes proſunt.* Quæ profecto verba repetit in lib. Coac. prænot., ubi obſervat Ludovicus Duretus in commentaria expoſitione, idcirco ſternutamentum pulmonum morbis noxium eſſe, quia concuſſione fortiſſima ſternutationis lacerantur pulmones, & inflammantur, unde nova trahendi, & abſorbendi occaſio. Recenſet deinde idem Duretus morbos, in quibus ſternutamenta commendavit Hippocrates: Suntque Febres cum pepaſmo, Apoplexia, Paralyſis, Paraplegia, Epilepſia, Lethargus, Coma tum Vigil, cum Veternoſum, Partus difficilis, & Puerperiorum ſuppreſſio.

(n) Vulgata illa vertiginem explicandi ratio per vapores ſurſum adſcendentes, & ſpiritus in gyrum actos, ſemper mihi diſplicuit, quod nec ii vias habeant planas, per quas in cerebrum prorumpant, neque hi in ſubtiliſſimis cerebri canaliculis in gyrum verti facilè poſſint. Quo tamen admiſſo, aliud quidpiam requiri videtur, ut externa objecta circumgyrari videantur. Naturæ etenim lege ſtatutum eſt, ut tunc ſolum corpus in gyrum agi appareat, dum ejus radii ſucceſſivè in variis retinæ fibris ſuam imaginem inſculpunt. Quare nobis ea manet animo ſententia, vertiginem fieri, dum ex tumultuario ſpirituum motu, quam proximam hujus morbi cauſam arbitramur, vel retinæ fibræ ſubinde dimoventur, ut nunc una nunc altera radios ab externis objectis advenientes excipiat; vel humores in oculi cavo contenti ita agitantur, ut fere ſicuti aqua in vaſe circumferantur, & pertranſeuntes radios pari modo commoveant. Idcirco non abſque ratione monitum ab Auctore noſtro puto, errhina medicamenta vertiginoſis non convenire, quoniam à forti, quam naribus inferunt, irritatione ſpiritus vehementius commoti facilè epilepſiæ paroxyſmum inducerent. Quod quidem exemplis Schenkius confirmavit, qui plures Scotomia laborantes ex uſu ſternutatoriorum epilepticos redditos fuiſſe memoriæ prodidit.

ad cerebrum hac agitatione totiuſque corporis concuſſione aſcendere faciunt, vide ſis Sennertum loco mox citato.

In narium ulceribus.

3. Narium ulcera, ut non raro in lue venerea contigit. Damnantur ſternutatoria in narium ulceribus, quia à defluxu acri utplurimum ortum trahunt, hacque ratione non niſi acribus humoribus, unde ulcera illa excitata, acria remedia adderentur; ſicque malum non curaretur, ſed gravius è contra redderetur, ac in polypum ozænamque ſic facilè degeneraret.

In narium &c. hæmorrhagia.

4. Narium, internarumque reliquarum partium hæmorrhagia, vaſis enim nondum arcte conſolidatis, ſanguineve adhuc ex iiſdem exſtillante, merito damnantur πταρμικά: ratio in ſuperioribus, ubi de humoribus indicantibus egimus, tradita eſt. Libet hiſtoriam de hæmorrhagia narium graviſſima, nullis internis externiſque medicamentis cedente, narrare.

Juvenis graviſſimâ cephalalgiâ laborans.

Juvenis viginti quatuor annorum, carnoſus, plethoricus, poſt varios corporis motus in cephalalgiam graviſſimam & intolerabilem, ac de momento in momentum ita ingraveſcentem incidit, ut intra paucas horas delirio afficeretur: quare Medicus accerſitus ſtatim ipſi venam largiter ſecandam juſſit, verum nullo cum levamine: quare clyſma ſequens præſcripſit.

Quare enema purgans præſcriptum.

℞. *Decoct. emollient.* ℥viij. *Electuar. diacathol.* ℥ij. *Sal. gemm. Prunell. ana* ʒj. MS. F. Clyſter.

Quo injecto bis alvum depoſuit & parum dormivit, aſt expergefactus, de eodem imo majori conquerebatur capitis dolore; quare fronti applicuere ſequens oxyrrhodinum duplicatis linteis ſæpius renovandum.

Abſque levamine.

Oxyrrhodinum.

℞. *Aq. portulac. Semperviv. major. ana* ℥iiij. *Lap. prunell.* ʒß. *Sacchar. ſaturni* ʒiß. *Opii aceto ſimplici diſſolut.* ʒij. MS.

Cujus beneficio levamen ſenſit, iterumque vena fuit ſecta, manente tamen cephalalgia; quare ſequens decoctum uſurpavit.

Decoctum purgans temperatum cephalicum.

℞. *Rad. taraxic. Cichor. ana* ℥j. *Fol. Betonic. Acetoſ. Violar. ana m.j. Roriſmar. Majoran. nobil. ana m.ß. Rhabarbar.* ʒiij. *Tamarindor.* ℥jß. *Tartar. rhenan.* ʒjß. Coq. ſ.a. ex ſeri lactis q.ſ. Sub finem add. *Fol. ſennæ ſine ſtip.* ℥ß. In colatur. pint. jß. diſſolv. *Syr. ſtæchad. Cichor. cum rheo ana* ℥jß. MS.

De quo ſingulis vicibus uncias tres ter de die aſſumpſit, & alvum benè depoſuit: potus ordinarius cereviſia tenuis in qua lapis prunellæ diſſolutus, & ſubinde lac ebutyratum cum uvis corinthiacis & acetosa coctum, verum omnia fruſtraneo eventu. Septimo vero die ſubitò in hæmorrhagiam graviſſimam incidit, & omnis cephalalgia ipſo momento evanuit, quare illa hæmorrhagia narium critica judicata fuit. Verum tanta copia ſanguis illo ipſo die effluxit,

Diæta.

Hæmorrhagiâ criticâ dolor ſedatus.

xit, ut viribus pene omnibus jam proſtratis, hæmorrhagiam quam citiſſime ſiſtendam putaret Medicus, quippe qui mortem ex tanta hæmorrhagia cum virium jactura meritò verebatur; ac ea de cauſa oxyrrhodinum jam memoratum iterandum & genitalibus applitandum juſſit: verum incaſſum omnia, donec tandem cucurbitulas duas utrique parti abdominis circa medium muſculorum tranſverſorum ſine ſcarificatione applicuerit, & ſtatim, imo eodem ipſo momento hæmorrhagia fuit curata. De cucurbitulis quia jam mentionem feci, libet nonnulla de illarum figura, fabrica, magnitudine, applicatione, operatione &c. imo varias in doloribus intolerabilibus curationes ſubitaneas illarum beneficio in ſequentibus addere.

Unde virium proſtratio ſubitanea.

Cucurbitulis abdomini adhibitis curatus.

Parantur plerumque vel ex ſtanno vel vitro. Vulgares ex ſtanno paratæ ſunt A. notatæ: ex vitro multifariæ ſunt & B. C. D. E. ſignatæ, cum vel ſine foramine in ſuperiori parte, ſine foramine cum ſcarificatione apponendæ. E, quæ major eſt, neutiquam in uſum revocanda niſi cum foramine cera occludendo, ut ſi majori & ſubitanea vi vulgò attrahat, mox aciculâ vel acu per foramen cerâ occluſum aperiatur, ut eo minori ac minus ſubitanea vehementia partes humoreſque ſubjacentes in cucurbitulam propellantur. Sed de hiſce poſtea fuſius.

Cucurbitularum figura, magnitudo &c.

Modus utendi.

A. A. Cucurbitulæ ex ſtanno vulgares.

B. C. D. E. Cucurbitulæ ex vitro conflatæ cum foramine, a. in ſuperiore parte notatæ.

TAB. I. FIG. I.

B. Cucurbitula in dolore punctorio in hac illave parte carnoſa cum vel ſine ſcarificatione applicanda.

C. Eadem ſed major, majorique oſculo in dicto dolore adhibenda.

D. Cucurbitula parva ſed lata in ophthalmia à nobis quondam cum ſucceſſu, ſed minima flamma, attamen levi cum ſcarificatione uſurpata, de qua in ſequentibus.

E. Vulgaris ex vitro, de quibus omnibus poſtea prolixius.

5. Angina pituitoſa hiſce in regionibus admodum familiaris, quia nonniſi inflammatio, fluxio, tumor, dolor, & per conſequens febris ſymptomatica ſternutatoriis adhibitis augeretur; imprimis ubi rheuma non conſtiterit, ut ſtatim citatus Joubertus de affectibus thoracis cap. j. teſtatur.

In angina pituitoſa.

6. Catarrhi, quia non niſi defluxiones plures ac majores excitarentur, maloque malum adderent: nam motis & commotis liquidioribuſque redditis humoribus neceſſariò catarrhi plures & graviores generabuntur. Quare quoque

In catarrhis.

7. In pulmonum morbis neutiquam laudantur, nec felici cum ſucceſſu uſurpantur ſternutatoria, quod venerandus Senex

In pulmonum morbis.

Coac.

Coac. prænot. iii. §. 174. confirmat. Ut plurimum enim non niſi pleuritides, peripneumoniæ, catarrhique inprimis ſalſoacres inde excitabuntur, qua catarrhorum in pulmones depluentium acredine tuſſis primo generatur, dein ipſa capillaria pulmonum vaſa conquaſſando & corrodendo aperiuntur, ſicque extravaſatus vehementique hac corporis concuſſione adhucdum ex apertis nondumque conſolidatis vaſis ſanguis extillans & quodammodo jam ſtagnans, novæque defluxioni acriori occurrens, acrior neceſſariò redditur, putreſcit, ſicque tandem pulmonum ulcus ſternutatoriorum maleficio producitur.

Quâ ratione ulcus pulmonum excitetur.

8. Arthritis ejuſque ſpecies omnes. Sæpiſſime enim à catarrhis & quidem bilioſis aut ſalſo-acribus, ut ex dolore rodente & partium dolore arthritico afflictarum inflammatione, rubore, &c. patet, ortum ducit arthriticus dolor pedes manus aliaſve partes affligens: imprimis quoque arthritis vaga ſcorbutica, omneſque ac ſinguli ex catarrhis oriundi dolores.

In arthritide.

Vir quidam graviſſimus & doctiſſimus dolore iſchiatico intolerabili & diuturno afflictus, incedere pedeſque movere amplius non valens, plurimorum Medicorum ac Chirurgorum conſilio uſus, omnibus internis externiſque remediis (cerotis nempe, fomentis, linimentis, etſi efficaciſſimis & perquam ſpirituoſis, anodynis doloremque ſedantibus, balneis &c.) jam fruſtra adhibitis, cauterio actuali digitum minorem craſſo ad os uſque protuſo, (ſecundum dexterrimi & experti Chirurgi prædictionem) plane & brevi fuit curatus. Operatio illa, nobis etſi intolerabilis, dura ac crudelis videbatur, tam ſubitò tamen dexterrima dicti Chirurgi manu peracta fuit, ut vix de dolore conquereretur æger, aſſeverans ſtatim levamen ſenſiſſe: è vulnere quamdiu apertum eſſet lympham viſcidiorem acrem effluxiſſe quotidie obſervatum fuit, & brevi omni dolore liberatus æger. Meritò ergo Hippocrates aphor. vj. ſect. viij. dixit, *quæcunque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat, quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat, quæ ignis non ſanat, ea incurabilia judicato*. Ne iiſdem tamen doloribus corriperetur denuo dictus Vir, in crure fonticulum per annos aliquot geſſit: verum præ moleſtia & frequenti eo in loco dolore occluſus fuit conſenſu Medici. Poſt duodecim vel quod excedebat annos, æque magnis imo gravioribus fuit afflictus doloribus, qua de cauſa cauterium actuale ſtatim inſtituendum & dicto more renovandum putarunt Medici: aſt Chirurgus ſæpius cucurbitulis dictis in uſum tali in caſu revocatis, hiſce tentamen inſtituendum propoſuit, quod placuit Medicis. His igitur inſtitutis, non tantum ſtatim levamen ſenſit, ſed brevi doloribus fuit liberatus, quinquieſque de

Vir dolore iſchiatico ſummo afflictus.

Cauterio actuali curatus.

Quæ incurabilia judicanda.

Fonticulum geſtavit. Poſt duodecim annos recidivam paſſus.

de die inſtituebantur dictæ cucurbitulæ . Rem dictam ut clarius intelligat ſtudioſus Lector , figuras ſequentes inſpiciat . Cucurbitulis ſanatur.

TAB. I. FIG. II.

a. Patiens dolore ſummo iſchiatico affectus.
b. Locus affectus .
c. Cauterium digitum minorem craſſum candens.
d. Manus Chirurgi.
e. Protrudens cauterium ad os uſque .
f. Vulnus, ex quo lympha viſcida acris extillat.
g Olla , in qua prunæ candentes cum cauterio.

TAB. I. FIG. III.

1. Cucurbitula.
2. Foramen cera obturatum.
3. Parva incenſi lini quantitas .
4. Cucurbitula impoſita .
5. Cutis & partes ſubjacentes ſubitò & magna vi in cucurbitam protruſæ.
6. Foramen acu vel acicula quodammodo apertum, quia nimis ſubitò partes ſubjacentes impelluntur , aut ægri ferre nequeunt, ibidemque relictum , ne aere ambiente per foramen impulſo mox decideret cucurbita .
7. Foramen jam apertum, aciculâ ſublatâ , ſtatim detumeſcunt partes dictæ , & decidunt cucurbitulæ .

Virginem Cæcam ter , ni fallor , cauterio actuali in capite adhibito & ad os uſque protuſo curatam , occluſo vero foramine recidivam paſſam vidimus apud dexterrimum ac præmatura à morte extinctum Virum Dominum Antonium Nuckium , Anatomiæ Profeſſorem : ſed de hoc caſu in ſequentibus. Virgo cœca cauterio in capite curata.

Miraberis ſæpius benevole Lector effectus veſicatoriorum , cucurbitularum,ac cauteriorum in doloribus corporis intolerabilibus (imprimis in partibus carnoſis) nullis medicamentis externis, nempe linimentis , fomentis , cataplaſmatibus &c.,interniſque etſi opiatis cedentibus , adhibitorum : teſtes non tantum ſunt Medici nonnulli & Chirurgi , verum & tot curati & doloribus hoc modo liberati ægri. Efficaci hac medicina imprimis jam gaudet dexterrimus & multifaria experientia clarus Chirurgus Petrus Adriani Amſtelodami Chirurgiam ſumma laude exercens, imo inaudita hactenus & incurabilia judicata, hoc modo brevi ſanat . Plura de hiſce cucurbitulis & cauteriis qui deſiderat , legat doctiſſimum & elegantiſſimum tractatum Severini de efficaci medicina . Cauteriorum veſicatoriorum & cucurbitularum effectus in doloribus omnibus fruſtra adhibitis.

Homines, quibus Sternutatoria nonniſi magna urgente neceſſitate præſcribenda ſunt.

πταρμικὰ non facilè præſcribenda pueris.

1. Pueri, Infantes, primò ob ſternutatoriorum vim & vehementiam; quare tenuia illa cerebra & cerebella nimis fortiter ptarmicis concutiuntur, ut Scholzius epiſt. Medic. viij. habet. Ex tali Infantium cerebrorum concuſſione quænam mala generari producique poſſint, judicent judicio pollentes, quique praxin circa Infantes exercuere unquam: ſpaſmum enim, epilepſiam, motuſque convulſivos epilepticos ſtatim poſt ptarmicorum uſum productos vidimus, illoſque aut numquam aut maxima cum difficultate curatos obſervavimus. Secundò, quia tutius minori nempe cum periculo, jucundiuſque Infantes hoc illove morbo ſymptomateve laborantes, ut è ſequentibus patebit, curantur.

Epilepſia ex ptarmicis orta.

Gravidis.

2. Gravidæ itidem ob ſternutatoriorum impetum & violentiam; facilè enim inde abortus ſuccederet (ut facilè cuivis concludere licet ex Hippocr. Aph. 49. Sect. 5. ubi ad ſecundas deturbandas ſternutatorium quoque præſcribit). Nam in ſternutatione totum corpus ejuſque partes omnes ac ſingulæ vehementer, ut ſupra probatum, concutiuntur; non mirum ergo si fœtus cum ſecundis valida illa materni corporis & per conſequens tenelli fœtus commotione exturbetur. Ut & quibus menſtrua nimis profusè fluunt.

Quare.

Menſtruis copioſis.

Tabe confectis.

3. Tabe qui conficiuntur vel jam confecti, imprimis si ex defluxione in medullam ſpinalem (o) (ut Magnus SENEX lib. de grandulis text. 10. p. 420. memoriæ reliquit) tabes illa ſit producta: hac enim via nonniſi catarrhi plures imo nonnumquam graviores excitarentur, corpuſque illorum jam areſcens, aridius adhuc, totumque exſuccum redderetur.

Valde carnoſis. Quia hæmoptoë inde ſequitur.

4. Valde carnoſi, nil enim minus tolerare poſſunt carnoſiori corpore onuſti Homines, quam πταρμικὰ, quod vehementer illorum corpora hiſce concutiuntur; facilèque inde reſpiratio carnoſiorum difficilior redditur, & hæmoptoë inde ſequitur, quæ niſi venæ

(o) Speciem hanc Tabis dorſalis, quam occultam & inconſpicuam Hippocrates dixerat in lib. de locis in Homine, ſic citato loco deſcribit: *Alius morbus oritur ex defluxione capitis per venas in ſpinalem medullam, inde autem in os ſacrum impetum facit, quò medulla ipſa fluxionem producit, & in coxendicum acetabula ſeu juncturas deponit, & ſi tabem fecerit, Homo marceſcit, & vivere non expetit. Statim enim ſcapulæ dolent, amboque pedes, & crura conſequuntur, & ſemper tandem pereunt multo tempore curati, atque ſic defloreſcit Homo, & moritur.* Hæc ille. De ea autem fusè egit Balduinus Ronſſeus epiſt. 32. ſub nomine λόρδωσις, ſive lumbaginis, quoniam Patientes in principio morbi de dolore lumborum conqueruntur, deinde ut plurimum gibbi fieri ſolent. Clarior vero ipſius deſcriptio ex Williſio in cap. de Phthiſi deſumi poterit.

venæ ſectione & opiatis ſtatim & ſubitò curetur, incurabilem imo lethalem ipſam judicato. Pluribus obſervationibus dicta comprobare poſſem, ſed tantum rem verbo, non verbis aperio.

5. Plethorici, ob apoplexiæ, vertiginis, graviſve hæmorrhagiæ metum: videsis Paræum lib.21.Chirurg.cap.37. Plethoricis.

6. Aphtis laborantes, propter depluentium ex capite humorum acredinem, quæ nonniſi nova produceret oris ulcuſcula, unde dolores inexplicabiles exorirentur. Aphthis laborantibus.

7. Hernioſi omnes; quia facilè herniæ, (ex ſitu naturali ſive jam prolapſæ aut extuberantes ſint adhuc, ſive iterum jam reductæ ac nondum curatæ fuerint) dictorum remediorum violentia proficiſcuntur, premitur enim undique corpus parteſque interiores omnes. Hernioſis.

Sequentes caſus dicta noſtra confirmabunt. Ante biennium circiter nos accerſivit gravida quædam, quadraginta præter propter annos nata, novem puerorum mater, herniâ umbilicali flatuoſa inſtarque Infantis capitis jam protuberante laborans: inter cauſarum indagationem retulit prægnans, ſemper geſtationis tempore hac dicta hernia aſt nunquam tanta nec tam gravi fuiſſe affectam, ac illius protuberantiam faſcia, & ligatura ſatis ſuperque ſemper inhibuiſſe. Verum cum ante ſeptimanam unam alteramve ob odontalgiam intolerabilem ptarmicum, & quidem cum ſucceſſu ter quaterve uſurpaſſet, eodem illo die magis magiſque protuberaſſe herniam, & vix aut ne vix quidem manu aut faſciis ipſam reducere potuiſſe. Magno igitur conamine, pituitam incidentibus flatuſque diſcutientibus prius exhibitis; in locum naturalem reduximus herniam, partique affectæ emplaſtrum ad orbis circiter magnitudinem ex ſequenti maſſa imponi curavimus. Gravida hernia umbilicali flatuoſa laborans. Ob odontalgiam ptarmicum uſurpavit. Hernia poſt flatus diſcutientia uſurpata reducta. Emplaſtrum contra herniam.

℞. *Colophon.* ℥iiß. *Therebinth.* ℥jß. *Flor. balauſtior. Sanguin. dracon. ana* ʒjß. *Ol. carvi ſtillat. gutt.* xij. *Maſtichin.* q. ſ. MS. F. S. A. Magdaleon.

Quod continuò geſtat, nec de umbilicalis herniæ protuberantia amplius conqueritur, etſi ſemel biſve poſtea prægnans fuerit, fœtumque geſtarit. Cujus beneficio curata.

Alia itidem mulier umbilicali hernia flatuoſa nunquam tamen ita protuberante afflicta, niſi cum flatulenta multa comediſſet, aut diu alvo adſtricta fuiſſet vexata, imprimis vero ſi ſæpius ſternutaviſſet: quare ſternutatione inſtante ſtatim oculos confricabat & ſternutationem ſic cohibuit; & dicto ſolo ceroto curata fuit. Mulier ſimili hernia laborans.

8. Nephritici ob vehementem, ut dictum, & nimiam totius corporis commotionem ac concuſſionem: intolerabiles enim hac corporis concuſſione dolores &c. producerent πταρμικά, quare ſatius Nephriticis.

 tius

tius eſſe à vehementioribus illis remediis abſtinere, quam infelicibus, & injucundis effectibus ægrotantes tali moleſtia afficere, judicamus.

Hydropicis. 9. Hydropici, quia hac ratione & illorum reſpiratio redditur difficilior, & herniæ aquoſæ nonnunquam in ſcroto generantur; ut in ſequentibus variis obſervationibus & caſibus comprobabimus ac demonſtrabimus.

Minori cum periculo Sternutatorium uſurpant ſequentes Homines.

Faciliori negotio ptarmica ferunt provectiori ætate ac firmiori corpore prædití, &c.

1. Qui grandiori provectiorique ſunt ætate & qui firmo fortique corpore, nec morbis extenuati aut debilitati exiſtunt; quia ſternutatoriorum vim & violentiam facilius perferre poſſunt.

Vertigini non obnoxii.

2. Qui ſunt capite firmiori, ac nullatenus vertigini obnoxii: ea de cauſa inſpiciat benevolus Lector jam dictas hiſtorias.

Oculorum imbecillitatibus non affecti.

3. Nullis oculorum imbecillitatibus ſubjecti; quia ſtatim oculorum morbi horum maleficio exacerbeſcunt, imo ſæpe tanta cum vehementia, ut nocte dieque tales ægri quieſcere nequeant.

Narium ulceribus qui non laborant.

4. Quorum nares ulceribus ſubinde non afficiuntur; imo etſi jam jam curata viderentur ulcera, ſtatim vel brevi poſt ſaltem magis exacerbeſcerent, modo non in polypum aut ulcera phagedæna degenerarent, qua de cauſa imprimis hoc obſervandum monui: & ni brevitati ſtuderem, caſum unum vel alterum adderem.

Qui hæmorrhagia non obnoxii.

5. Qui neutiquam hæmorrhagiis vexantur, nam ſternutatoriorum vehementiâ facile tenellula illa vaſa, leviter tantum coarctata, atque ſanata aperiuntur, & quid inde mali eveniret judicet Lector ſtudioſus judicio pollens.

Qui paucioris ſunt ſanguinis.

6. Qui paucioris ſunt ſanguinis, neutiquam vero plethorici: rationem in ſuperioribus dedimus.

Catarrhis qui non afficiuntur.

7. Catarrhis qui non afficiuntur, in pulmones cæteraſve corporis partes ſi dilabantur.

Qui angina non vexantur.

8. Anginâ qui nunquam vexantur.

Qui pulmonum vitio non laborant.

9. Nullo pulmonum vitio aut morbo qui affecti, ſed illorum potius robore, ac liberiori plenioriq; reſpiratione qui prædití ſunt.

Qui neutiquam hernioſi.

10. Qui nullatenus ſunt hernioſi, ratio in ſuperioribus jam ſatis data, facilè enim recidivam paterentur tales Homines.

Nec nephritici.

11. Nephritide nunquam qui fuere affecti, aut afficiuntur etiamnum; quare vir quiſpiam nephritide laborans ſternutationem carnificinam vocabat.

Nec artritici.

12. Nullo modo qui arthritici ſunt vel fuere unquam, quia hoc modo humoribus attenuatis, & inciſis facilè catarrhi plurimi

exo-

exoriuntur: ſternutando enim quia non omnes per nares exturbantur catarrhi, facilè in hanc illamve partem arthritide prægreſsâ debilitatam incidunt, doloreſque intolerabiles excitant; quare in arthriticis nonniſi ſumma neceſſitate urgente præſcribenda ſternutatoria.

13. Hydrope qui non affliguntur; tantam enim corporis concuſſionem ferre nequeunt, imo vaſa lymphatica hac vel illa in parte jam rupta, vel dilatata magis dilatarentur aut rumperentur. Nec hydropici.

14. Qui non admodum carnoſi, ſed potius graciles & ad ſternutandum faciles. Graciles, nec valde carnoſi.

Tempus Errhina Sternutatoriave uſurpandi.

1. Maxime conveniens & opportunum matutinum judicatur à Paræo Chirurg. lib. 25. cap. 35. & Jacobo Wechero libr. j. antidot. gener. cap. 18. Maxime convenit matutinum

2. Ventre imprimis vacuo exiſtente, ut teſtatur Sennertus lib. j. Pract. part. j. cap. 10. Ventre vacuo.

3. Uſurpanda veniunt longe à cibo, à balneo, vel aliter laxata cute, teſte Hollerio lib. j. de morbis internis ſchol. cap. 2. Longe a cibo &c.

4. Tempus autumnale & hybernum, quia capitis gravitates majores excitantur, ac pituitoſi viſcoſique humores magis tum turgent ac luxuriant, teſte Corn. Celſo lib. j. cap. 3. p. 29. facilius quoque minorique cum moleſtia & periculo tales humores turgentes educuntur & eliciuntur, quam ſi non turgeant. Aſt tempore hyberno meridianum opportunius eſt matutino, quia circa meridiem aliquantum liquidiores ut plurimum conſpiciuntur humores, meridianum quoque non tam frigidum, quam quidem matutinum obſervatur. Tempus autumnale. In hyeme meridianum non matutinum.

5. Lunâ creſcente vel jam plenâ exiſtente, quia humores nec tam viſcidi nec tam copioſi in corpore tum reperiuntur. Lunâ plenâ vel creſcente.

Quid ante, inter, & poſt Errhina ſternutatoriave ſit obſervandum & agendum, paucis videbimus.

Ante errhina & ſternutatoria requiritur:

1 Ut univerſalia nempe purgantia, diaphoretica, venæſectio &c. præmittantur, antequam ad caputpurgia, aut propriè dicta ptarmica deveniatur; (teſte Paræo lib. 25. Chirurg. cap. 35. necnon Fuchſio Univerſalia ante errhina præmittenda.

Fuchſio lib.2. de compoſ. medic. cap.25.) ſicque corpus à noxiis ſuperfluiſque humoribus contentis evacuetur, locuſque ſternutatoriis tutiùs cedatur: graviora namque alias ſymptomata morbive excitarentur, quam quibus jam vexati ægri, aut ob quæ præſcribenda vel exhibenda eadem eſſent, ut hinc inde in Practicis triſtia & lachrymis digna exempla teſtantur.

Quare.

Sternutaturus calore ſibi conſulat.

2. Ut ſternutaturus, errhinumve uſurpaturus, calore ſibi conſulat, ut viſcoſi pituitoſique humores parum incidantur, fluxilioreſque reddantur, ſicque ad exitum aptiores ſint dicti humores. Secundò ne ullo modo aerem ſubeat frigidum; hac enim via coagularentur iterum liquidi & aliquantum jam fluidiores redditi humores, ſicque nonniſi catarrhi graves excitarentur.

Ambulando ſe moveat.

3. Ut ſternutaturus ſe parum ambulando moveat, ob rationem jam dictam.

Liquidorũ quantitas aſſumenda.

4. Liquida ſi uſurpent errhina, ut tepida ex vola manus ad drachmas tres, vel ad ſummum ad ſemiunciam naribus attrahant, & os aqua, cereviſia, aliove liquore compleant, ne ſcilicet attractus liquor in palatum remeet, & inde inſpirando in pulmones illabatur, ut ſuadent Paræus loco jam cirato, Fuchſius lib.2. de compoſ. medicam, J. Wecherus lib.j. antidot. general. cap.18., Petr. Foreſtus lib.9. obſervat.18.

Vehementiora quomodo uſurpanda.

5. Πταρμικὰ vehementia ut naribus non attrahantur, vel inflentur, ſed pixidi æneæ vel alii vaſi includantur, motâque pixide, aliove vaſe ſternutatoria illa vehementia continente commoto naribus admoveantur, ut videre eſt apud Heurnium in Prax. medic. lib. j. cap. de ſternutatoriis.

Inter ſternutandum requiritur ſolummodo.

In ſternutatione quid agendum.

1. Ut corpus arcte claudatur & comprimatur, ne vehementi corporis concuſſione gravia generentur ſymptomata.

Aeri frigidiori ne ſe exponat ſternutaturus.

2. Ut calore ſibi conſulant ſternutantes, nulloque modo aerem, ut jam dictum, frigidum ſubeant: nam inde nonniſi humores plures, & prioribus viſcoſiores, imo catarrhi graves, & curatu difficiliores excitarentur.

In ſternutatione nimia quid agendum.

Si pruritus obſervetur quomodo tollendus.

3. Quod ſi errhina ſternutatoriave nimis vehementer operentur, oculos fricandos ſuadet antiquus quidam Medicus Caſſius, ſtatimque ſternutatio ceſſabit. Si vero pruritum quempiam ex errhinorum &c. uſu in naribus obſervent Sternutantes, lacte muliebri, vel oleo violaceo demulgendus, ut videre eſt in Hollerio lib. j. de morbis internis Schol.2.: quare etiam Sennertus poſt errhinorum

rum &c. uſum nares lacte oleove violaceo eluendas ſuadet, ut tollatur, ſi quid acredinis vel acrimoniæ relictum in naribus manſerit lib. 1. part. j. Pract. cap. 5.

4. Ex præpoſtero errhinorum ptarmicorumve uſu ardor & dolor aliquis intra nares nonnunquam percipitur, ut auctor eſt P. Foreſtus lib. 9. obſerv. Schol. 18. nec non Sennertus lib. j. Pract. part. 1. cap. 10: quo in caſu aqua ſimplex tepida, vel oleum violaſirum, vel unguentum populeum, vel lac tepidum (naribus nempe ſi dicta attrahantur, vel illinantur, vel admoveantur) præſcribuntur: ſequens omnibus tanquam ſingulare commendamus. Si dolor aut ardor poſt ptarmica.

℞. *Lact. muliebr. recenter emulct., vel illo deficiente ſolummodo recentis vaccini ex. gr.* ℥ij. *Mucilag. aqua roſarum ex ſemine cydonior. fact.* ʒij. *Opii Thebaic.* ℈j. Eo in caſu excellens medicamentum.

Opium primò in lacte tepido diſſolvatur, tumque per linteum leviter exprimatur, iterumque ſolvatur & exprimatur, tumque calidè admiſceatur mucilago ſeminis cydoniorum lacti, hiſce mixtis opium ſolutum & expreſſum affundatur & tepidè uſurpetur vel è vola manus, vel cum goſſypio.

Poſt Erhina Ptarmicave conveniunt.

1. Caput confortantia & exſiccantia externa & interna, alias nonniſi caſſum ageres laborem, & aquoſorum, pituitoſorum, viſcidorumque humorum major generaretur quantitas & copia, quam quibus ægri antea unquam oppreſſi fuiſſent. Poſt ptarmica caput exſiccandum &c.

2. A ptarmicis & errhinis à frigore ſe tueantur, pauloque ambulando corpus moveant, & quieti ſe poſtmodum tradant. Quid denique agendum.

3. Ut catarrhos ſiſtentia, acrimoniamque humorum temperantia ſicca exhibeantur; ex. gr. Maſſa Pilularis de cynogloſſa, laudanum opiatum &c. Ad catarrhos ſiſtendos &c.

4. Stomachum corroborantia, & quidem calida ſicca & confortantia, ut uſurpentur, quia ſæpius contingit ut ventriculus ab aqueis pituoſis &c. humoribus in eundem tunc temporis illapſis debilitaretur. Ad Stomachum corroborandum &c.

5. Frigida nullatenus uſurpanda, diæta calida & ſicca præſcribenda, ſitique neutiquam ſatisfaciendum judicamus. Poſt errhina diæta qualis adhibenda.

Sternutatio quomodo fiat & excitetur, (p) videre eſt apud Hippocratem aphor. 51. Sect. 7. & Clar. Viri D. Fr. de le Boë Sylvii Praxeos Medicæ lib. j. cap. 23. §. 3. & 12. p. 130.

CAP.

(p) Ita quidem fieri ſternutatio mihi videtur, ut poſt validiorem muſculorum pectus dilatantium contractionem, muſculi illud conſtringentes velociſſimè, & unico fere oculi ictu contrahantur, aeremque in pulmonibus contentum expellant. Qui enim ſternutaverit, vel alios umquam ſternutantes viderit, is opinor adverterit, in ſternutationis motu poſt majorem ac

CAP. II.

De Suffimentis.

Suffitus quid ſint.

SUffitus Græcis θυμιάματα à θυμιάω ſuffio, odores incendo, quod à θῦμα odoramentum, ſacrificium, illudque deducitur à θύω ſacrifico, quia odoramenta, ſacrificia, victimæ ſuper altare incendebantur, ſicque fumos odoreſque naribus gratos ad cœlum exhalabant. Quare etiam Genes. cap. viij. v. 21. Jehova odorem gratum ex holocauſtis mundarum pecudum ac volucrum in altari extructo à Noacho oblatis aſcendentem odoratus traditur.

Differentia.

Suffitus fiunt vel ad voluptatem, qui cultui aulico & delitiis di-

---

ac fere ſuſpenſam pectoris dilatationem conſtrictionem ipſius ſubitaneam ſequi, & aerem è pulmonibus ſolito vehementius per os ac nares una vice explodi. Quoniam vero nervoſa filamenta, quæ ad nares feruntur, cum nervis intercoſtalibus, qui reſpirationi inſerviunt, colligantur; ea ſane eſt cauſa, cur iis irritatis ſpaſmodica affectio in muſculis reſpirationi dicatis inducatur. Revera etenim ſternutatio, ut rectè notat Bartholinus in Act. Med. Haffnienſi: vol. 2., levis quædam eſt epilepſia, qua primo muſculi pectus dilatantes, deinde illud conſtringentes afficiuntur: ut proinde quum pectus ſatis amplum redditum fuerit, & diaphragma propter inſpirationem aliquantulum protractam imi ventris viſcera vehementius preſſerit, mox ſpaſmo in muſculis pectoris & abdominis exſpirationi inſervientibus ſuperveniente, ſubitanea & vehemens ſequatur aeris exploſio.

Ut vero quæ latius circa errhina medicamenta dicta ſunt, in brevem ſummam contracta Lectorum oculis exhibeamus, ante omnia notabimus, eorum vires præcipue in irritatione conſiſtere, unde non ſolum pituitaria membrana omni muco evacuatur, & ſanguis præterfluens copioſiori ſero exoneratur, ſed craſſa meninge in conſenſum quoque tracta omnia & quæcunque cerebri recrementa velocius ac facilius in nares deſcendunt. Hinc admodum utilia illa erunt in omnibus iis capitis morbis, qui à lentis & viſcidis humoribus ortum trahunt, veluti in primis ſunt Apoplexia, Lethargus, Paralyſis, Capitis Dolor gravativus, Cephalæa, Cerebri Apoſtema, & ſi qui ſint alii recenſitis affectibus affines. In Epilepſia vero, Suffocatione Hypochondriaca, Vertigine, cœteriſque morbis convulſivis ſatius erit à ſternutatoriis ſaltem in paroxyſmi exordio abſtinere, quam iis adhibitis currenti, ut dici ſolet, calcar addere. In narium autem morbis, læſo nempe odoratu, Coryza, & Ulceribus, dummodo hæmorrhagia, vel acriorum humorum defluxus non metuatur, non ſine maximo emolumento uſurpantur. Aures quoque ab errhinis ſolatium perſentiunt, dum obſtructis earum tubulis à congeſta catharri materia, aut tinniunt, aut gravi auditu laborant. Oculorum vero affectus, & præſertim graviores, eorum uſum limitant: ut enim in ſternutationis actu nictitant, contrahuntur, & lachrymas fundunt; ita in Ophthalmia, Vulneribus, & Doloribus graviſſimis delicatæ illæ partes hunc luſum non patiuntur. Hinc ratione ſternutationis medicamenta iſta multis morbis conferre, aliis nocere poſſunt. Pulmonum enim & vicinarum partium à viſcida materia infarctus per ſternutamenta veluti excutitur. At ſi acris fluxio in eos illabatur, eorumque vaſa jam jam corrodantur, tunc ſternutatoria angue pejus fugienda erunt. Opem quoque ferunt Singultientibus, ſi à ſtomachi irritatione ſingultus fiat, Mulieribus item difficulter parientibus; quin etiam ad fœtum jam mortuum, vel ſecundinas retentas deturbandas nihil utilius iterata ſternutatione fingi poteſt. Nocent vero Hernioſis, vel quibus levi de cauſa anus, aut uterus procidat, vel oſſa aut fracta, aut luxata fuerint, quoniam violenta ſternutationis ſucceſſione partes illæ externa veluti manu è ſua ſede expelluntur. Nephriticis quoque, Arthriticis, & Hydropicis officiunt, quia humor moleſtus ſub ſternutationis actu magis agitaretur, & vaſa lymphatica ſerum largius funderent. Homines vero, qui ad ſternutandum aptiores ſunt, & ſine periculo ſternutatoria uſurpant, eſſe debent capite firmo, robuſtiorique pectore, ætate provecti, corpore graciles, & temperie pituitoſi. Econtra Pueri, & in primis Infantes, Mulieres gravidæ, valde carnoſi, Plethorici, aut Tabe omnino confecti ſternutatoriis remediis maximè læduntur. Quum vero cerebri commotio majoris ſæpe mali occaſionem præſtare ſoleat, idcirco caveat Medicus, ne ſternutatoria aut validiora, aut frequentiora ſine neceſſitate adhibeat. Unde liquet, illa cephalicis ſemper mixta præſcribenda eſſe, quæ ſcilicet cerebrum roborare, & naturam vegetam reddere valent. Denique illud non præteribimus, ea ordinariè non convenire, niſi præmiſſis univerſalibus, ne humores in univerſo corpore redundantes copioſius ad cerebrum affluant.

dicati ex rebus pretioſis ſuaviterque odoratis conſtant; vel ad ſanitatem (de quibus tantum in ſequentibus agemus) morborum nempe averruncationis curationiſve gratiâ, ſicque medicæ intentioni ægrotantiumque exſpectationi inſerviunt ac ſatisfaciunt.

Effectus. Effectum ſuum præſtant ſuffitus (q) prunis vivis ac candentibus inſperſi, halitibus vaporibusq; emiſſis, vel cerebrum reficiendo, vel viſcidos humores incidendo, vel denique aqueos humores exſiccando, nimiſque relaxatas partes adſtringendo & reſtaurando; de quibus poſtea.

Spiritus animumq; reficiunt, &c. Quare ad reficiendos ſpiritus, animumque humanum exhilarandum, & ab externa malignitate vindicandum, cerebrum corroborandum, catarrhos ſiſtendos, pulmonum craſſam viſcidamque materiam incidendam, illorumque ulcera exſiccanda & ſananda, tum etiam ad menſes movendos ſiſtendoſve pro ratione ægrotantium & intentione Medicorum; ad ſuffocationem hypochondriacam, ani procidentiam, narium, aurium, oris, uteri &c. ulcera exſiccanda & curanda; ad luem veneram, & inde ortos dolores, ac ulcera ſananda &c. ſuffitus præſcribuntur.

E Pa-

(q) Quum ſuffimentorum virtus in odore præcipuè conſiſtat, non abs re putavi, ſi nonnulla de odoribus Lectorem meum præmoneam, quæ ſequentibus non ſpernendam lucem ſuppeditabunt. Primò quidem rerum odor nobis advenit mediante halitu corporeo, qui ex rebus ipſis indeſinenter erumpit. Ut enim ſapor ex craſſioribus corporis ſapidi moleculis linguam vellicanribus excitatur; ita odor ex ſubtilioribus & halituoſis ipſius particulis, quæ turmatim in nares evolant, proficiſcitur. Hinc corpora, quæ tenaciori particularum nexu gaudent, ut odoriferos halitus emittant, in ignem injici, adurique debent: atque ex floribus nullum omnino odorem elabi ſentimus, poſtquam diuturna halituum emiſſione contabuerint. Circa organum vero odoratus arridet mihi magis Schneideri opinio, qui in elegantiſſimo de oſſe cribriformi libello tale munus proceſſibus mammillaribus denegavit, illudque interiori narium membranæ adjudicavit. Etenim ſi de hujus ſenſus organo aliorum ſenſuum exemplo judicare velimus, quum comperta res ſit, cœteros ſenſus in membranis quibuſdam abſolvi, ſane fatendum erit, odoratus quoque organum membranam aliquam eſſe; neque aliam, niſi quæ interius nares ſuccingit, quam nervoſis plurimis filamentis præditam eſſe deprehendimus. Sed ut quæ ad rem medicam magis pertinent diſcutiamus, illud modo occurrit enodandum phœnomenon, cur nempe ex odoribus inſignes alterationes in partibus à naribus longiſſimè diſſitis excitentur; veluti in primis experiuntur ii, qui ex ſolo roſarum odore purgantur, non aliter ac ſi vehemens catharticum aſſumpſiſſent. Liquet enim motum, quem particulæ odoriferæ filamentis nervoſis narium imprimunt, non ſufficere illi effectui producendo, perinde ac vellicatio in axillis ſatis eſt inter coſtalium nervorum interventu cachinnos excitare. Quare putandum eſt, halituoſas odorum particulas in nervos ingredi, & ſpirituum motum eo modo inflectere, qui determinatis operationibus in partibus corporis obeundis neceſſarius eſt. Id vero obſcurius videtur, cur nempe ex eodem odore non æquè omnes afficiamur, itaut ille hunc Hominem recreet, alium in syncopen dejiciat. Abſtruſæ hujus rei cauſam ingenioſè hiſce verbis expoſuit Renatus Carteſius in tractatu de Paſſionibus art. 136. *Facile eſt cogitare miras quorundam averſiones, per quas nequeunt ferre odorem roſarum, aut præſentiam Felis, aut ſimilia, non aliunde proficiſci, quàm quod initio ſuæ vitæ valde fuerint læſi à ſimilibus quibuſdam objectis, aut quia compaſſi ſunt ſenſui Matrum ſuarum, quæ gravidæ quum eſſent, à talibus leſæ fuerint. Certum enim eſt, relationem dari inter omnes Matris motus & motus Infantis, quem geſtat in utero, itaut quod uni contrarium eſt, alteri etiam noceat. Et odor roſarum potuit Infanti magnum capitis dolorem attuliſſe, quum adhuc in cunis eſſet, aut Felis potuit eum valde perterrefeciſſe, nemine advertente, ac ipſo nullam ejus rei memoriam poſtea conſervante; quamvis idea averſionis, quam tum pro illis roſis, aut pro illo Fele conceperat, impreſſa manſerit ejus cerebro uſque ad vitæ finem.* Hanc Carteſii ſententiam illud Schotti exemplum confirmat, qui in ſua Phyſica curioſa refert, Puerum per totum vitæ curſum panem idcirco abhoruiſſe, quod Matri ejus gravidæ panis recens ex clibano extractus, cujus maximo deſiderio tenebatur, denegatus fuerit.

Formæ. Parantur vel in liquida vel ſolida conſiſtentia. Liquida ſunt aquæ, & quidem primò odoratæ & fragranti odore præditæ, ut aqua roſarum bis terve recentibus floribus affuſa & abſtracta; ſic quoque acetum, vinum, aqua vitæ, oleum ſuccini, ſpiritus ſalis armoniaci, fuliginis &c., vel decocta. Solida ſunt pulveres, trochiſci, candelæ.

Formulæ variæ.

Formulæ Suffimentorum.

In forma humida.

Ad ſpiritus reficiendos. ♃. *Aq. roſar. fragrantiſs. bis terve floribus roſarum abſtractæ noviſque floribus affuſæ* ℥jß. *Cinamomi cum vino & aqua meliſſæ deſtill.* ℥ß. *Sp. flor. lilior. convall. Tunicæ ana* ʒiij. *Rad. angelicæ* ʒjß. *Vin. rhenan. veter. odoriſ.* ℥ij. MS. valet ad ſpiritus reficiendos animumque ægrotantium, imo agonizantium refocillandum.

Acetum caryophyllatum in peſte &c. Tempore peſtis admodum conducit acetum caryophyllatum ſuper filices ignitos infuſum, vapor enim & odor inde ſpirans quammaximè domos, imo & veſtes peſte jam infectas purificat.

Lapides igniti quibus conveniant. Sic quoque nonnulli lapides ignitos in acetum injici curant in tumoribus duris, œdematoſis diſcutiendis: vel laterem ignitum aceto extinguendum & vaporem excipiendum nonnulli in angina præſcribunt.

In forma olei.

In capitis gravedine & ſuffocatione. ♃. *Ol. ſuccin.* ℈j. Indatur lagenulæ, & carboni vivo inſtilletur, fumuſque naribus exceptus in capitis gravedine, indeque orto dolore, & ſuffocatione hypochondriaca admodum conducit.

In epilepſia &c. ♃. *Ol. corn. cerv. Succin. Fuligin. ana* ℈ß. MS. Prunæ vivæ guttula una alterave inſtilletur, vapor fumuſque inde exſurgens tritorio vel alio inſtrumento apto naribus admotus epilepſiâ laborantes ac ſuffocatione hypochondriaca etſi graviſſima afflictos, ſtatim excitat.

In ſummo fœtore. ♃. *Ol. Caryophillorum* ʒß. *Cinam.* ℈ß. MS. Hujus duæ treſve guttulæ carbonibus vivis ſi affundantur, odorem gratiſſimum in cubiculis teterrimo etſi odore antea refertis percipient quotquot fuerint ingreſſi.

In forma ſpiritus.

In epilepſia lethargo &c. ♃. *Spir. ſalis armon. Fuligin. ana* ʒij. *Tinctur. Caſtor.* ʒj. *Sal. volat. corn. Cervi* ʒß. MS. Linteum hac mixtura imbutum, ac epilepticorum, lethargicorum, omniumque ſoporiferis morbis ſuffocationibuſque hypochondriacis laborantium naribus admotum excitat; vel potius mixturæ patella igni impoſita halitus aſſurgentes tritorii beneficio dictis morbis laborantium nares modo attingant,

ſtatim

ſtatimque vel à paroxyſmis gravioribus liberabuntur, vel levamen ſentient ægrotantes.

℞. *Rad. ariſtoloch. rotund. Bryon. Acori. Angelic. ana* ℥ij. *Fol. rutæ. Sabin. Puleg. Artemiſ. ana* Mß. *Flor. calendul. Cheiri ana* p. ij. *Bacc. laur.* ℥ß. *Sem. leviſtic. Dauc. ana* ℥ij. *Myrrh. rubr.* ℥jß. *Aſſæ fœtid. Caſtor. ana* ℥j. Conciſis ac contuſis affundatur. *Sp. vini pint.* j. *Aq. puleg.* ℥viij. Poſt macerationem per biduum ſpiritus per alembicum ex arena abſtrahatur, deſtillatoque add. *Sp. ſalis armon.* ℥ij. MS. Univerſalibus præmiſſis, hic ſpiritus ollæ vitreatæ patellæve inditus, carbonibuſque vivis impoſitus, halitibuſque inde elevatis tritorii ope acceptis, ad menſtrua cienda perquam potens. Ad menſtrua cienda.

Ad hæc provocanda ſolum ſpiritum urinæ, fuliginis, ſaliſque armoniaci &c. eodem modo uſurpandum præſcripſimus, ejuſque effectum vidimus. Ad eadem valet ſpiritus urinæ, ſalis armoniaci &c.

In forma decocti.

℞. *Bacc. laur. elect. & excortic. Sem. leviſtic. Gran. paradiſ. Salis commun. ana* ℥jß. *Flor. ſambuc.* M. j. *Alb. græc.* ℥ij. Contuſis add. *Aq. commun.* ℔jß. Coq. lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, vaſis optimè clauſis, addendo. *Mell. virgin.* ℥ij. *Aceti ſambuc. Spir. vini ana* ℥j. Mixta ſtatim calidè indantur ollæ, capite tegumentis obvelato, cochleari continuò moveantur & circumrotentur, halituſque & vapores aſſurgentes ore hiante ægrotantes excipiant, tepidumque dum fieri incipiat, bis terve hoc decocto gargarizent, & intra calorem ſe contineant & ſudent. Contra anginam graviſſimam.

In angina, omnibus fruſtra adhibitis, ſingulare experimentum; etſi jam ſuffocaturos judicares, uſurpato modo dicto decocto brevi levamen ſentiunt anginoſi. Convenit quoque in oris palatique ulceribus ex lue venerea oriundis, imprimis ſi loco flor. ſambuc. *Raſur. lign. guajaci* ℥j. & loco aceti ſambucini addantur *Vin. gallic.* ℥jv, modoque fere eodem adhibeatur, aut per tritorium lue venerea laborantes ore hiante vapores halituſque aſcendentes excipiant. Et oris ulcera ex lue venerea.

℞. *Rad. tormentill. Biſtort. ana* ℥ij. *Fol. heder. terreſt. Myrtin. ana* M. ß. *Flor. balauſtior. Roſar. rub. ana* ℥iij. *Raſur. lign. guajac.* ℥j. *Cort. granator.* ℥jß. Contuſa ac conciſa coquantur in *Aq. plantag. Vin. rubell. ana* ℔jß. ad quartæ partis conſumptionem. In nimio menſium fluxu internè & externè.

Hoc decoctum in fluxu menſtruorum nimio & internè & externè admodum convenit; externè halitus vaporeſque calidos ex decocto aſſurgentes per infundibulum ſellæ perforatæ inſidentes ægrotantes Fœminæ in uterum excipiant.

In forma pulveris.

Pulvis in capitis gravedine, coryza, catarrhis &c. conveniens

℞. *Succin.*ʒß. *Maſtich.*℈j. MS. F.Pulvis craſſus. Hujus parum carboni vivo imponatur, fumuſque naribus attrahatur, capite primò tegumentis obvelato; vel qui fumum ferre nequeunt, illorum capitis tegumenta ſuffumigentur.

Phthiſis unde exoriatur.

Prodeſt quammaximè in capitis gravedine, indeque ortâ coryzâ, catarrhis imprimis ſalſo-acribus, & inde productâ tuſſi: quare hiſce in Regionibus non curatâ gravedine, facilè catarrhi, & quidem ſalſo-acres generantur, iiſque non curatis ſed adhuc delabentibus, oritur utplurimum tuſſis gravis, vaſorum eroſio ac apertio, indeque ſubinde phthiſis, ut in ſuperioribus p.24.probatum ſatis ſuperque.

Pulvis ad caput ſiccandum &c.

℞. *Styrac.calamit. Benzoes ana* ʒij. *Succin.citrin.*ʒj. *Maſtich. Caryophill. Gumm.junip. vel Succini Indici* (quod gummi animæ à nonnullis nominatur, minus enim gravis eſt odor & optimè ſiccat,cerebrumque roborat teſte Riverio Pr.Med.lib.j.cap.j. de frigida cerebri intemperie p. m. 6.) *Ligni aloes gummoſ. ana* ʒß. MS. F.Pulvis craſſior ad cerebrum ſiccandum confortandumque apprimè conveniens.

Ad inteſtini recti procidentiam.

℞. *Thur.maſcul. Succin.citrin. ana* ʒiß. *Caryophill.* ℈j. *Flor. roſar.rub. Balauſtior. ana* ʒij. MS. F. Pulvis craſſior in inteſtini recti procidentia efficax.

Hujus tantillum prunis inſpergatur, fumuſque ab ægrotantibus Infantibus &c. ſellæ perforatæ inſidentibus ano excipiatur, poſtquam nempe inteſtinum in locum naturalem ſit redactum: in quem finem conſulantur Chirurgiæ Scriptores, Aquapendens, Hildanus, Paulus Barbette part.j.cap.IX.p.m.37. in ſua Chirurgia hodierna &c.

Pulvis contra catarrhos.

℞. *Benzoes. Succin.ana* ʒj. *Gummi guajacin.*ʒß. *Fol.nicotian. optim.*ʒij. MS.F.Pulvis craſſior pro ſuffitu in exſiccandis catarrhis & inde ortâ tuſſi, phthiſi &c.curandâ.

Primas tenet nicotiana.

NOTA: Heurnius mirè commendat nicotianam; aliquando ſuffitus fit ex ſola nicotiana in carbones injecta, fumoque tritorio vel alio inſtrumento excepto, quo pacto cerebrum quammaximè expurgari & pectus à pituitoſis viſcidiſque humoribus liberari teſtantur Practici.

In trochiſci forma.

Trochiſci cõtra luem veneream.

℞. *Cinnabar.factit.*ʒij. *Gumm.guajacin.*ʒiij. *Benzoin. Styrac. calamit.ana* ʒjß. Cum ſ. q. terebinth.F.L. A.trochiſci.

Hujus fumus toto corpore conceptus in conclavi vel vaſe illum ob uſum pro lubitu exſtructo & fabricato luem veneream, affectuſque inde pendentes, dolores, ulcera &c.ſanat.

No-

Nota. Vires robuſtas deſiderat, nam forte eſt medicamentum. Quid in illorum uſu obſervandum.

℞. *Herb. ſabin. recenter exſiccat* ℥iij. *Bacc. laur. Sem. cumin. Rad. aſari ana* ℥ij. *Myrrh. rub.* ℥ß. *Sagapen.* ℥ijß. *Styrac. calamit. Alypt. moſchat. ana* ℥j. MS. F. Pulvis, cui add. *Ol. ſuccin.* ℥ß. & cum terebinthina, aut ladano F. trochiſci magni pro ſuffitu ad menſtrua cienda potentiſſimi. Ad menſtrua provocanda potentiſſimi.

℞. *Rad. & herb. verbaſc. ana ex. gr.* ℥j. in pulverem rediganturˌ miſceantur & cum ſ. q. terebinth. F. trochiſci.

De his duo, tres, pluresve prunis vivis impoſiti, itaut fumus ſurſum ad inteſtinum rectum tendat (ſede undique nempe circumtecta, ne aliunde fiat fumi exhalatio) & ter quaterve in die ſi repetatur, in teneſmo, pluribusve aliis alvi profluviis ut ſingulare experimentum commendantur. In teneſmo ſingulares.

Nota ex dictis ſimilibusve pulveribus gratis, fragantemque odorem de ſe ſpirantibus fiunt nonnumquam candelæ, quæ tempore peſtis vel alius teterrimi fœtoris accenduntur; admiſtis ſolummodo carbonibus tiliæ, vel ſalicis &c. & cum convenientibus liquoribus, gummi, reſinis, &c. formantur ex. gr. Candelæ tempore peſtis &c. uſurpandæ.

℞. *Styrac. calamit.* ℥ij. *Liquid.* ℥iij. *Benzoes* ℥ß. *Ladani Oliban. ana* ℥j. *Lign. aloes* ℥jß. MS. F. Pulvis ex quo cum mucilagine tragacanthi, addito pauco ſpiritu vini, in mortario F. Maſſa, ex qua ulterius pro lubitu formentur candelæ, odore gratiſſimæ & fragrantiſſimæ: potentiores vero & fragrantiores ſi quis deſideret, poterit dictæ compoſitioni admiſcere *ambræ vel moſch.* ℈ß. *vel* ℈j. ſicque formare ex illa maſſa candelas. Quomodo parandæ.

Notæ in uſu Suffimentorum obſervandæ.

Graves affectus, diraque ſymptomata quia ſuffimenta non tantum curant, verum etiam nonnullis ægrotantibus maximè nocent, & animi deliquium, ſuffocationem, graviſſimaque ſymptomata illis afferunt; non fruſtra quis tempus terere videtur, qui Lectoribus ſtudioſis paucis tradat, quibus conveniant, quibus vero noceant dicta ſuffimenta. Quid in uſu ſuffitus obſervandum.

Humores ergo Suffimenta qui indicant, ſequentes putamus.

Humores ſuffimenta indicantes ſunt.

1. Pituita viſcida ac tenax in capite contenta vel pulmonibus infarcta: ſuffimentorum enim ex aromaticis imprimis confectorum beneficio, volatilitate nempe eorum, tenacia ac viſcida liqui- Pituita viſcida.

quidiora redduntur; obſtructioneſque inde in capite pulmonibuſve excitatas, & productas ſolvunt: ſic quoque gravedinem, dolorem capitis gravativum, reſpirationemve difficilem à viſcidis, craſſis, tenacibuſque humoribus ortam curant dicta ſuffimenta.

Lympha &c. craſſior.

2. Lympha ac ſaliva, ſi tenaces, craſſæ, viſcidæque exiſtant, eandem ob rationem cum ſucceſſu præſcribi poterunt ſuffitus.

Saliva, humoreſque nimis aquoſi.

3. Saliva humoreſve cæteri ſi nimis aquoſi, ſuaque aquoſitate quatenus partium tonum auferunt, ipſarumque laxationem nimiam producunt: hìc ſuffimenta apprimè neceſſaria, quia & humores nimis aquoſos eliciunt, exſiccant, parteſque nimis laxatas corroborant, novamque aqueorum peccantium humorum accretionem impediunt.

Humores ſalſo-acres.

4 Salſo-acres humores, quales in catarrhis in pulmones depluentibus, tuſſimque ut plurimum tum producentibus obſervantur: ſuffitus enim non tantum humorum acrimoniam ſalſam temperant, ac corrigunt, verum etiam catarrhos ſiſtunt & exſiccant, caputque ac cerebrum confortant, ne ab aeris injuria tam facilè caput poſtea afficiatur: quod ſequens exemplum abundè teſtatur.

Vir diu tuſſi vel angina laborans.

Vir quiſpiam annum circiter agens quadrageſimum diu multumque tuſſi vexatus, ſemper fere de ſalivæ ſalſedine conquerebatur, tuſſique ſi minori affligebatur, ſtatim anginâ laborabat, illâque curatâ, tuſſi iterum vexabatur: curationis ergo vocatus, tuſſi gravi, moleſta, ac ſolito diuturniori laborantem inveni; ob quam cauſam ipſi ſequentes pilulas, quarum mane, circa meridiem, & veſperi duas, ſingulis nempe vicibus, devorandas dedi.

Pilulæ contra catarrhos ſalſos.

℞. *Maſſ. pilul. de cynogloſſ.* ʒß. *Laud. opiat. gr. iv. Croc. optim.* ℈ß. MS. F. Pilul. no. xvj.

Curata tuſſi, de angina & oris ſalſedine querebatur.

Harum uſu tuſſis curata, aſt poſtero die angina ſingulis momentis adaugeſcente afficiebatur, ac de oris ſalſedine ita conquerebatur æger, ac ſi os nonniſi muria continuò eſſet refertum; ſtatimque ſequens ſuffimentum præſcripſi quod recipit *Succin. alb. Maſtich. elect. Benzoes ana* ʒß. MS. F. pulvis craſſus.

Suffitu brevi curatus.

Capite tegumentis obvelato, hujuſce pauco carboni vivo impoſito, fumoque vix ore naribuſque excepto levamen ſenſit, catarrhos ſiſti, ſalſedinem ac anginam minui obſervavit; ac ter quaterve iterato ſuffitu ab angina, & oris ſalſedine curatus fuit, & nec tuſſi nec angina amplius affligitur.

Menſtrua obſtructa à viſciditate.

5. Sanguis menſtruus obſtructus ab humorum nempe viſciditate ac tenacitate ortum trahens: quia ſuffimentorum, imprimis ex aromaticis, & ſpirituoſis ſpecificis compoſitorum, ope viſcida ac tenacia inciduntur, ac liquidiora redduntur, ſicque obſtructionis cauſa tollitur: quare etiam Hippocrates aphor. 28. ſect. 5. ſuffitus,

tus, inquit, aromatum muliebria educit.

6. Acidi ac auſteri, indeque producti halitus ac flatus, quales in ſuffocatione hypochondriaca abundant: in ſuffocatione enim dicta hypochondriaca ſuffitus nonnunquam admodum convenire ac proficuos eſſe experientia multos docuit. Suffimentorum aromaticorum ac ſpecificorum enim vi corriguntur ac diſcutiuntur halitus illi ex acido-auſteris humoribus producti, ſympomata gravia inde orta non raro curantur: ſuffimentorum aromaticorum namque volatilitate ac oleoſitate acria illa quodammodo temperantur.

Acidi ac auſteri humores. Flatuſque & halitus inde producti. Quare.

Suffitus prohibentes Humores ſunt.

1. Viſcidi & craſſi, alio nempe in loco, quam capite &c. exiſtentes, aut è quo facilè educi nequeunt tenaces illi humores; nam nonniſi capitis dolorem ac gravitatem (imprimis ex aromaticis ſi conſtarent ſuffitus, quique tamen requirerentur ad viſcidos craſſos tenaceſque illos humores incidendos) inducerent, teſte SENE aphor. 28. ſect. 5. nec non præcordiorum anxietatem, reſpirationemque difficilem excitarent.

Suffitum prohibenc humores viſcidi & valde tenaces in capite &c. non contenti.

2. Birioſi, quia ſuffimenta bilioſæ conſtitutionis ægris facilè κεφαλαλγίαν, phrenitidem, febreſque ardentes &c. nonnunquam afferunt: quare etiam Fallopius in tractatu de morbo gallico cap. 69. ſuffumigia peſſima, & lethalia bilioſis eſſe dixit.

Bilioſi.

3. Auſteri & acidi, alio in loco nempe ſi contineantur, & halitus ex ſuffumigiis accenſis aſcendere non poſſent, nam nonniſi anxietates graviores, reſpirationem difficiliorem, imo ſuffocationem ægris adferrent; ut interdum iis, qui ſunt anguſtioris pectoris & difficilioris reſpirationis, (imprimis aliam ob cauſam quàm à pituita viſcida ſi orta ſit illa pectoris anguſtia reſpiratiove difficilis) contingit.

Auſteri ac acidi alio in loco contenti.

4. Sanguis ex capite, pulmonibus &c. tuſſi ſcreatuve productus; nam ſuffimentorum uſu vaſorum orificia magis magiſque aperiuntur, facilèque ſuffumigiorum maleficio catarrhi plures & graviores, indeque tuſſes moleſtæ, & hæmorrhagiæ incurabiles excitarentur. Abſtinendum ergo potius à ſuffumigiis in hæmorrhagiis capitis, narium, pulmonumve &c. quam horum uſu graviſſima & lethalia ſymptomata excitare: quare etiam Aëtius tetrab. 1. ſermon. 3. cap. 144. & Fallopius loco ſtatim citato, nec non Fuchſius lib. 2. de Compoſ. Medicament. cap. 28. ſanguinem ſpuentibus ſuffitus adverſari teſtantur.

Sanguis tuſſi &c. productus. Quare ſanguinem ſpuentibus nocent.

Nota, ubi catarrhi graviores pluresque à ſuffumigiis excitantur, quod non raro contingit, quia humores ſuffimentorum ope ſolvuntur, pax ſit à ſuffumigiis; ut & ubi humorum eſt inopia & defe-

defectus, quia nimis exſiccant ſuffitus, corpora enim hoc modo exſucca, macilenta, & plane arida redderentur.

Morbi, in quibus Suffumigia cum ſucceſſu præſcribuntur, ſunt ſequentes.

Suffitus conveniunt in epilepſia

1. Epilepſia, imprimis in paroxyſmo; ſuffumigia enim quammaximè epilepticos excitant, lymphamque acido-auſteram nervos vellicantem & quaſi conſtringentem, liberumque ſic ſpirituum animalium in nervos influxum impedientem, ſua oleoſa volatilitate temperant, corriguntque. Subit caſus Fœminæ cujuſdam epilepticæ ac ſuffocatione hypochondriaca laborantis, quæ ſemper à domeſticis ſuffitu ex paroxyſmo excitabatur, en totam obſervationem.

Mulier motibus epilepticis, & variis ſymptomatibus plenilunio afflicta.

Mulier quædam trigeſimum ſeptimum circiter agens annum, melancholica præſertim circa plenilunium murmura, & diſtenſiones in hypochondriis fere continuò ſentiebat: inſtante plenilunio dolore capitis lancinante, illoque evaneſcente, vertigine, oculorumque caligine affligebatur, ac ſemper fere poſtridie poſt vertiginem ac oculorum caliginem, ſuffocatione hypochondriaca præeunte cardialgia & nauſea vexabatur; tumque ſenſim faciei pallor, extremorum frigus ac tremor obſervabatur, moxque ſubitò clauſis manibus corruebat, motibuſque convulſivis ac reſpiratione difficiliori graviter afficiebatur: quare ſequentem domeſtici uſurpavere ſuffitum.

Suffitu curata.

℞. *Succin. alb.* ℥j. *Caſtor. Fulig. Caryophillor. ana* ʒß. MS. F. Pulvis craſſus.

Hujus tantillum carboni vivo imponebant, fumumque inde aſſurgentem tritorii beneficio ægrotantis naribus admovebant, ſicque & à ſuffocatione hypochondriaca, ut & epilepticis motibus ægram liberabant; hæcque mulier tam graviter afflicta, ſequentibus tandem curata fuit: alvo adſtrictâ quia per octiduum aliquando afficiebatur, de ſequentibus pilulis quinque pro doſi ſingulis triduis aſſumebat.

Pilulæ purgantes.

℞. *Gumm. ammoniac. aceto diſſol.* ʒß. *Myrrh. rub. Reſin. jalapp. Diagrid. ana* ℈j. *Croci* ℈ß. *Sal volat. ſuccin. gr.* xv. *Ol. cort. arant. gutt.* viij. MS. F. Pil. no. XL. deaurandæ.

Unde bis ter quaterve alvum evacuavit: ſic quoque de ſequenti vino medicato ter, mane nempe, circa meridiem, & veſperi uncias tres, (ſemper inſtillatis decem guttulis ſpiritus ſalis armoniaci) pro vice continuò uſurpabat.

℞. *Rad.*

℞. *Rad. enul. campan. Angelic. Valerianæ ſylveſtr. ana* ʒijß. *Fol. origan. cretic. Salviæ. Menth. criſp. Rutæ ana* M.ß. *Flor. lavendul. Hyperic. ana p.ij. Sem. leviſtic. Pæon. ana* ʒijß. *Bacc. lauri* ʒiij. *Nuc. moſchat. Flaved. cort. arant. ana* ʒjß. Conciſa & contuſa miſceantur, & ſacculo inſuantur, affundanturque vini gallici pint. v. ſtentque ſimul in cantharo lapideo per octiduum in infuſione. Biduo vero ante plenilunium ſingulis duabus horis de ſequenti mixtura cochleare unum aſſumebat.

Vinum medicatum antiepilepticum.

℞. *Aq. majoran. nobil. Cort. citri ana* ʒij. *Antihyſteric.* ʒß. *Epilept. Langii* ʒvj. *Laud. opiat. gr. j. Sp. ſalis armon* ℈j. *Tinctur. Caſtor.* ʒß. *Ol. cort. aurant. Macis ſtill. ana gutt. iij. Syr. ſtœchad.* ʒiij. MS.

Mixtura ante plenilunium uſurpata.

In paroxyſmo ſtatim domeſtici pulvere ſupradicto pro ſuffitu utebantur, item ſpiritum ſalis armoniaci & ſubinde ſal volatile ſuccini naribus admovendum curavimus; quibus tandem curata hæc ægra.

2. Capitis gravedo & inde ortus dolor & coryza; ſuffimentorum enim beneficio pituita viſcida, gravedinis non raro cauſa, inciditur ac liquidior redditur, ſicque obſtructio à viſcidis producta ſolvitur, dolorque ac coryza curatur.

Capitis gravedine coryzâ, &c.

3. Narium obſtructio à pituita viſcida ac tenaci oriunda, non tantum in Adultis hyeme frequens, ſed in primis quoque in Infantibus, ita ut vix ſugere aut reſpirare queant: ſuffumigia vero tenacem ac viſcidam illam pituitam incidendo, & attenuando nares aperiunt & liberiorem per nares aeris tranſitum efficiunt. Dicta quotidiana praxis ſatis conteſtatur; verum alia de cauſa ſequentem addo obſervationem.

In narium a pituita viſcida obſtructione.

Infans, trium circiter ſeptimanarum, narium obſtructione ſumma, imo tali ut vix lac ſugere aut reſpirare poſſet, motibus epilepticis ſummis nocte dieque inſurgentibus laborans, imo tot tantiſque inſultibus, ut adſtantes jam jam mortem expectarent: fæces omniaque aſſumpta lacticinia vomitu reddita coagulata, acidum redolebant ſummum. Hujus Infantuli mortem Amici Parenteſque continuò ſperabant, quia cruribus carebat, manus tam dextra quam ſiniſtra inſtar avium pene unguium erat incurvata, & ad poſteriora retracta: quare nonnulli ex adſtantibus & Amicis judicabant, medicamenta neutiquam eſſe adhibenda. Parentes tamen auxilium Medici implorabant; qui omnibus conſideratis, ſuffumigium p. 36. notatum, quo omnia capitis tegumenta ſuffumiganda, ac capiti cucupham ex floribus lavendulæ, foliis majoranæ nobilis, caryophyllis &c. imponendam præſcripſit, & ſequentem pulverem dedit.

Infans inſultibus epilepticis laborans.

Omnia per ſuperiora aut inferiora reddita, acidum redolebant.

Cruribus carebat manibus incurvatis.

Adhibitis ſuffumigiis, cucuphâ.

℞. *Ocul. Cancr. Margarit. ppt. ana* ℈j. *Sal. volat. corn. Cerv. gr. vj.*

Pulvere acidum tẽperante.

MS. F. Pulvis tenuiſſimus in 6. doſ. dividendus. Mane & veſperi doſin cum pulte aſſumpſit; & de ſequenti mixtura ſingulis horis cochleare unum.

Mixtura antipileptica.

℞. *Aq. flor. tiliæ. Betonic. Fœniculi ana* ℥j. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xvj. *Syrup. pæoniæ* ℥j. MS. Sequens quoque clyſma injectum fuit, alvo adſtrictiori quia ut plurimum laborabat.

Clymate injecto &c.

℞. *Juſculi vervecin.* ℥ijß. *Mell. anthoſat.* ℥iij. MS. F. clyſter pro Infante.

Salivatione ſecuta poſt ſpiritum ſalis armoniaci naribus admotum. Infans ab inſultibus epilepticis curatus fuit.

Naribus ſpiritus ſalis armoniaci in ipſis inſultibus epilepticis fuit admotus: poſt biduum tanta ſalivatio ſecuta eſt, inciſis & attenuatis nempe humoribus in capite contentis, & hoc modo apertis vaſis ſalivaribus à pituita tenaci & viſcoſa antea obſtructis, ut apophlegmatiſmum aſſumpſiſſe dixiſſes: quorum omnium beneficio quoque & narium obſtructio & motus epileptici evanuere, ac curatus fuit Infans, qui jam juvenis pinguis & barbatus eſt, ingentis ſtaturæ quoad ſuperiora, & aſpectu pulcherrimus, ita ut omnes admirarentur & credere nollent, omneſque conteſtarentur pulchriorem juvenem nunquam ſe vidiſſe. Ante ſemeſtre ipſum ante fores vidi, clunibus inſidentem, cruribus privatum: en ejus figuram.

TAB. II. FIG. I.

A. Juvenis pulcher ingentis ſtaturæ quoad ſuperiora.
B. B. Manus dextra & ſiniſtra, ſed binæ incurvatæ.
C. C. Digiti ad poſteriora retracti.
D. D. Ungues inſtar avium.
E. Umbilicus.
F. F. Os pubis.
G. G. Clunes.
H. Scrotum cum ſcapha.

Capitis frigidis affectibus.

4. Frigidi capitis affectus omnes; ſuffumigia enim calefaciunt, exſiccant, ac corroborant caput cerebrumque, ſicque à graviſſimis ſymptomatibus præſervant; nec non impediunt novam frigidorum pituitoſorum affectuum generationem.

Morbis ſoporiferis.

5. Lethargus, Carus, reliquique ſoporiferi morbi omnes (r) imprimis in paroxyſmo; acredine namque ſuffimigiorum quammaximè illi ſoporiferi excitantur, & à graviſſimis illis paroxyſmis liberantur.

Catarrhis ſalſo-acribus.

6. Catarrhi imprimis ſalſo-acres, teſte Joüberto de thoracis affe-

(r) In ſoporoſis affectibus cujuscumque generis ſuffimenta non conveniunt, ſed ea tantum, quæ ſuarum partium acredine organa ſenſuum vellicare, & ſpirituum inertiam diſcutere valent. Quæ namque narcotico ſulphure pollent, quoniam ramoſis ſuis particulis ſpiritus magis irretiunt, & ad otium invitant, illa ad uſum revocata ſomnum potius confirmant, quàm diſſipant. Itaque in hiſce morbis vel mixturam ab Auctore pag. 34. traditam, vel potentiorem ſalis armoniaci ſpiritum in vitro anguſti, & longioris colli uſurpabimus. Utile quoque eſt ex Hartmanno, acetum, in quo caſtoreum diſſolutum fuerit, patientis naribus admovere.

(ſ) Ul-

affectibus cap.4.& inde producta tuſſis, quæ niſi in tempore curetur, facilè phthiſis inde excitaretur, ut in ſuperioribus ſatis ſuperque probatum: ſuffimenta enim nimiam humorum peccantium quantitatem, unde catarrhi, exſiccant, illorumque acrimoniam temperant, ſicque inde producta ſymptomata curant.

Aurium &c. ulceribus.

7. Ulcera aurium, narium, oris, uteri (ſ) &c. exſiccant & ſanant ſuffitus.

Angina pituitoſa.

8. Angina pituitoſa, niſi majore anguſtia premantur fauces, ut auctor eſt Joubertus cap.j. de thoracis affectibus; rationem in ſuperioribus dedimus. Libet caſum curatæ Anginæ hiſce inſerere.

Puella anginâ ſummâ afflicta.

Puella quædam viginti quinque circiter annorum poſt inſolitos labores majores incaluit, avidèque frigidam cereviſiam hauſit, unde intra duas horas in deglutitionem, reſpirationemque admodum difficilem, fauciumque talem dolorem ac tumorem incidit, ut ne guttulam quidem liquoris aſſumere ac deglutire poſſet. Vocatus ſtatim venæſectionem neceſſariam judicavi, aſt retulit ægra, quod per quatriduum menſtrua ipſi jam fluxerant & adhucdum ſatis copioſè fluebant; quare, naturâ venæſectionis vicem quaſi ſupplente, nullam aperuimus venam: aſt mox purgans (alvo enim oppreſsâ per triduum fuerat ægra) exhibuimus, unde ſexies benè alvum exoneravit: externè ſequens cataplaſma calidè imponi curavimus.

Menſtrua ipſi copioſa.

℞. *Nid. Hirund.* no.j. *Cæpar. alb. ſub cineribus coct.* no.ij. *Farin. ſem. lini* ℥jß. *Rad. alth. Lilior. alb. ana* ʒvj. *Alb. græc.* ʒiij. Coq. ex cereviſiæ q. ſ. Contuſis add. *Spiritus vini* ℥ß. *Vitell. ovor.* no.ij. MS. F. cataplaſma.

Quare Cataplaſma adhibitum.

Sed abſque ſucceſſu.

Exiguum tamen levamen hoc cataplaſmate obſervavit ægra, reſpiratio ſuffocationi jam proxima erat, ita ut liquida omnia ac ſingula per nares rejicerentur, quare decoctum p.35. deſcriptum, eodemque, ut ibi dictum, modo uſurpavit, & poſt paucas horas abſceſſus fuit ruptus, multumque fœtentis puris ex ore effluxit, ac reſpiratio liberior deglutitioque facilior extitit; maximèque deinde de oris puriſque fœtore conqueſta fuit, quare ſequentem præſcripſimus linctum.

Decocto & linctu &c. curata.

℞. *Rob ſambuc.* ℥ß. *Mell. roſar.* ℥jß. MS. F. Linctus.

F 2 Quo

(ſ) Ulcera narium, aurium, uteri, ſimiliumque partium, quia in profundis corporis cavitatibus ſunt ſepulta, commodius ſuffimentis, quàm alio medicamentorum genere tractantur. Hinc Guilielmus Rondeletius lib. 3. Prax. cap. 65. de narium ulceribus verba faciens ſcribit, poſt ſufficientem eorum deterſionem nihil ſuffitu efficacius inveniſſe, qui profundas illas partes potentius attingat, & ſiccet. Optimum proinde putat parare candelas ex cera rubra Hiſpanica, ob cinnabarim in primis, cum qua hæc cera conficitur, eaſque anguſtiori cubiculo accendere. Neque minus elegantes ſunt ſequentes trochiſci ad eodem Auctore propoſiti.

R. *Ladan. pur. Hypociſt. Maſtich. Myrrh. ana drach.iij. Styra. rubr. & calami. Corti. thur. Sandarach. Auripigmen. ana. drach. ij.* Excipiantur omnia terebinthina, & F. trochiſci, quibus ſuffiatur Æger ſerò & mane in cubiculo, atque ſuffitus naribus infundibuli ope excipiatur.

Quo uſurpato, nonniſi vinum gallicum in quo mel virgineum diſſolutum pro gargariſmate ad finem curationis uſque uſurpavit.

Aſthmate & orthopnœa.

9. Aſthma & orthopnæa à pituita viſcida ſi ortum trahant, ut teſtantur Joh. Jac. Weckerus lib. 1. antid. gener. cap. 53. Renod. lib. 5. inſtitut. pharmaceut. cap. 27. Suffumigiorum enim beneficio pituitoſa viſcida illa inciduntur exſiccanturque, hacque ratione materia obſtruens liquidior redditur, ac expirationi inſpirationique major conceditur locus.

Phthiſi.

10. Phthiſis, ac reliqua pulmonum ulcera, exſiccant enim eadem & ſanant ſuffimenta, teſte Heurnio method. ad Prax. cap. de ſuffitu (qui deſperatos phthiſicos ſuffumigiis curatos obſervaſſe ſe, memoriæ ſcriptum reliquit) & Jac. Weckero loco modo citato; catarrhos enim ſiccant eorumque acrimoniam temperant ſuffitus. In phthiſi namque catarrhi neceſſariò ſiſtendi, & exſiccandi ſunt, fruſtra enim phthiſeos curationem abſque catarrhi ſublatione aggredieris: à catarrhis enim & quidem ſalſo-acribus phthiſis exoritur, ut videre eſt apud Hippocratem lib. 1. de morbis text. 9. ut & lib. de internis affectionibus text. 4. p. m. 201. cæteroſque Practicos graves. Quare optimè Clariſſ. D. Freitagius concludit, non curatis catarrhis, humorumque acrimonia & quidem ſalina non temperata, phthiſin curari eſſe impoſſibile.

Quomodo curanda.

Suffocatione hypochondriaca.

11. Suffocatio hypochondriaca, teſte Dan. Sennerto lib. 5. inſtitut. medic. part. 3. ſect. 3. cap. 31. nec non Joh. Jacobo Weckero lib. 1. Antidot. general. cap. 53. ut & exemplo jam jam à nobis allato, quia ſuffimentorum ſale volatili & imprimis oleoſo abundantium ope humores acido-auſteros viſcidos, vaporeſque & halitus inde elatos corrigunt & temperant, ut in ſuperioribus ſatis probatum fuit.

Menſtruis, lochiis &c.

12. Menſtrua ſuppreſſa & nimis fluentia, nec non lochia; quare Magnus SENEX ſect. 5. aphor. 28. ſuffitus aromatum muliebria educere dixit: ſuffumigia enim humores tenaces, craſſos, viſcidoſque à ventriculo debili malèque cibos ingeſtos digerente ortos ac productos, ad partes vaſaque teneriora delatos ac uteri vaſis quaſi impactos, ſicque naturalem fluxum ſupprimentes, incidunt ac ſolvunt, obſtructiones aperiunt, & menſtrua provocant. Nimium vero eadem fluentia ſiſtunt curantque, ſed diverſæ naturæ & ſubſtantiæ θυμιάματα, quia & nimis aperta vaſa exſiccando, corroborando, adſtringendove reſtituunt, ac ſeroſa acriaque vaſa uteri illa tenellula aperientia corrigunt, incraſſant, ac temperant, ſicque nimium menſtruorum Fœminis tam moleſtum fluxum ſiſtunt ſuffitus. Dicta comprobat ſequens hiſtoria.

Matrona poſt abor-

Matrona quædam trigeſimum ſextum jam agens annum, trium

Infan-

Infantium mater, ex abortu incidit in nimiam imo ſummam uteri hæmorrhagiam, ita ut macra, pallida, debilis, mortique proxima redderetur: quare multa ac varia uſurpata fuere remedia, aſt non tantum fruſtraneo eventu, verum etiam majori cum detrimento, nam in dies magis magiſque fluxus fuit auctus, ita ut ex periodico fluxu tandem continuus fieret. Tandem retulit Ægrotans, quod nondum poſt abortum ſecundinæ (quantum obſervare potuerat) eſſent expulſæ; ac ſubinde circa pubis regionem dolorem gravativum, effluentiſque ſanguinis fœtorem graviſſimum & teterrimum jam per aliquot ſeptimanas obſervaſſet: quare ſequens decoctum præſcriptum fuit.

tum in hæmorrhagiam uteri incidit graviſſimam.

Primò periodicam poſtea continuam.

Ex ſecundinis retentis.

℞. *Rad. tormentill. Biſtort. ana* ʒjß. *Fol. menth. criſp. Majoran. nobil. Puleg. ana* M.j. *Sem. plantag.* ʒß. Coq. ſ. a. in ſ. q. vini, in colatur. ℥xx. diſſolv. *Syr. de arthemiſ.* ℥j. *Aq Cinam.* ʒvj. MS.

Hujus decocti (t) uncias duas pro doſi ter quaterve de die calidè aſſumpſit ægra: triduo quatriduove poſt decocti uſurpationem in hæmorrhagiam majorem ac dolorificam incidit, ac brevi magnam ſecundinarum partem exturbavit, nihilque amplius de decocto, quia admodum debilitata inde fuit, aſt de ſequenti adſtringente corroborante ac dolorem mitigante mixtura poſt interſtitium duarum horarum aliquoties uſurpavit.

Quare decoctum aperiens & ſimul adſtringens uſurpavit.

Hujus beneficio partem ſecundinæ exturbavit.

℞. *Aq. plantag. recent.* ℥ijß. *Cinnam.* ℥j. *Vin. rubell.* ℥jß. *Confect. hyacinth.* ʒjß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syr. myrtin. Cydonior. ana* ℥ß. MS.

Hujus uſurpatione dolor, hæmorrhagia, & debilitas parum fuere diminutæ; tandem pulvere p. 36. deſcripto pro ſuffimento utebatur, hujuſque beneficio tandem curata fuit, & manet.

Mixturam cardiacam adſtringentem uſurpavit, & curata fuit.

13. Prolapſus uteri, ani &c.: ille uteri prolapſus nihil aliud eſt, quàm relaxatio anterioris vulvæ tunicæ (u). Rugoſam hanc eſſe tunicam omnibus Anatomicis notum eſt, non tantum ut penem

Uteri, ac ani prolapſu.

(t) Hæc quidem eſt methodus Domini Sylvii, ubi in Puerperis ſanguis cum ſecundinarum retentione immodicè fluat, ut nempe pellentia ſimul cum adſtringentibus internè exhibeantur. Sane inter Puerperarum accidentia nullum fere eſt gravius, quodque majus Medico negotium faceſſit, quàm ſecundinis retentis lochiorum profluvium. Contraria enim inter ſe mala adverſas ſuppeditant indicationes; quare oportebit, ut iſtæ concinna quadam medicamenti formula ſimul componantur. Interim juvat notare, quod ſi graviſſima ſit hæmorrhagia cum maxima virium jactura conjuncta, tunc ſecundinarum retentione omnino neglecta, omni ſtudio natura roboretur, & ſanguis immodicè fluens coerceatur.

(u) Id primus omnium docuit Theodorus Kerckringius, poſt quem bini in Belgio illuſtres Chirurgi Roonhuſius à noſtro Auctore laudatus, & Job à Meeckrenſuis editis obſervationibus, uterum procidere poſſe ſtrenuè negarunt, ea præcipuè ſuffulti ratione, quod ille quatuor ligamentis vinctus è ſua ſede abſque violentia dimoveri non poſſit. Sed hæc mihi ſatis non eſſe videntur ad antiquiſſimam illam de prolapſu uteri opinionem delendam. Militant enim pro veteribus tot illuſtrium Virorum obſervationes, in primis Paræi, Hildani, Bartholini, Diemerbroechii, Peyeri, qui non modo uterum è ſuo loco excidiſſe, ſed & illum toties reſecuiſſe notant. In facti namque quæſtione votorum pluralitas, & teſtium idem affirmantium multitudo plurimum momenti, ac vim veritatis habet, niſi manifeſtè demonſtrari queat, teſtimonia illa eſſe fraudulenta: quam labem quis ſine inſignis temeritatis nota laudatis Viris inuret? Præterea non

nem amplectatur, & ſemen melius ad uterum deferat, aſt quoque partus tempore onere ſuo citius liberet infantem. Facilè hic uteri dictus prolapſus ab initio ſuffumigiis adſtringentibus curatur. (Accuratam hujus deſcriptionem & curationem ſi deſideret benevolus Lector, adeat & legat obſervationes Chirurgicas de mulierum affectibus D. Henrici à Roonhuyſe apud Amſtelodamenſes Chirurgi expertiſſimi). Nam utplurimum dictæ tunicæ ut & ani relaxatio ab humoribus pituitoſis, viſcidis, aquoſis, frigore, &c. ortum trahit: non mirum ergo quod ſuffumigiis incidentibus, exſiccantibus, adſtringentibus, calefacientibus, corroborantibuſque curentur rugoſæ uteri tunicæ, anique relaxationes; contraria namque contrariis, imprimis in hiſce affectibus, curantur: quod quotidiana confirmat experientia, & videre eſt apud Cl. Danielem Sennertum lib.5.inſtitut.Medic.part.3. ſect.3. cap.31. & Joh. Jacobum Weckerum lib.1.antidotar.general.cap.53.nec non Heurnium j.Method.ad Praxin cap.de ſuffitu, ut & G.F. Hildanum lib.de Dyſenteria cap.13.

Suffumigiis curatur & quare.

Hæmorrhoidibus.

14. Hemorrhoides, ſiſtunt enim nimis fluentes, ægroſque admodum debilitantes hæmorrhoides ſuffumigia, earumque dolorem leniunt, tolluntque &c., ut teſtatur Riverius obſervat.6. centur.2. p.112. & 113.nec non Prax.Med.lib.10.cap.11.p.m.521. & cap.10.p.513.

Teneſmo.

15. Teneſmus; ut poſteritati ſcriptum reliquere Cl. Petr. Foreſtus obſervat.39.lib.22.& G.Fabr. Hildanus lib.de Dyſenteria cap.12.p.m.693.nec non Hadrianus à Mynſicht in ſuo armamentario Medico-chymico ſect.10.de ſuffimentis p.m.193.ut & Riverius Praxeos Medicæ lib.10.cap.6.p.m.491.

Θυμιάματα in teneſmo admodum proficua, quia eorum beneficio ulcera ſanantur, & acria aſſiduam illam deſidendi cupiditatem excitantia temperantur ac demulcentur, ſicque cauſæ irritationis tolluntur ac leniuntur. Sequens de teneſmo occurrit mihi caſus.

Juvenis alvi fluxu, torminibus & teneſmo afflictus.

Juvenis quiſpiam viginti quinque circiter annorum, poſt fructuum horariorum uſum diuturnum ac frequentem, incidit in alvi fluxum ſummis torminibus doloribuſque contorquentibus conjunctum: dolor ſolo diaſcordio Fracaſtorii aſſumpto fuit ſublatus, manente tamen alvi fluxu cum continuo dolore in inteſtino recto, paulo ſupra anum, unde aſſidua deſidendi cupiditas emergebat, nihil-

---

non video, cur quemadmodum interior vaginæ tunica adeo humeſcat, ut ad inſtar globi extra pudoris ſinum propendeat, ita uteri ligamenta ab affluente humiditate ſubinde relaxari non poſſint, ut nequeat uterus in ſua ſede amplius manere. Hinc præclarè ſatis Gerardus Blaſius part.3.obſerv.Medic. 1. & 2. inter uteri procidentiam veram, & falſam diſtinguit. Vera dicitur, quando ipſe uterus, membranaceis ejus ligamentis laxatis, deorſum tendit. Falſa vero nuncupatur, quoties relaxata & extra pudendum prominens vagina hæc ludibria facit.

nihilque præter mucoſum quid, & ſubinde ſubcruentum imo purulentum excernebat æger, dolore ac egerendi cupiditate ita increbeſcente, ut dies noctesque multas inſomnes tranſigeret. Vocatus morbi hiſtoriam cum intellexiſſem, præſcripſi ſequentem pulverem pro ſuffumigio, exhibito ſolummodo internè grano uno cum ſemiſſe laudani opiati.

♃. *Fol.verbaſc.*M.ß. *Flor.roſar.rub. Balauſtior.ana* ʒß. *Cap. papav.alb.contuſ.no.*ij. *Maſtic.*ʒj. *Thuris* ʒß. MS. F. Pulvis craſſus, cujus fumum æger in cathedra perforata excipiat. Laudano opiato & ſuffitu curatus.

Sexies ſeptieſve in die hoc ſuffimento utebatur, ac intra quatriduum fuit curatus.

15. Lues venerea, & inde excitati dolores ac ulcera &c. ſed viribus adhuc ſint integris, & præhumidâ ac forti conſtitutione præditi lue venerea affecti: alias neutiquam in uſum revocanda ſuffimenta ex cinnabari confecta, nam facilè reſolutionem & contractionem omnium membrorum, capitis, ventris, hypochondriorumque dolorem acerbiſſimum & atrociſſimum, ſummamque narium hæmorrhagiam &c. excitant & producunt; ut videre eſt apud Clariſſ.D.Fernelium de lue venerea, inſpiciatur quoque ea de cauſa P.Foreſtus lib.37. obſev. ſchol.17. Renodæus lib.5. inſtitutionum pharmaceut. cap. 27. Normam & tempus in morbo gallico utendi ſuffumigiis vide ſis apud Petr.Foreſtum loco jam citato, & Fallopium tractat.de morbo gallico cap.72. Lue venerea & inde excitatis doloribus.

Nota. Suffitus nonnunquam præſcribuntur ad ſpiritus reficiendos, animum exhilarandum, & ab externa malignitate vindicandum, cerebrum confortandum &c.

Morbi Suffumigia prohibentes, ſunt.

1. Catarrhi calidi, nam ſuffimentorum aromaticorum maleficio magis magiſque humores ſolverentur & liquidiores redderentur, ſicque catarrhi plures calidiores ac acriores producerentur, multaque ac gravia inde excitarentur ſymptomata, ut teſtatur Hippocrates aphor.28.ſect.5 Cl.Joh.Crato apud Scholzium conſil. 7. Contrarium docet Joubertus de thoracis affectibus cap.4. aſt non de aromaticis tum loquitur Joubertus, quia & loco citato fortiter odorata, ut aromatica imprimis ſunt, prohibet. Suffumigia vetant catarrhi calidi.

2. Aſthma, orthopnœa, ac quævis reſpiratio difficilior, ſi nempe à pituita craſſa, viſcida, ac tenaci ortum non trahant, aſt vel anguſto pectore, vel proprio pulmonum vitio; quia vapores halituſque ex ſuffimentis aſſurgentes liberiorem intercludunt aerem, anguſtumque pectus magis magiſque ſupplent, imo aſthmaticos alioſve difficulter reſpirantes fere ſuffocant: quare etiam Fallopius Aſthma, orthopnæa &c.

lopius tractatu de morbo gallico cap. 69. ſuffumigia illis peſſima imo lethalia cenſet.

Pleuritis, inflammationeſque internæ.

3. Pleuritis, peripneumonia, vel quæcunque alia inflammatio interna; ſuffitus namque humores liquidiores reddunt, eoſque exſiccant, ac acriores quodammodo efficiunt eoſdem, ſicque inflammationes augent, nec non febrem acutiorem, reſpirationem difficilem difficiliorem reddunt: ideo apud Fallopium loco jam citato legitur, peripneumoniâ &c. qui laborant, ſi ſuffiantur, pereunt.

Hæmoptoe & quævis hæmorrhagia interna.

4. Hæmoptoe & quævis alia hæmorrhagia interna; quia ſuffumigiorum maleficio vaſorum orificia jam aperta, vel leviter ſaltem curata, rurſus aperiuntur, ſicque hæmorrhagiæ & hæmoptoes non curantur, ſed inſanabilia & lethalia redduntur: qua de cauſa vide ſis Aetium tetrab. j. ſerm. 3. cap. 144. Fuchſium lib. 2. de compoſit. medicamentor. cap. 28. Fallopium loco jam jam citato.

Lienteria, dyſenteria à bilioſis, acribus humoribus oriundæ.

5. Lienteria, dyſenteria, morbique omnes à calidis, bilioſis, acribuſque humoribus, humorumve defectu producti: humores enim ſuffimentorum ope magis magiſque ſolvuntur, exſiccantur, & quaſi inflammantur, acrioreſque redduntur, ſicque acres ſtagnantes humores ad partes affectas demittendo morbos graviores ſymptomataque vehementiora efficerent ſuffitus; ut idem Fallopius tractatu de morbo gallico cap. 69. teſtatur.

Vapores halitus in caput aſcendentes.

6. Suffitus nocent iis, quorum caput eſt infirmum, quia vaporibus & halitibus nimium oppletur illorum cerebrum, ſicque ſpiritus magis magiſque circumrotantur, ut Crato apud Scholzium conſil. 7. probat.

Arthritis.

7. Arthritis ejuſque ſpecies omnes, quia ſæpiſſime à catarrhis calidis, bilioſis, & ſalſo-acribus dependet arthriticus dolor, ideo partes dolore illo affectæ rubent & inflammatæ ſunt, rodentibuſque doloribus torquentur, & afficiuntur.

Ægri, in quibus Suffimenta uſurpanda veniunt, ſunt.

Proſunt pueris, omnibuſque humidioris conſtitutionis.

1. Pueri, omneſque ac ſinguli qui mollis ac humidæ, aquoſæque ſunt conſtitutionis, ſuffitus enim maximè exſiccant; quare ſenibus, & illis qui aridæ bilioſæque ſunt temperaturæ, minimè, ut in ſequentibus patebit, conveniunt ſuffimenta: in talibus enim nonniſi febres ardentes, phrenitides, peripneumonias, capitis dolores ardentes, pulſantes &c. excitarent; auferuntur enim & exſiccantur humida & aquoſa temperantia humorum acrimonias, ſicque exſiccatione & ablatione humidorum aquoſorumque, humores ſunt acriores. Acria vero imprimis ſi bilioſa dictos morbos

pro-

producere, lippis ac tonſoribus notum.

2. Hydrope capitis, ventris, crurum, totiuſve corporis qui afficiuntur, reſpiratione nempe non admodum difficili exiſtente; aliàs neutiquam præſcribendi ſuffitus: hydropici enim abundant nimia humorum quantitate, quare etiam ſuffimenta illis proficua & nonnumquam perquàm neceſſaria exiſtunt. Aſt nota, ſumma cum cautela præſcribenda Θυμιάματα; ſuffocarentur enim ſubinde hydropici ſuffimentorum maleficio, in primis reſpiratione, ut jam monitum, difficiliori exiſtente, catarrhiſque ſi obnoxii ſæpius ſint. Hydrope capitis, ventris, crurum &c. affectis.

3. Catarrhis qui afficiuntur ſalſo-acribus; ſuffitus namque peccantium humorum acrimoniam temperant, humorumque nimiam quantitatem exſiccando tollunt; ſicque à gravioribus morbis, diriſque ſymptomatibus ſuffimentorum ope ac beneficio nonnulli ſibi præcavent, ut ſatis ſuperque ex ſequenti caſu patet. Catarrhis ſalſo acribus laborantibus.

Quidam ex conſanguineis quadrageſimum circiter jam agens annum, ſingulis pleniluniis per annos aliquot dolore intolerabili totum ſiniſtrum brachium occupante fuit afflictus; multa ac varia uſurpavit remedia generalia & particularia, aſt fruſtraneo eventu, doloriſque augmento, donec ante menſes circiter ſeptem circa novilunium quid inſtar aquæ frigidæ in brachium ſiniſtrum depluens ſenſerit, prægreſſo dolore capitis primò gravativo, dein rodente ac quaſi perterebrante: quare præſcripſimus ipſi pilulas de cynogloſſa, ad catarrhum ſiſtendum ac temperandum, aſt fruſtraneo itidem effectu; tandem ſequentem ipſi dedimus ſuffitum circa novilunium uſurpandum. Quiſpiam plenilunio, dolore intolerabili in brachio afficitur. Omnibus internis externiſque fruſtra adhibitis.

℞. *Styrac. calamit.* ℥jß. *Succin. Maſtich. Caryophyll. ana* ʒß. *Fol. majoran. nobil. Roriſmarin. ana* ʒij. MS. F. Pulvis craſſior.

Quo uſurpato, nec catarrhum & vix aut ne vix quidem poſtmodum ſenſit dolorem: ſed ſingulis noviluniis ſuffitu hoc circa veſperi utitur, & à catarrho doloreque curatus ſanus vivit. Suffitu curatus.

4. Paralytici à frigida humidaque materia &c. facti; quia calefaciunt, corroborant, exſiccant &c. partes nervoſas ab humidis, frigidis, viſcidis &c. humoribus affectas Θυμιάματα. Paralyticis.

5. Suppurati, Empyici; ſuffitus enim & ſalſo-acria temperant & novas è capite deſtillationes excludunt, nimiam humiditatem exſiccant, cerebrum corroborant, puriſque ac viſcidorum &c. in pulmonibus contentorum eductionem accelerant ac facilitant: ut teſtantur Joh. Jacob. Weckerus lib. 1. antidotar. general cap. 53. Renodæus lib. 5. inſtitut. pharmaceut. cap. 27. Fuchſius lib. 2. de compoſ. medicamentor. cap. 28. Suppuratis & Empyicis.

6. Qui neutiquam narium hæmorrhagiâ, partiumque internarum inflammatione, ſanguiniſve ſputo afficiuntur aut vexantur; Hæmorrhagiâ vel internâ in-

flammatione laborantibus.

nam ſuffitus calefaciunt, caloreque ſanguis redderetur liquidior, ſicque hæmorrhagia major & curatu difficilior, partiumque inflammatio adaugeretur in dies.

Capite firmis nec vertigini &c. obnoxiis.

7. Qui pectore pleno & capite humidiori ac firmiori, & neutiquam vertigini capitiſque gravitati ſunt obnoxii.

Homines, quibus Suffumigia non facilè præſcribenda ſunt.

Suffumigia non facilè præſcribenda gravidis. Nec lactantibus.

1. Gravidæ, in primis ſi ex aromaticis ſint ſuffimenta facta; muliebria enim educunt, teſte Magno SENE aphor. 28. ſect. 5.

2. Lactantes, nimium enim exſiccant & calefaciunt: exſiccatione quoque ac calefactione nimia lac conſumitur, nimiſque pingue bilioſumque &c. redditur; ſicque nonniſi mammarum inflammationes &c. in lactantibus capitis dolores, febres ardentes, tonſillarum inflammationes, peripneumoniæ, &c. inde producuntur; ut videre eſt apud Heurnium lib. 1. method. ad Praxin cap. de ſuffitu.

Nec ſenibus.

3. Senes: ſenum corpora jam exſucca & fere arida exiſtunt, morbique, quibus plerumque afficiuntur, ſunt ſpirandi difficultates, articulorum renumque dolores, vertigines, totius corporis pruritus, vigiliæ, tormina, lævitaſque inteſtinorum &c., ut legimus apud magnum SENEM aphor. 31. ſect. 3. & C. Celſum lib. 2. cap. 1. p.m. 47. quare ſuffimenta valde exſiccantia, ut lethalia, damnant Practici, illorum enim corpora planè arida atque exſucca redderentur. Videſis ea de cauſa Heurnium lib. 1. method. ad Prax. cap. de ſuffitu, nec non Fallopium tractat. de morbo gallico cap. 69.

Nec macilentis.

4. Macilenti: macilenti namque ut plurimum bilioſis ac calidis ſcatent humoribus; quare ſuffitus, qui ex calidis & aromaticis ut plurimum conſtant, nonniſi capitis dolores ardentes, pulſanteſve excitarent, nec non ejuſdem gravitatem, phrenitidem, febres acutas, peripneumonias, pleuritides, inflammationeſve producerent.

Nec morbis extenuatis.

5. Morbis qui extenuati, quia hic humorum eſt defectus, & ſuffumigia, quorum exſiccare proprium eſt, magis exſiccant, ac ea de cauſa meritò in extenuatis damnantur.

Nec hæmoptoicis, aut hæmorrhagiâ laborantibus.

6. Hæmoptoici, vel quacunque hæmorrhagia qui afficiuntur; quia ſuffumigiorum ope vaſa magis magiſque aperiuntur, ſanguiſque fluidior redditur, ſicque ſuffimentorum beneficio non curarentur, aſt potius interficerentur hiſce morbis afflicti ægri, teſte Aëtio tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 144. nec non Fuchſio lib. 2. de compoſ. medic. cap. 28. &c.

Nec lientericis.

7. Lienterici; maximè namque humores viſcidi, pituitoſi, tenaceſque ſuffituum vi & energiâ ſolvuntur, ab hiſce quoque humoribus

ribus quia ut plurium lienteriæ ortum trahunt, meritò rejiciuntur: ut teſtatur Fallop. loco modo citato.

8. Febribus ardentibus, acutis, bilioſis, malignis &c. qui laborant, quia nonniſi febres graviores ſymptomataque plura ac majora efficerent θυμιάματα. Nec febribus acutis &c. affectis.

9. Dolore capitis ardente, pulſante, ac tempora præſertim feriente, in febribus bilioſis continuis, ut & intermittentibus levi frigore advenientibus, nec non in diariis ab æſtu ſolis, potu generoſo, vigiliiſve protractis ortis admodum frequente, qui vexantur: à bile enim acriore ſanguinem plus ſatis rarefaciente, arteriaſque ſic magis citiuſque explicante ac diſtendente tales dolores oriuntur; ſuffitus enim ſanguinem rarefactum non mitigant, ſed magis magiſque eundem rarefaciunt, ſicque dolores illi non minuerentur, ſed vehementiores, imo magis intolerabiles redderentur. Nec dolore capitis ardente &c. vexatis.

10. Qui capite infirmo, ac difficiliori reſpiratione ex anguſto pectore oriundâ ſunt affecti, neutiquam illis θυμιάματα ſunt præſcribenda, teſte D. Joh. Cratone apud Scholzium conſil. 7. Nec capite infirmo aut anguſto pectore laborantibus.

11. Qui bilioſæ ſunt conſtitutionis ob rationes ſæpius jam dictas. Nec bilioſis.

Tempus θυμιάματα uſurpandi.

1. Aptiſſimum matutinum judicatur à Fallopio tractat. de morbo gallico cap. ſæpius jam citato, ut & Gregorio Horſtio lib. 3. obſerv. 3. p. m. 148. A nonnullis vero veſpertinum magis opportunum atque conveniens putatur; quare ſequentes proferunt rationes: catarrhos nempe veſperi plures & graviores deſcendere, quàm quidem matutino tempore; ac idcirco ad catarrhorum depluentium præcautionem ſatius eſſe veſpertino quàm quidem matutino ſuffitus præſcribi. Præterea tempus veſpertinum autumno ac hyemi quodammodo reſpondere, quo tempore humores viſcidi, pituitoſi, &c. valde adaugentur, catarrhique plures ac graviores excitantur. Tempus θυμιάματα uſurpandi optimum matutinum. A nonnullis veſpertinũ judicatur. Quare.

2. Conveniens quoque eſt hybernum, vernale, & autumnale, in primis ſi humidum ac pluvioſum fuerit; quare adventante hyeme ut plurimum capitis dolores, catarrhi ſalſo-acres, & inde productæ tuſſes, raucedines, & gravedines &c. exoriuntur, ut teſtatur Hippocrates aphoriſm. 13. ſect. 3. nec non C. Celſus lib. 2. cap. 1. p. m. 45. & 46. quia hiſce temporibus non tam bilioſi, quàm quidem viſcidi, pituitoſi, aquoſique &c. humores prædominantur, ad quorum inciſionem, exſiccationem, ablationemque θυμιάματα in primis conveniunt. Hybernũ, vernale & autumnale.

3. Interlunium tempore vernali nempe & autumni principio, hyemali vero novilunium ac plenilunium; quia tempore hyemali Interlunii tempore vernali, novilunium hyemali.

circa novilunium ac plenilunium humores viſcoſiores, pituitoſiores ac copioſiores in corporibus generantur: aſt tempore vernali & autumnali, (in primis ſiccus ſi fuerit autumnus) circa plenilunium bilioſi humores magis turgent; quare etiam tunc temporis morbi acutiſſimi & pernicioſiſſimi utplurimum exoriuntur, ut videre eſt apud Hippocratem aphor. 9. 12. & 13. ſect. 3. nec non C. Celſum lib. 1. cap. 3. p. m. 33. lib. 2. cap. 1. p. 42. & 45.

Ante, inter, ac poſt θυμιάματα quid agendum obſervandumque ſit, paucis demonſtrabimus.

Ante ſuffimenta requiritur.

Ante ſuffumigia univerſalia præmittenda.

1. Ut univerſalia, præparantia nempe, purgantia, diaphoretica, diuretica, venæſectio &c. præmittantur, antequam ſuffumigia præſcribantur; tutò enim non uſurpantur ſuffitus ab hominibus noxiis peccantibuſque humoribus ſcatentibus. Convenit ergo univerſalia & quidem iterata præſcribere, quàm tales ægros, in primis plethoricos, graviſſimos in morbos, pernicioſiſſimaque ſymptomata præcipites dare.

Suffumigiū uſurpaturus à frigore ſe tueatur.

2. θυμιάμα uſurpaturus calore ſibi conſulat, ac neutiquam Jovem ſubeat frigidum, aliàs oleum & operam perderet, imo catarrhi graviores ac plures generarentur.

Inter Suffituum uſurpationem requiritur.

Inter ſuffumigandū cubiculum ſit calidum.

1. Ut cubiculum, in quo ægri ſe contineant, ſit calidum, calidumque conſervetur; nam alias catarrhi graves ac ſymptomata curatu difficilia producerentur: corpus enim calore ubique tum quaſi patet, frigorique ſic ceditur locus intrandi, ut ita dicam, corpus; unde nonniſi dolores gravativi, ſpaſmata, febres, tuſſes &c. generantur.

Fumus naribus vel ore patulo excipiendus.

2. Naribus ut excipiatur ex ſuffumigiis aſſurgens fumus, capitis in affectibus ſi præſcribantur ſuffitus; ore patulo vero in pulmonum affectibus ſi præſcripta fuerint θυμιάματα; & ſic de cœteris, ut teſtantur Joubertus de thoracis affectibus cap. 1. & Fuchſius lib. 2. de compoſ. medic. cap. 28.

Caput totumque corpus bene tectum. Quando à ſuffitu ſit deſiſtendū.

3. Caput ut rectè tegumentis obveletur, totumque corpus veſtibus benè ſit indutum, ob rationes jam dictas.

4. Ut ſi capitis gravitatem, vertiginem, viſus hebetudinem, reſpirationemque admodum difficilem &c. excitent ac producant, ſtatim à ſuffitu deſiſtatur.

5. Ut

5. Ut nullo modo aerem, ut dictum, ſubeat frigidum, aliàs nonniſi viſcidiores humores ac plures, item dolores intolerabiles, jam gravativi, jam rodentes &c. generabuntur, illudque nonniſi Penelopes telam texere eſſet.

Frigori ne ſe exponat.

Poſt Suffimenta uſurpata conveniunt.

1. Caput totumque corpus confortantia & exſiccantia, ut ſic partes antea affectæ & debilitatæ corroborentur, & à nova humidorum, viſcidorum, pituitoſorumque humorum generatione immunes reddantur; aliàs nonniſi graviores affectus, catarrhi plures, ſymptomataque curatu difficiliora producerentur.

Poſt ſuffitũ confortantia & exſiccantia adhibenda.

2. Quieti ſe, ſuffitum qui uſurparunt, tradant, ne motu nimio vapores, halitus, humoreſque capitis gravitatem, vertiginem, viſuſve hebetudinem &c. excitantes aſcendant.

Quieti ſe tradant.

3. Frigida ac humida nullatenus uſurpet æger, ſed potius calida, exſiccantia, corroborantia, &c. neutiquam quoque ſiti ſatisfaciat, ob rationes jam ſæpius allatas.

Frigida ac humida ne uſurpet nec ſiti ſatisfaciat.

4. A ſuffumigiis ne frigus ſubeant, ſed calidos ſe conſervent; nam facilè convulſiones, horrores, febres, catarrhi, tuſſes, dolores arthritici &c. exoriuntur.

Frigori ne ſe exponant.

Nota. Suffitus vehementes illis, quibus caput eſt infirmum, eſſe cavendos, ut Crato apud Scholzium conſil. 7. docuit.

Suffitus vehemens quibus cavendus.

Qui fumum perferre non poſſunt, illorum capitis tegumenta eſſe ſuffumiganda.

Suffimenta fortiter odorata plerumque capitis gravitatem inducere.

Suffitus ex moſcho, zibetha, ambra &c. hyſtericis nocere admodum (x), mox enim paroxyſmus inde excitatur, graviorque ſolito redditur.

Suffitus ex moſcho &c. hyſtericis nocet.

(x) Quam creberrimè à moſchi odore, vel alio admodum ſuavi ſoleat hyſterica affectio deſcendere, vel Aniculis paſſim notum eſt. Verum quomodo ex illo grave hoc malum produci poſſit, difficilis fuit ſemper inveſtigatio. Medici nonnulli uterum ſingulari quadam proprietate & ſympathia moſchi odore delectari, & eapropter ad ejus jucunditatem plenius percipiendam ſurſum moveri, atque adſcendere opinati ſunt. Unde fluxit, ut Mulieribus hyſtericis fœtida naribus, ſuaveolentia pudendis partibus admovenda eſſe commendaverint, ut ab iis uterus in fugam veluti datus ab his potentius deorſum alliceretur. Hæc ſi vera eſſe fateamur, duplicem odoris ſenſum, in naribus unum, in utero alterum admittere oportebit. Quod ſi tamen ab illa methodo ceſſiſſe aliquando affectus viſus ſit, id potius fœtidis rebus naribus objectis, quæ ſulphureis ſuis particulis orgaſmum ſpirituum compeſcunt, quàm uteri delectationi ex ſuavi odore tribuendum eſſe putaverim. Multò minus eorum opinio mihi probatur, qui cerebrum ab odoris fragrantia perculſum uterum in conſenſum trahere, humoreſque in eo contentos agitare arbitrati ſunt; quum hyſterica paſſio ex morboſo utero plerumque non oriatur. Quum ergo moſchus, & ſimilia odorata ſubtiliſſimas ac veluti igneas, ut Clar. Higmori verbo utar, ex ſe ſpargant particulas (quemadmodum ex diuturna odoris fragrantia, & copioſa halituum emiſſione ſine ſenſibili ponderis decremento colligi poteſt); facile eſt cogitare ex earum adventu ſpiritus in rapidiſſimos motus duci, & ad inſtar pulveris tormentarii admota flamma turgeſcere; ac proinde hyſtericum affectum mox exſurgere. Quemadmodum vero Mulieres, quæ

majori ſpirituum robore pollent, moſchi & ſimilium odoratorum odorem innoxiè perferre queunt; ita viciſſim, quæ ad morbum hyſtericum ſunt pronæ, facilius aliis ex moſchi odore illius inſultum incurrunt: ex prægreſſis enim paroxyſmis ſpirituum craſis labefactatur, & ſpaſmodica ſemina relinquuntur, quæ rapidiori eorum motu è ſuis clauſtris erumpunt. Id vero magis videtur mirandum, cur moſchus internè exhibitus affectum eundem eripiat, quem naribus admotus externè producere poteſt, ut ex Riverio, qui cent. 1. obſerv. 65. Mulieri hyſtericæ potionem Solenandri ex moſcho & ſanguine draconis exhibuit, ſtatimque morbus ceſſit. An quia moſchus antequam ſpiritibus in cerebro commiſceatur, ejus vis ſulphureis ſanguinis particulis contemperatur? An vero quia particulæ moſchi validius ſpiritus commovent, dum nerveas narium fibrillas ſimul vellicant? An denique quia ob tenuitatem & acrimoniam ſubſtantiæ inſigni pollet efficacia vaſa aperiendi & deobſtruendi, ſicque ſanguinem per uterum proliciat, cujus retentionem hyſtericum affectum ſequi multoties vidimus? Hanc autem vim moſchi nulli fere Medico non notam adeo veritus eſt Mercurialis, ut lib. 1. de compoſ. medic. cap. 15. illum internè exhibitum inter venena recenſuerit, hac ſolum ratione adductus, quod ſincerus naribus adpoſitus ſtatim ſanguinem proliciat. Verum hoc malum metuendum non eſt, quando in minima datur doſi, quemadmodum à Medicis in cordialibus medicaminibus præſcribendis non ſine emolumento fieri ſolet.

Sed pro hujus capitis coronide, quæ latius circa ſuffimenta ſcripta ſunt, in compendium contracta Lectori benevolo ſiſtam. Omnia, quæ vel ſponte ſua tenues particulas emittunt, vel igne accenſa illas effundunt, pro ſuffitu adhiberi poſſunt. Valent ergo primò ſuffimenta ſuis odoribus, qui ab halitu rerum corporeo nervoſa narium filamenta vellicante in nobis excitantur. Quare quum ita ſimus à natura comparati, ut fœtidis malè afficiamur, benè à ſuaveolentibus; utilia idcirco erunt ſuffumigia ad animum noſtrum exhilarandum, ſpiritus reficiendos, cerebrum corroborandum, ſenſuſque tam internos quàm externos vegetiores reddendos. Quum vero particulæ odoriferæ cerebri quoque penetralia ſubeant, & ſpirituum motum diverſimode inflectant; hinc alterationes illæ proficiſcuntur, quas in partibus à capite remotis ex odoribus perſentimus. Si autem forte acciderit, ut ex odore aliquo valde læſi fuerimus, ob impreſſum in cerebro læſionis veſtigium eundem odorem perferre amplius non poſſumus. Interim negandum non eſt, quod quemadmodum ſuffimenta ex aromaticis, & valde odoratis ſpirituum motum inſtaurant; ita viceverſa, quæ narcotico pollent ſulphure, eorum agitationem potius ſufflaminent: unde ſicuti hæc in epilepſia, & ſuffocatione hypochondriaca, ita illa in ſoporoſis affectibus magis præſtabunt. Quoniam vero humores tenuibus calidiſque ſuffumigiorum particulis afflati exſiccantur, atque ſi ex aromaticis ſint ſuffitus, inciduntur etiam, canaleſque excretorii ad eorum expulſionem irritantur; hinc ubi craſſus & lentus humor ſupernas partes occupat, & vel cerebrum gravat, vel nares obſtruit, vel tonſillas tumefacit, vel pulmonum bronchia infarcit, ut in capitis gravedine, Coryza, Angina pituitoſa, & Aſthmate, utilia admodum erunt ſuffimenta. Calidi vero, qui vulgò dicuntur catarrhi, vel acris fluxio in pulmones illabens ſuffituum uſum limitant, vel ſaltem eorum, qui acrimoniam humorum concitare valent, ut in primis ſunt, qui ex aromaticis conficiuntur. Quum autem ex Hippocratis præcepto in lib. de ulceribus, ſiccantibus medicaminibus ulcerum curatio abſolvi debeat; liquet hinc, in narium, aurium, ſimiliumque partium ulceribus ſuffitus ſummopere valere; eòque magis quod ulcera illa minus commodè alio medicamentorum genere tractari poſſint. In teneſmo vero, & furenti hœmorrhoidum dolore ſuffumigia, quæ acres humores retundere valent, ſummis laudibus à Practicis celebrantur. Ad menſtruum ſanguinem, vel lochia educenda ſuffitus ex aromaticis jam olim commendavit citatus Hippocrates: ſed ad ea etiam nimis fluentia cohibenda, atque ad uterum prolapſum in ſua ſede firmandum ex adſtringentibus confecti ſuffitus admodum conducunt. Quum autem interior narium membrana, eaque, quæ tracheam interius inveſtit, adeo ſenſiles ſint, ut facili negotio ex ejus naturæ ſuffumigiis ſternutatio, vel tuſſis provocetur; cavendum idcirco, ne in earum partium hœmorrhagiis illa adhibeamus. Faucium itidem, vicinarumque partium inflammatio ſuffitus prohibet, quia ſanguis ex iis incaleſcit, & majorem fervorem contrahit. Homines vero, qui ſuffimenta facilius tolerant, in primis ſunt Pueri, in quibus copioſa humiditas luxuriat, quique grandiori pectore pollent, & vertigine nunquam fuere correpti. Secus Senes, macie confecti, & lactantes Mulieres ſuffumigiis, à quibus quod humiditatis reliquum eſt detrahitur, mulctantur. Maximè vero qui anguſto ſunt pectore ſuffitu læduntur; ſanguis enim incaleſcit, & in pulmonum vaſis accumulatur, unde ſuffocationis periculum imminet. Denique qui biliosæ ſunt conſtitutionis, & Mulieres, præſertim utero gerentes, à rebus valde odoratis ſe abſtineant, ni capitis dolores, & ſuffocationem hypochondriacam velint experiri. Cœterum in ſuffumigiis adminiſtrandis caveat Patiens ab aere frigido, eaque uſurpet in loco anguſtiori & undique clauſo, ne halitus procul à ſuo corpore expatiari permittat.

CAP.

CAP. III.

De Apophlegmatiſmis, Maſticatoriis & Gargariſmis.

Apophlegmatiſmi unde nomen ſortiti.

Apophlegmatiſmi nomen ſuum ab effectu accepiſſe videntur, quod phlegma è cerebro viciniſque locis per palati cerebrique emunctoria, irritando, incidendo &c. proliciant & evacuent.

In forma ſicca maſticatoria dicuntur.

Quod ſi apophlegmatiſmi in forma ſicca præſcribantur, à pleriſque vocantur maſticatoria, quod in ore detenta maſticentur, hinc inde moveantur, & dentibus comminuantur & confringantur, ſicque humores aquoſos, pituitoſos, viſcidos &c. peccantes attenuando, incidendo, ac irritando eliciant. Liquida vero propriè apophlegmatiſmi dicuntur, ſub quibus nonnulli gargariſmata comprehendunt, quæ à græco verbo γαργαρίζω derivantur: ſunt itidem ut apophlegmatiſmi medicamenta fluida, quæ in ore continentur, & linguæ beneficio hinc inde agitantur, quibus fauces abſque deglutitione colluuntur; dum ſcilicet aſſumptus & ore contentus liquor capite ſupino ad fauces, columellam &c. defluens ſpiritu erumpente repellitur, motuque reciproco agitatur, ſicque pituitoſos, aquoſos &c. humores ex cerebri emunctoriis, nec non vaſis ſalivaribus acredine ſua irritando, incidendo &c. elicit; ut videre eſt apud Cl. Dan. Sennertum lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 17. inſtitut. medicar.

In forma liquida etiam gargariſmata vocantur.

Utendi modus.

Quibus in affectibus præſcribuntur.

Præſcribuntur dicta medicamenta in affectibus capitis viſcidis, pituitoſis, frigidis, oculorum hebetudine, auditus gravitate, linguæ paralyſi, olfactu vel deperdito vel diminuto, dentium dolore, lethargo, caro, comate &c. aſt in ſequentibus de his fuſius.

Apophlegmatiſmorum differentiæ.

Apophlegmatiſmi ratione virium ſunt vel leves & mites, vel validi ac fortes; qui partim miti calore, volatilitate, humiditate &c. humores peccantes attenuant, incidunt & liquant, eoſque per cerebri emunctoria interna, palatum, glandulam pituitariam, ductuſque ſalivares &c. foras eliciunt; partim acredine dictas partes irritando vellicandove noxios aut ſuperfluos humores expellunt.

Qua ratione operantur.

Ratione vero formæ, vel ſolida quæ maſticatoria nominantur, vel liquida quæ apophlegmatiſmi, & ſub his comprehenſa gargariſmata, dicuntur.

Quid in illorum uſu notandum.

Nota. Vitanda ἀποφλεγματίζοντα iis, quorum interiores oris partes omnes aut aliquæ, ut palatum, lingua, fauces, larynx, gula &c. ſunt exulceratæ; nec non qui diſtillationibus ad haſce partes, ipſumve pectus aut pulmones obnoxii ſunt.

Inter

Varia apophlegmatiſmum excitantia medicamenta.

Inter apophlegmatiſmum excitantia medicamenta, ſequentia excellunt. Et quidem 1. inter folia, majoranæ, betonicæ, origani, rutæ, pulegii, thymi, hyſſopi, ſerpilli, acori, angelicæ, imperatoriæ, nicotianæ. 2. Inter radices, pyrethri, zinziberis, chelidoniæ majoris, iridis noſtratis, angelicæ, & in primis imperatoriæ, quæ ſola maſticata, vel in pulverem redacta ac cum melle & vino acetove mixta, multum pituitæ viſcidæ &c. incidendo, irritandoque extrahit. 3. Inter flores, roriſmarini, ſalviæ, lavendulæ, calendulæ. 4. Inter ſemina, ſtaphidis agriæ, naſturtii, erucæ, cardamomi, cubebæ, pæoniæ, piperis, inter quæ primas tenet ſinapi ſemen, cujus ad præſervationem apoplexiæ grana aliquot maſticata maximè conveniunt.

Sola maſtix & plurima aromata cōducunt.

Frequenti quoque in uſu ſequentia, maſtix (quæ ſola commanducata blandè & leniter pituitam ex ore faucibus potius, quàm è longinquis elicit; ut Fernelius lib. 5. method. medend. cap. 16. p. m. 122. docet) uva paſſa, nux moſchata, macis, macropiper, caryophylli, vel plurima aromata acredine quadam prædita, ac dictas partes leviter, vel quoque acriter irritantia, ſicque ſalivam in os plus minuſve alliciunt, & ſalivationem quandam excitant.

Leniora ex dictis ſunt maſtix, cubebæ, hyſſopus, majorana, imperatoria &c. Fortiora vero macropiper, zinziber, radices pyrethri, ſemen ſinapi, naſturtii &c.

Apophlegmatiſmorū variæ formulæ.

Variæ ex hac materia formulæ concinnari pro lubitu poſſunt; ſic vel in forma decocti ἀποφλεγματίζοντα præſcribuntur & uſurpantur; vel in forma electuarii, ſi nempe dicta ſimplicia in pulverem redacta & cum liquore convenienti vel melle &c. miſceantur, & palato inungantur; trochiſci ſ. paſtilli, noduli, pulveris, ſpiritus, &c.

Apophlegmatiſmorum formulæ variæ.

In forma decocti.

In forma decocti.

℞. *Fol. origan. Majoran. nob. Rutæ ana* M. ß. *Flor. lavendul. Hyperic. ana p. ij. Sem. ſtaphid. agriæ. Pæoniæ ana* ʒij. *Sinap.* ʒß. *Rad. imperator. Zinzib. alb. Pyrethri ana* ʒiij. *Maſtich. Nuc. moſchat. ana* ʒij Conciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. vini albi ad tertiæ partis conſumptionem vaſis optimè clauſis, aliàs vis pyrethri &c. coquendo evaneſcit ac diſperditur: colaturæ ℔j. Add. *Mellis anthoſ.* ʒß. *Sp. ſalis armon.* ʒß. MS.

Ad epilepſiam & apoplexiam præcavendam aut curandam.

Hujus parum in ore contineatur, & linguæ ope hinc inde agitetur, multum pituitoſæ, viſcidæ &c. materiæ irritando, incidendo, ſolvendo, attenuando elicit, maximèque in epilepſiæ ac apoplexiæ præſervatione ac curatione conducit.

℞. *Fol. roriſmar. Thymi. Nicotian ana* M. ß. *Rad. imperator. Irid.*

Irid.noſtrat.ana ℥iij. *Maſtich.*℥ij. *Carda.min.*℥jß. Contuſ.& conciſ.coquantur in vini albi ℔jß. Colaturę add. *Sp.ſalis arm.*℈j. MS. pro apophlegmatiſmo in frigidis, & chronicis capitis affectibus maximè conveniens. In affectibus capitis chronicis conveniens

In forma Electuarii.

℞. *Fol.ſerpilli. Nicotian.ana* ℥ij. *Rad. pyrethr. Angel. ana* ℥j. *Caſtor.optim. Maſtich.alb. ana* ℥ß. *Caryophyll.* ℈j. *Sem. ſinap.* ℥jß. F. omnium pulvis ac miſceatur cum.ſ.q. *Mell.anthoſ. & Sp.ſalis armon. gutt.* 10. F. S. A. Electuarium. Cujus parumper palato inungatur; multum enim præſtat in apoplexia, lethargo, caro, comate ſomnolento &c. In forma electuarii. In affectibus ſoporoſis conducens.

℞. *Rad.chelidon.major. Irid. noſtrat. Imperator. ana* ℥j. *Zinziber.alb.* ℥ß. *Pyrethri* ℈ij. *Sem.naſturt. Cubeb. ana* ℥ij. *Caryophyl.*℈j. F. omnium pulvis, qui cum ſ.q. *Mellis anthoſ. & ſp.ſalis armon.gutt.* xvj. miſcendus, valet in odontalgia, dolore capitis diuturno gravativo, &c. In odontalgia proficuum.

In forma trochiſci ſ.paſtilli manſilis.

℞. *Fol.nicotian. Lauri ana* ℥ij. *Rad.imperator.*℥jß. *Pyrethr.* ℥ß. *Sem.ſinapi Sal.armoniac. ana* ℈ij. Fiat omnium pulvis, & excipiatur maſtiche in mortario calido cum paſtillo calido contuſâ, & paſtilli manſiles pendentes ℈j. vel ℥ß. inde formentur: in affectibus capitis frigidis & diuturnis à cauſa viſcida, frigida, lenta, tenaci &c. productis. Quare ſequentem de memoriæ labefactatione caſum hiſce addere animus eſt. In forma trochiſci. In affectibus capitis pituitoſis utiles.

Mulier quædam quadrageſimum præter propter octavum jam agens annum, poſt ſuppreſſa menſtrua ſibi venæſectionem inſtitui curavit largam; unde frigus per totum corpus ingens ipſi obortum, quo ſublato appetitus in dies minor, donec nullus ſupereſſet. Brevi varia appetitum ſublatum reducendi gratiâ aſſumpſit medicamenta, ſed fruſtraneo eventu: paulo poſt incidit in febrem quartanam intermittentem frigore maximo per ſex ſeptemve horas durante ægram affligentem, qua febri vexata fuit per annos circiter tres. Poſtquam per menſes ſexdecim hac quartana fuiſſet afflicta, incidit in capitis dolorem gravativum & memoriæ quandam labefactationem, imo talem, ut rerum domeſticarum ſubinde obliviſceretur; quæ miſerè afflicta mulier ſequentibus fuit curata: primò ſequens præſcripſimus vinum medicatum. Mulier poſt venæſectionem largam. In appetitum ſublatum. Poſtea quartanam diuturnam. Tandem in memoriæ labefactationem incidit.

℞. *Rad.angel. Irid.Florentin. Galang. ana* ℥iij. *Fol.majoran. nobil. Laur. Origan. Roriſmar.ana* M.j. *Comar.lavendul. Thymi ana* M.ß. *Bacc.junip.*℥vj. *Cubeb.Cardam. min. Nuc.moſchat. ana* ℥ij. Conciſa & craſsè contuſa inſuantur ſacculo & cantharo lapideo indantur, vinique gallici pint.jv. affundantur. Vino medicato cephalico.

Poſt infuſionem ac extractionem per quatriduum, hujus vini me-

medicati ter quaterve de die ad uncias tres pro doſi aſſumpſit, ac hujus vini uſurpationem continuavimus per tres præter propter ſeptimanas, unde frigus admodum fuit diminutum, imo fere ſublatum. Humores hoc modo aliquantum præparatos & concoctos per epicraſin purgantibus (juxta Hippocratem aphor. 22. ſect. 1. concocta medicamento purgante educenda ac movenda) eduximus: indies decreſcebat febris poſt ſequentis pulveris uſurpationem.

Purgante.

Pulvere febrifugo.

℞. *Sal. abſinth. Armoniac. Ocul. cancr. ana* ℈ß. *Zinzib. alb.* g. xij. *Ol. majoran. nobil. gutt.* j. MS. F. Pulvis vino calido aſſumendus.

Et paſtillo manſili curata fuit.

Febri jam curatâ, (vinum medicatum adhibitum ad finem uſque) alternis diebus circa octavam matutinam paſtillum manſilem ex prædictis uſurpavit, quo multa viſcida, tenacia &c. fuere elicita, unde tandem quoque labefactata fere memoria fuit reſtaurata.

℞. *Rad. acori Pyreth. ana* ʒj. *Gran. paradiſ. Cubeb. ana* ℈ij. *Maſtich. alb.* ʒj. Trita excipiantur melle, & fiant L. A. trochiſci.

In forma noduli.

In forma noduli.

℞. *Fol. nicotian. optim.* ʒj. *Cort. ſambuc. interior.* ʒij. *Piper. alb.* ℈ij. *Sal. commun.* ʒj. Contuſa inſuantur ſacculo linteo, & fiant noduli maſticatorii no. ij. qui aceto macerati in odontalgia admodum conducunt.

Contra odontalgiam.

℞. *Rad. imperator. Ireos ana* ʒj. *Pyrethri* ʒß. *Sem. ſtaphid. agriæ* ℈j. *Maſtich.* ʒiij MS. & F. L. A. noduli maſticatorii.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

℞. *Rad. angelic. Pyrethr. ana* ʒß. *Maſtich.* ʒij. *Caryophyll. Sem. ſinapi ana* ℈j. MS. F. Pulvis.

℞. *Rad. imperator. Fol. lauri ana* ʒjß. *Sem. naſturt.* ℈ij. *Maſtich.* ʒij. *Cubebar.* ʒj. MS. F. Pulvis.

In Forma ſpiritus.

In forma ſpiritus.

℞. *Fol. hydro-piperis. Naſturt. hortenſ. Lauri ana* M. ß. *Rad. acori. Galang. Imperator. ana* ʒij. *Sem. fœnic. Siler. montan. ana* ʒiij. *Myrrh. rubr. Cubeb. ana* ʒj. *Caryophyll.* ʒß. Conciſa & contuſa infundantur cum ſp. vini optim. ℔jß. Poſt digeſtionem per octiduum, ex Mariæ balneo ſpiritus abſtrahatur, deſtillatoque admiſceatur. *Sp. ſalis armoniac.* ʒjß. *Mell. anthoſ.* ʒjß. MS. In capitis doloribus contumacibus chronicis à frigida, viſcida, tenacique materia productis & excitatis ſpecificus ſpiritus, aliis indicationibus quoque inſerviens.

Ad capitis dolores contumaces.

℞. *Fol. ſalv. Hyſſop. Calaminth. ana* M. ß. *Rad. ireos. Valerian. Cyclamin. ana* ʒß. *Sem. erucæ. Naſturt. hortenſ. Sinap. ana* ʒij. *Cardam. min. Cort. aurantior. Caſtor. ana* ʒjß. Conciſis & contuſis affundantur. *Vini gallic. pint.* ij. *Spir. vini pint.* ß. Poſt juſtam infuſionem calidam & digeſtionem, ex Mariæ balneo abſtrahatur

tur

tur ſpiritus ad pintam unam, cui admiſceantur *Mellis anthoſat.* ℥iij. *Rad.pyrethri pulv.*℥ij. MS.

Notæ in uſu Apophlegmatiſmorum obſervandæ.

Multos ac graves apophlegmatiſmi nonnunquam curant morbos, ac moleſta ſymptomata tollunt; verum etiam humores quia attenuant, unde catarrhi tenues in pectus cæteraſve partes inferiores dilabuntur: accuratè obſervandum quibus conducere, quibus vero nocere poſſint dicti apophlegmatiſmi. Quod paucis ergo in ſequentibus inquiremus.

Quid in uſu apophlegmatiſmorum obſervandum.

Nota. Tyronibus maximè obſervandum eſt, apophlegmatiſmos iis præſcribendos non eſſe, quibus gingivæ, palatum, fauces, tonſillæ, larynx, & aſpera arteria ſunt exulceratæ; & qui catarrhis ſalſo-acribus ad fauces ac pectus jam delabentibus ſunt obnoxii: tali in caſu potius ſiſtendi & acres temperandi, incraſſandique &c. ſunt, quàm plures apophlegmatiſmorum acredine, attenuatione, inciſione &c. præditorum ope catarrhi excitandi.

Humores, in quibus Apophlegmatiſmi cum fructu & ſucceſſu præſcribi poſſunt, ſunt ſequentes.

1. Pituitoſi in capite copioſi, aut in corpore redundantes; quia apophlegmatiſmorum oris partes interiores irritantium beneficio elicitur ac expellitur quicquid pituitoſi aut peccantis humoris in penitioribus cerebri ſinubus ac ventriculis continetur, ſicque affectus inde producti ac excitati curantur.

Apophlegmatiſmum indicant humores pituitoſi in capite &c.

2. Humores viſcidi itidem in capite lociſve vicinis contenti; ἀποφλεγματίζοντα namque ſua volatilitate, acredine, ac ſpirituoſitate viſcidos incidunt humores, liquefactoſque ſic ac inciſos unâ eademque fideliâ eliciunt peccantes humores; ſicque ægri brevi nonnunquam graviſſimis ac moleſtiſſimis ſymptomatibus ac morbis à viſcidis humoribus oriundis liberantur.

Viſcidi.

3. Nimis aquoſi eo in capitis loco hærentes, unde tranſitus ad fauces palatumve exſtiterit: eliciunt enim quammaximè maſticatoria, ἀποφλεγματίζοντα, aquoſos peccantes humores.

Nimis aquoſi.

4. Lymphatici abundantes; quare febres lymphaticæ à lympha quantitate qualitateve peccante oriundæ cito ac jucundè ſubinde uno alterove apophlegmatiſmo curantur & tolluntur, quæ aliis remediis aliquando curatu difficillimæ extiterunt.

Lymphatici abundantes.

Saliva quantitate ac qualitate peccans.

4. Saliva itidem copioſior, ac qualitate non raro peccans: quænam quæſo medicamenta citius, tutius, jucundiuſque ſalivam qualitate ac in primis quantitate peccantem è corpore corrigendo, temperando ipſius acrimoniam, eliciunt ac exturbant, quàm ἀποφλεγματίζοντα, in primis ſi aliquantum ſpirituoſa, volatilia, ac penetrantia exſtiterint? Meritò ergo Brunerus conſil. medic. 18. ea talibus in caſibus laudat.

Salſo-acres humores in capite contenti.

6. Acres-ſalſi in capite contenti, ac in dentes depluentes odontalgiam utplurimum excitantes, quia citius tolli non poſſunt; hìcque illud verum, ſublatâ cauſâ tollitur effectus: acres-ſalſi enim humores illum dentium dolorem producentes ſtatim tolluntur, ægrique à moleſto ac gravi dolore liberantur ac curantur.

Humores, in quibus Apophlegmatiſmi nonniſi cum ægrorum damno præſcribuntur, ſequentes ſunt.

Ἀποφλεγματίζοντα vetant humores tenues ſalſi, tuſſim excitantes.

1. Tenues, & in primis ſi ſalſi extiterint, tuſſimque producant, quia apophlegmatiſmorum maleficio defluxio in pectus major, tuſſiſque ſic gravior redderetur: quare potius incraſſantia, quàm liquefacientia (qualia plerumque ἀποφλεγματίζοντα) ſunt præſcribenda; ſummo enim cum fructu talibus in caſibus incraſſantia ac humorum acrimoniam ſalſam temperantia, ut maſſa pilularis de cynogloſſa, de ſtyrace, laudanum opiatum &c. præſcribuntur. Magis quoque humorum quantitati peccanti, quàm quidem eorum qualitati ſunt dicati apophlegmatiſmi.

Acidi.

2. Acidi, quia citius tutiuſque ac jucundius per acrimoniam acidam temperantia, qualia pinguia & ſpirituoſa; ac obtundentia, ut opiata; ipſamque acrimoniam diluentia, ut aquea vel naturalia vel ſtillatitia; eamque infringentia, ut ſalia lixiva tam fixa quàm præſertim volatilia, ex plantis animalibuſve parata; aut eandem quaſi imbibentia, qualia creta, oculi cancri, &c. corriguntur. Nam ἀποφλεγματίζοντα aquoſos humores acrimoniam acidam diluentes eliciunt, ſicque plus damni quàm emolumenti ægris afferrent; quare meritò in acidis peccantibus humoribus damnantur à Practicis.

Auſteri.

3. Auſteri; hi enim ſi ad fauces perveniant, quò neceſſariò apophlegmatiſmorum ope propelluntur, nonniſi anxietates graves, faucium quaſi conſtrictiones, reſpirationes difficiliores, nec non ſuffocationes excitant: quare potius abſtinendum ab iiſdem, quàm cum ægrorum damno ac periculo iis utendum ducimus; citius enim ac feliciori jucundiorique ſucceſſu auſtera corriguntur ſpirituoſis

tuoſis ſalibus volatilibus, ac præſertim oleoſis. De his vero in ſequentibus fuſius.

4. Sanguis ex capitis vaſis ruptis, dilatatis, aut acredine quadam apertis adhuc exſtillans; acria enim volatiliave quia ἀποφλεγματίζοντα ut plurimum exiſtunt, ſua acredine ac volatilitate nonniſi hæmorrhagiam majorem incidendo, rarefaciendo, ac irritando efficerent. Quare meritò talia medicamenta in ſanguine nimis vel rarefacto, vel præter naturam ex capitis vaſis exſtillante exſudanteve damnantur.

Sanguis adhuc exſtillans.

4. Bilioſi; acria enim quia apophlegmatizantia volatilia ac ſpirituoſa, ut jam ſæpius dictum, plerumque præſcribuntur, nonniſi inflammationes faucium, palati, interiorumque omnium oris partium, ut & meningum, quæ phrenitides dicuntur, nec non capitis dolores pulſantes, ardentes &c. inde producerentur.

Bilioſi humores.

Morbi, in quibus Apophlegmatiſmi cum ſucceſſu, ægrotantiumque levamine uſurpantur, ſunt.

1. Epilepſia; à lympha enim ſtagnante, humoribuſque viſcidis pituitoſis in capite contentis ortum nonnunquam ducit epilepſia: conveniunt ergo hoc in caſu ἀποφλεγμαλίζοντα, quia humores pituitoſos viſcidos incidendo liquefaciendo &c. eliciunt, ſtagnateſve humores ad priſcum & naturalem motum reducunt.

Apophlegmatiſmi conveniunt in epilepſia.

2. Apoplexia ortum ut plurimum à lympha craſſiore, pituitave viſcida magna ex parte, imo pene omnino nervos obſtruente ducens: apophlegmatiſmi enim quia humores illos incidendo & attenuando, ut dictum, eliciunt, ſicque quietis ac ſtagnantibus motum conciliant, obſtructiones tollunt, apoplexiamque nonnunquam, etſi raro, ſolvunt. Quare ſequentem obſervationem hiſce inſerere placuit.

In apoplexia.

Vir quiſpiam quadraginta quinque circiter annorum, nicotianæ fumi grandis amator, mane circa ſeptimam ſurgens, ac ex conſuetudine nicotianam ſugens corruit: domeſtici accurrentes clauſis oculis difficulter reſpirantem cum vocis ac ſenſus, quantum obſervare poterant, defectu invenerunt. Vocatus ægrotantem inveni pulſu etiamnum forti, magnamque ſalivæ viſcidæ vim os occupantem; quare ſtatim venâ largiter ſectâ, ori ligneo quodam inſtrumento aperto, de ſequenti apophlegmatiſmo cochlear unum alterumve infudimus, juxta aphor. 21. ſect. 1. quæ educere oportet, quò maximè vergunt, ducenda per loca convenientia.

Vir nicotianæ fumo maximè addictus.

Apoplexia corripitur.

℞ *Aq. majoran.* ℥iiij. *Vit. Matthiol.* ℥vj. *Sp. cochlear.* ʒij. *Salis ar-*

*armoniac.*ʒß. *Tinctur.caſtor.*ʒijß. *Rad.pyrethr.pulveriſ.*ʒjß. *Mell. anthoſat.*ʒvj. MS. Hujus uſurpatione nauſeabundus brevi maximam ſalivæ pituitoſæ viſcidæ quantitatem vomendo & ſalivando excrevit : dum hæc uſurparet æger, ſequens clyſma præſcripſimus.

Vomendo & ſalivando magnam pituitæ viſcidæ &c. quantitatem excrevit.

Enema acre injectum.

℞. *Herb.rut. Origan. Puleg. Salv.ana* M.j. *Rad.helleb.nigr. Imperator. Pyrethr.ana* ʒiij. *Summit.centaur.min.* Mß. *Sem.cartham. Sinap.ana* ʒij. *Pulp.colocynth.*ʒiij. Coq.in ſ.q.aq. commun. in colatur.ʒviij. diſſolv. *Elect. hier. picr. cum agar.*ʒj. *Myrrh.rub. Caſtor.optim.ana* ℈ij. *Salis gemm.*ʒiij. MS.F.Clyſter. Quo injecto bis terve alvum intra duas horas dejecit, unde parum ad ſe redire incepit. Interim in uſurpatione apophlegmatiſmi continuavimus. Secundo poſt morbi invaſionem die ſequens purgans exhibuimus.

Ac purgans exhibitum.

℞. *Extract.cathol.gr.xxv. Trochiſcor. albandal. Reſin. jalapp. ana.gr.*viij. *Caſtor.pulv.*℈ß. *Ol. roriſmar.gutt.*iij. MS.F.Pil.no ix.

Septimo die ad interrogata lingua tremula reſpondit.

Quas una vice devoravit, ac ter ſolummodo à forti hoc purgante dejecit; ſeptimo vero poſt morbi invaſionem die quibuſdam domeſticis ad interrogata reſpondit, aſt non articulatim, verum linguâ tremulâ; quare imperatoriæ radicem pulveriſatam ſemine aniſi mixtam quotidie commanducare eum juſſimus, unde poſtmodum quidem melius nunquam vero accuratè verba protulit. Tandem hemiplegiâ laborare eum innotuit, quare ſequens per menſes circiter quatuor vinum medicatum uſurpavit, ſingulis doſibus prius inſtillatis ſpirit.ſalis armoniaci guttulis duodecim.

Tandem hemiplegia laboravit.

Ac ea de cauſa vinum medicatum cephalicum per quatuor menſes uſurpavit. Verum fruſtraneo eventu.

℞. *Rad.imperator. Irid.Florent.Acori ana* ʒijß. *Fol.rut. Laur. Majoran.nobil. Roriſmar. ana* M. j. *Summit. lavendul. Hyperic. ana p.j*ß. *Bacc.junip.*ʒß. *Lauri. Cardam.min. Flaved.cort.aurant. ana* ʒij. Conciſa & leviter contuſa indantur cantharo lapideo, ac vini gallici affundantur pint. vj. poſt juſtam digeſtionem & extractionem. Cujus quidem ter quaterve de die ſingulis vicibus fere uncias tres uſurpavit; necdum tamen ab hemiplegia liberatus eſt; etſi varia linimenta & olea penetrantiſſima nuchæ, cervici, totique ſpinæ dorſi inuncta fuerint.

In affectibus ſoporoſis omnibus

3. Lethargus, carus, coma, ſoporiferique morbi omnes ac ſinguli: à pituitoſis viſcidis humoribus præternaturaliter in cerebro contentis ortum ut plurimum ac potiſſimum, non vero ſemper, trahunt hi affectus; ut videre eſt apud Clar. Lazarum Riverium Praxeos lib.1.cap.2.de affectibus ſoporoſis p.m.16. cæteroſque Practicos omnes: quare ἀποφλεγματιζοντα in primis hiſce in affectibus ac hiſce in regionibus ſeptentrionalibus proſunt, quia citius aut breviori via pituitoſos viſcidos humores in capite contentos elicere nemo poteſt.

In cæphalea.

4. Κεφαλαῖα, inveteratus capitis dolor, qui à tenacibus pituitoſis

toſis viſcidis humoribus itidem plerumque producitur; ideo quoque maximè in κεφαλαῖς conveniunt apophlegmatiſmi, ut teſtantur etiam Rondeletius de morbis internis, Paræus in operibus chirurgicis lib.25.cap.36. Joan.Jacobus Weckerus lib.1. antidotar. general. cap.46. &c.

5. Inveterati ac frigidi capitis affectus pene omnes ob rationes jam ſæpius dictas ac probatas; ut quoque teſtes ſunt Sennertus lib.5.inſtitut.part.2.ſect.1.cap.15. p.m.706. Fuchſius lib.2. de compoſit.medicamentorum cap.26.&c. In frigidis ac inveteratis capitis morbis.

6. Capitis gravedo & inde ortus dolor ac coryza, à viſcidis pituitoſis ac ſalſis acribus quia oriuntur, ut ex tuſſi & muco per nares excreto ſatis ſuperque patet; ac ut apophlegmatiſmi eos eliciant, ut ſuperius probatum, humores, rectè medicamenta illos incidentia, corrigentia, ac elicientia hìc præſcribuntur. In capitis gravedine, coryza, &c.

7. Dolor capitis diſtendens, ut Trincavellus lib. 1. conſil. 4. teſtatur, aſt eo ſuadente, corpus prius rectè expurgatum ſit neceſſe eſt: hic dolor à flatibus ex materia viſcida oriundis ortum ducit; viſcida enim quia incidunt ac eliciunt, meritò à Trincavello tali in caſu laudantur ac præſcribuntur apophlegmatiſmi. In dolore capitis diſtendente.

8. Capitis & faciei puſtulæ, quæ plerumque ortum trahunt ex ſeroſis acribus humoribus extravaſatis, brevi ſubinde horum remediorum ope eliciuntur: quare eadem Paræus Chirurg. lib.25. cap.36. maximè commendat. In capitis & faciei puſtulis.

Mulier trigeſimum octavum jam agens annum, durioris vitæ, fructibus horariis, piſcibus, ac carnibus ſalitis quammaximè dedita, primò dolore circa præcordia conquerebatur, ac brevi appetitus diminutionem, mox ſitim intolerabilem ſenſit: quare quorundam conſilio oleum vitrioli ad guttulas quaſdam cereviſiæ dilutæ admixtum per ſeptimanam unam & alteram uſurpavit, ac brevi appetitus rediit, ſitiſque ſublata fuit. Verum ab illo tempore menſtrua ſuppreſſa obſervavit cum corporis dolorifica quadam gravitate, in primis veſperi cubitum itura: quam ob cauſam grana aliquot piperis albi mane & veſperi aliquandiu devoravit, atque intra ſeptimanas ſex ſeptemve menſtruorum fluxus comparuit, manente tamen dolore per totum corpus rodente, ſitique iterum adaugeſcente. Multæ inſuper hinc inde in facie imo per totum corpus puſtulæ ſe exeruere, quare purgantibus ac diaphoreticis variis fuit uſa; aſt fruſtraneo eventu. Tandem Medici auxilium imploravit, qui omnibus benè conſideratis, cucurbitulas cum ſcarificatione hinc inde in partibus carnoſis applicari juſſit, & ſequentem pulverem (omnibus acribus, ſalitis, ac aromaticis &c. prohibitis) ac lac virginis externè illinendum præſcripſit. Mulierem poſt varia ſalita &c. aſſumpta appetitus defecit. Tandem in facie &c. puſtulas varias. Quare purgantia, diaphoretica, temperantia interna, & externa, cucurbitulæ &c.

4. An-

℞. *Antimon.diaphoret.*℥ß. *Lapid.prunell.* ℥j. *Flor.ſulphur.*℈ij. MS. F. Pulvis in 6. doſes dividendus.

De quibus unam mane & veſperi aſſumpſit, ac benè nocte ſudavit. Potus erat ſerum lactis cum cremore tartari apparatum: verum non tantum abſque levamine, etſi per tres circiter ſeptimanas dictis uſa eſſet, ſed puſtulæ in facie hoc tempore ita adauctæ fuere, ut in conſpectum prodere amplius non auderet; quare pilulæ ſequentes ter quaterve fuere adhibitæ.

Ut & mercurialia purgantibus admixta.

℞. *Maſs.pilul.extract. cathol. gr.*xxjv. *Diagrid.gr.*vj. *Mercur. ſublimat.dulc.* ℈ß. MS. F. Pil. no. 7.

Quibus aſſumptis ſepties vel octies plerumque alvi ſolutio facta eſt: interim tincturam antimonii cum decocto ſequenti bis quotidie per duas circiter ſeptimanas uſurpavit.

Nec non decocta ex guajaco, ſalſa-parilla &c. parata fruſtra adhibita.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥jv. *Radic.ſalſ. parill.* ℥iij. *Polypod. quern. Chinæ ana* ℥ij. *Tartar.rhenan. Nitri depurat.ana* ʒiij. Poſt macerationem in ſ. q. aquæ communis per 24.horas, add. *Fol.acetoſ. Fumar.ana* M.ij. Coq.ſ. a.vaſis clauſis per 4.aut 5.horas.Colatura detur.

Manentibus tamen faciei & corporis puſtulis; quare balnei conditionem tulit Medicus, à quo tamen abhorruit ægra, quod lue venerea affectos hac ratione curatos ſæpius intellexerat, hac de cauſa omnis generis medicamenta potius aſſumere parata. Tandem Medicus nodulos maſticatorios ſequentes dedit.

Tandem nodulis maſticatoriis.

℞. *Radic.imperator. Ireos ana* ʒjß. *Pyrethr.*℈ij. *Fol.nicotian.* ʒß. *Sem.ſtaphid.agriæ* ℈j. *Maſtich.elect.*ʒij. Contuſa ſacculis linteis inſuantur & F. noduli maſticatorii no. ij.

Cujus beneficio tantam vim acris & fœtentis ſalivæ per os excrevit, ut vix credibile videretur, poſtquam toties perpeſſa erat ſudores & purgationes. Tandem nonniſi decoctum radicum lapathi acuti ſimplex cum tinctura antimonii ſumpſit, tali cum ſucceſſu, ut ante finem duarum poſt aſſumptum maſticatorium & lapathi acuti decoctum ſeptimanarum omnes puſtulæ evaneſcerent, ipſaque curata eſſet. Lectoribus benevolis in ejuſmodi caſibus in primis commendaverim decoctum lapathi acuti, quo ſolo complures puſtulis variis affectos curavimus.

Et decocto radicum lapathi acuti ſimplici fuit curata.

In auditus gravitate imo ſurditate.

9. Auditus gravitas & nonnunquam ſurditas, à craſſa tenaci viſcoſa materia ut plurimum ortum ducunt: maximè hic commendant αποφλεγματιζοντα Volcherus Coiterus in tractatu ſuo de auditus inſtrumentis cap.13.Bauhinus lib.3. Anatom. cap.49. Fuchſius lib.2. de compoſitione medicamentorum cap. 26.Occurrit mihi caſus ſummæ auditus difficultatis apophlegmatiſmorum in primis ope curatæ, en totam obſervationem.

Mer-

Mercator quiſpiam quadraginta circiter annos natus admodum pituitoſus, poſt longum ſub Jove frigido per dies noctesque iter, & incommoda varia, aeriſque frigidioris injurias multas in itinere perlatus, domum reverſus incidit in capitis quendam dolorem gravativum & aurium tinnitum: aſt flocci hæc pendens poſt duas treſve ſeptimanas ita adaucti ſunt dolores & aurium ſtrepitus, ut cogeretur auxilium ab aliis petere. Quare amici cujuſdam ſuaſu & conſilio bis terve aſſumpſit pilulas cephalicas purgantes ex cochiis & aureis confectas, unde copioſa ac varia alvi excretio ſecuta eſt, remanente tamen aurium tinnitu; & intra decem vel undecim dies eò ſurditatis provectus eſt, ut vix altâ voce loquentes domeſticos, imo & clamantes poſſet audire. Quare multis ac variis multorum conſilio uſus eſt remediis tam internis quàm externis: aſt oleo & operâ perditis nullum levamen ſenſit. Vocatus, poſtquam rem totam ut geſta erat mihi retuliſſet, galericulum, in quo ſequentia inſuta, geſtare juſſi. Mercator poſt varia itinera. In aurium tinnitum. Et auditus difficultatem incidit. Omnibus internis & externis fruſtra adhibitis.

℞. *Fol. majoran. nobil. Salv. Rutæ. Lauri. Flor. ſtœchad. Arab. Lavendul. ana p. j. Caryophyllor. Cardamom. min. ana* ℨß. MS. F. Pulvis craſſus, qui irrorandus *Ol. ſtillat. lavendul. Roriſmar. ana gutt.* vj. MS. Galericulum geſtavit.

Bis ſingulis ſeptimanis purgationem inſtitui ſequenti pilularum maſſa, cujus una vice ſemper aſſumebat quinque, unde bene quinquies ſexieſve alvum ſolvit.

℞. *Maß. pilul. aurear. Cochiar. ana* ℨj. *Extract. cathol.* ℨß. *Reſin. jalapp.* ℈j. *Ol. roriſmarin. gutt.* x. MS. F. Pilulæ no. xxx. deaurentur. Interim, exceptis purgationis diebus, uſurpavit ter in die uncias tres vini medicati, inſtillatis ſpiritus ſalis armoniaci guttulis decem, cujus hìc ſubjecta compoſitio. Purgatus eſt pilulis.

℞. *Rad. galang. Angelic. Ireos Florent. Zedoar. ana* ℨij. *Fol. ſalv. Roriſmar. Majoran. nobil. ana* M. j. *Summit. lavendul. Thymi ana p.* ij. *Flor. ſtœchad. Arab. p.* jß. *Sem. fœnic. dulc.* ℨij. *Cardam. min. Flaved. cortic. aurantior. Nuc. moſchat. ana* ℨjß. Conciſis & craſsè contuſis ac cantharo lapideo inditis affundantur *Vini Gallic. pint.* vj. Poſt juſtam extractionem ad uſum, vaſis optimè clauſis ſervetur. Continuò quoque in auribus lanam arietinam ſuccidam ſeu ſudore madidam ab inguine vivi arietis avulſam ſequenti ſpiritu parum irroratam & intinctam geſtavit. Et vinum medicatum cephalicum aperiens uſurpavit. Atque lanam arietinam ſpiritu cephalico irroratam in auribus geſtavit.

℞. *Fol. ſalv. Origan. Rutæ. Thymi ana* M. ß. *Summit. lavendul. Flor. chamom. Roman. ana p.* j. *Sem. cumin. Carvi. Caſtor. ana* ℨjß. *Bacc. laur.* ℨß. Conciſis & contuſis affund. *Spir. vini pint.* jß. addend. *Fell. perdic.* ℨij. *Ol. philoſophor.* ℨj. Poſt biduum deſtilletur & abſtrahatur ſpiritus per alembicum, roſtro prius impoſito *moſch.* ℈j.

 Tan-

Tandem ſpiritu apophlegmatizante curatus.

Tandem optimo cum ſucceſſu uſurpavit ſpiritum apophlegmatiz. p. 58. deſcriptum, quo etiam ſecundo, ni fallor, menſe à gravi auditu, ſtrepitu, imo ſurditate penè fuit curatus.

Nonnulli ex ſordibus in auribus retentis ſurdaſtri.

Sæpius obſervavimus nonnullos negligentiâ factos ſurdaſtros, relictis nempe in auribus ſordibus bituminoſis, quæ exuberantes niſi auriſcalpio expurgentur ac eximantur, adauctæ in dies admodum incraſſantur (y) ita ut brevi obturentur auditus organa, adeo ut nihil vel parum audire queant. Quod malum facili quoque negotio curatur hoc modo: primò inſpiciantur aures ad ſolem, ità obturatas aures, tympanum obſidentibus ſordibus bituminoſis, obſervabis. (Nota, ſi tympanum clarum, & pellucidum ſpectetur, dicenda neutiquam in uſum eſſe revocanda.) ac ſunt decoctum foliorum malvæ oleo olivarum vel amygdalarum dulcium mixtum, ſemper moderatè calidum ſyringa vel ſiphone parvo ex ebore confecto auribus inſpues, & lana arietina vel plumaceolo ſtatim obturabis aures, ne denuo effluat quod fuerat ſiphone injectum. Quod ubi eodem modo bis terve repetitum fuerit, brevi ſordes illæ bituminoſæ incraſſatæ aures obturantes molleſcent, & facilè extrahentur, vel decocto injecto expellentur, atque aures denuo leviter lana ovilla, arietina, vel ſimili molli ſubſtantia obturentur: quammaximè enim conqueruntur hoc aurium affectu laborantes, expurgatis illis ſordibus, de alloquentium clamore vehementi, etſi ſubmiſsè loquantur. Poſtea vero calore ſibi conſulant (nam ſymptomata graviſſima ab aere frigidiore facilè exorirentur) & pedetentim aeri liberiori & frigidiori tandem adſueſcant. Dicta pluribus obſervationibus illuſtrare & probare poſſem, ni brevitati ſtuderem.

Quo modo curandi.

Tubæ ſoniferæ in ſurditate auri adhibendæ.

In ſurditate incipiente non à ſordibus oriunda tubæ ſoniferæ parantur ex cupro, argento, vel balenarum maxillis &c. quibus meatui auditorio adhibitis, vel in eundem intruſis efficitur, ut ſurdaſtri per tubam loquentes audire poſſent. Quia vero jam hoc, jam alio parantur modo, nonnullas delineavi. Notandum porro, has tubas ſoniferas non ita conducere illis ſurdaſtris, qui in auribus ſuſurrum continuò obſervant, ſonus tum quaſi alio ſono mixtus obſervatur, ac ea de cauſa loquentes non benè audire, nec judicare queunt.

TAB. II. FIG. II.

A. Tuba ſonifera delineata in tractatu de operationibus Chirurgicis doctiſſimi ac celeberrimi viri Domini A. Nuckii

(y) Non modo aurium ſordes longiori mora inſpiſſantur, ſed lapidis ferè duritiem quandoque nanciſcuntur: quod & ipſius cum bile, quæ in veſica fellea ſæpius lapideſcit, conformitas evincere videtur, & confirmat Dominus du Verney in ſuo de auditus organo tractatu par. 3. Quum vero lapidea hæc concreta molleſcere non poſſint, eorum idcirco extractio idoneo aliquo inſtrumento tentanda, optimumque cenſemus, quod depingit Fabricius Hildanus cent. I. obſ. 4.

ckii P. M. Anatomiæ Profeſſoris, ex cupro vel argento confecta.

B. Pars ampla, in quam adſtantes loquuntur.

C. Pars anguſta, quodammodo incurvata, in meatum auditorium intrudenda.

D. Manubrium ſurdaſtri manu tenendum.

E. Vulgares tubæ. FIG. III. IV.

Surdaſtro cuidam ſequentem tubam ſub capillis fucatis continuò geſtandam, cujus beneficio omnes in convivio loquentes audire & intelligere poſſet, ex balenæ maxilla quoad partem amplam, ex cupro vero quoad partem incurvatam parari curavi: ſed notandum, quò pars ampla magis pateat, & quoque anguſta magis contorta ſit, eò melius audire ſurdaſtros.

1. Tuba ex balenæ maxilla confecta, quam continuò geſtare poſſunt ſurdaſtri capillari in primis qui utuntur, aut benè capillati aut comati qui ſunt. FIG. V.

2. Pars ampla.

3. Pars anguſta, ex cupro vel argento confecta, in meatum auditorium intrudenda. Quas continuo geſtare poſſunt.

4. Pars corio molli obducta.

5. 5. Ligamenta, quorum beneficio auri adaptatur.

Quoniam de ſurdis ex hac illave cauſa, eorumque curandorum ratione mentio nobis facta eſt, fert animus caſum unum atque alterum referre (noſtro quidem judicio memorabilem & admirandum) puellarum ab ipſo natali ſurdarum, adeoque & mutarum, quippe quæ neminem unquam loquentem audiverant. Mirandus caſus puellarum, quas natura ſurdas genuerat.

Notare benevolos Lectores velim, me hactenus in hoc meo libello ægrotantium aut curatorum nomina reticuiſſe; quod pleroſque id ægrè ferre ſolere ſciam. In hoc vero caſu addam nomina, quod puellarum alterius Parens ſe id non ſolum non ægrè laturum in literis ad me miſſis affirmavit, ſed & tractatulum mox memorandum dono mihi dedit, ut non tantum ſurdis pariter atque mutis, quos ego novi in noſtra civitate, ſed & aliis in aliis urbibus & regionibus innoteſcat, ad quorum opem & medelam confugere miſeri poſſint.

Dictarum puellarum una fuit filia Abrahami Machielſe quondam mercatoris Medioburgi, ſurda nata, ita ut nihil omnino, imo ne quidem tormenti bellici horrendum ſonitum audire poſſet; auribus defæcatis, illæſo tympano, variis fruſtra internis externiſque adhibitis remediis, tandem Deo Medico ſummo & maximo rem filiamque ſuam commendarunt Parentes. Quum autem hæc Puella motus labiorum alloquentium accuratè obſervaret, & ſui Parentis Puella ſurda & muta nata.

Ex labiorum linguæ &c. motu varia intellexit.

præſertim, qui loca nonnulla ex libro quodam allegata ipſi tardo lentoque eloquio indicabat; hac ratione ita fuit inſtructa, ut omnia, quæ vellet, ejus libri loca ab alio prolata ex motu labiorum, linguæ flexu, oriſque dilatatione, & contractione accuratiſſimè digito demonſtraret: imo nonnulla propria manu nitidè ſatis ſcripta adhucdum ab Amicis conſervantur.

Omnibus notum eſt, plurimos non natos ſed caſu factos dari ſurdos, qui ex motu labiorum, oris, linguæ &c. alios loquentes intelligunt, & reſpondere aliis, quæ audiverint, indicare poſſunt.

Vir ex venæ ſectione largâ mutus redditus.

Ejuſmodi novimus virum quendam quadraginta circiter annorum ex vena juſſu Medici nimis largè ſecta momento mutum factum fuiſſe & etiamnum eſſe; verum omnia ex motu labiorum, linguæ &c. intelligere (z) & ſcribendo omnia patefacere & indicare poſſe.

Puella ſurda mutaque nata.

Altera puella unica filia Petri Kolardi mercatoris apud Harlemenſes celeberrimi, decimum, ni fallor, jam agens annum ab ortu ſurda & muta; quam quoties intuebantur Parentes mœrore confecti lachrymis effuſis querebantur chariſſimam filiam unicum matrimonii pignus duobus ſenſibus orbam. Evenit autem ut mira Dei providentiâ humaniſſimus ac doctiſſimus Dominus Joannes Conradus Amman medicinæ Doctor Patrem puellæ conveniret videretque eam ſe alioſque loquentes ore fixo intuentem. Ut vero hanc mutam & ſurdam eſſe intellexit, Parentibus ſpem dare cæpit, fore ut filia loqueretur, legeret, ſcriberet ſua methodo inſtructa. Pergratum id fuit Parentibus, qui filiam viro tanta ſpondenti inſtituendam commiſere; atque is brevi profecit, ut non modo domeſticos nominare omnes, ſed & amicos alloqui, neceſſaria rogare, imo impreſſa legere, ſcribere &c. Puella poſſet: vox quidem quaſi rauca ei eſt lenta, verum intelligibilis omnibus.

Decem jam annorum à Medico ita edocta, ut brevi

Loqui, legere, ſcribere poſſet.

Methodus docendi ſurdos, mutoſque ab ipſo tradita

Ipſe D. Joannes Conradus Amman accuratiſſimum latino idiomate conſcriptum tractatulum (a) in commune bonum edidit, quo facilem docendi ſurdos mutoſque natos methodum tradidit; quam lin-

(z) Ferè ſimilis legitur hiſtoria apud Jobum à Meeckren Chirurgicæ artis meritiſſimum obſerv. 21. de Viro ex caſu ab alto ſurdo facto, qui ex motu labiorum, quæ fixis oculis intuebatur, adeo accuratè ad omnia interrogata reſpondebat, ut ipſius oculos aurium munere fungi diceres. Atque hinc mirari ſubit naturæ ſolertiam, quæ unius ſenſus defectum vividiori alterius actione compenſare ſolet. Quemadmodum enim qui oculis carent, facilius per aures res addiſcunt, earumque memoriam pertinacius cuſtodiunt, atque exquiſitiſſimo tactus ſenſu pollent, ut per manus judicent quæcunque per oculos prius edocebantur; ita qui ſurdi ſunt, iis naturæ veluti conſilio viſus acutiſſimus redditur, ut aurium vices ſupplere poſſit.

(a) Legitur tractatus hic in Bibliotheca Medico-practica præclariſſimi Jacobi Mangeti tom. 3. ſub titulo mutitas. Cœterum de ratione docendi mutos & ſurdos egit quoque inſignis Mathematicus Joannes Wallis in tractatu de loquela ſuæ Grammaticæ Anglicanæ præfixo, qui eleganti methodo, quam animo conceperat, in binis ſurdis adeo profecit, ut eos Anglica lingua expeditè loqui omnes mirarentur.

(b) An-

linguam quia omnes non intelligunt, idem libellus Belgico idiomate Harlemi apud viduam Michaelis a Leeuwen impreſſus ac Domino Petro Kolardo dedicatus proſtat, ſub titulo ſurdus loquens, in præfatione ſub finem hæc habet: *Qui hoc vili pretio credere nequeunt, & tamen hujus veritatem libentiſſimè ſcire volunt, debent uti Thomas venire* (nempe Harlemum) *& audire* (ſcilicet puellam loquentem) quæ omnia oculatus maxima cum admiratione teſtor.

In aurium tinnitu, &c.

10. Aurium tinnitus (b) ſimileſque aurium affectus, itidem à flatibus vaporibuſve à materia viſcida &c. oriundis producuntur, quæ viſcida pituitoſaque materia quàm optimè per αποφλεγματιζοντα elicitur: quare C. Celſus maximè hoc in caſu lib. 6. cap. 7. p. m. 377. ubi de aurium ſonitu agit, eadem commendat.

Mulier poſt inſuetos labores & ſudores

In capitis dolorem gravativum & aurium tinnitum incidit.

Omnibus fruſtra adhibitis.

Mulier quædam triginta quinque circiter annorum poſt magnos ac inſuetos labores ita incaluit, ut ſudores undique emanarent: ſudore ita diffluens per frigidum aera domum petiit, unde poſtridie ſummus capitis dolor gravativus una cum gravi aurium tinnitu ſecutus. Quare caput totumque corpus probè contexit, ac calida calefacientiaque medicamenta varia cephalica cujuſdam auxilio uſurpavit, remanente tamen aurium tinnitu imo ſonitu jam graviorì: quinto vero die pilulas cochias aſſumpſit, unde ter quaterve optimè dejecit; aſt neutiquam aurium tinnitus evanuit. Nos igitur conſilii gratia cum acceſſiſſet, apophlegmatiſmum ſequentem præſcripſimus.

Apophlegmatiſmum uſurpavit.

♃. *Rad. imperator. Cort. ſambuc. interior. ana* ʒij. *Fol. lauri* ʒjß. *Sem. ſinap. Staphid. agriæ ana* ʒß. *Caryophyllor.* ℈ij. *Maſtich.* ʒiij. MS. F. Pulvis craſſus. Cujus tertia quartave pars linteo includatur, & in ore contenta maſticetur, unde maximam pituitæ viſcidæ tenaciſque materiæ quantitatem brevi exeruit. Quo facto quotidie quater, mane nempe, circa meridiem, tempore pomeridiano, & veſpertino tandem ſequens uſurpavit remedium.

Cujus beneficio

Et ſpiritus cujuſdam cephalici brevi fuit curata.

♃. *Fol. rut. Majoran. nobil. Abſinth. ana* M. ß. *Flor. chamomill. Roman.* p. j. *Sem. cumin. Carvi. ana* ʒij. *Bacc. laur.* ʒjß. Conciſis & Contuſis affund. *Sp. vini pint.* j. Poſt octiduum abſtrahatur ſpiritus. Cujus guttula una alterave calidè, neutiquam vero frigidè (quod in topicorum adverſus aurium affectus remediorum adminiſtratione perpetuò obſervandum vult Clar. Lazarus Riverius Praxeos lib. 3. cap. 1. p. m. 194.) in aurem fuit inſtillata, quo facto ſtatim ac continuò auris cotone moſchato (juxta Petrum Fore-

(b) Aurium tinnitus ex quibus cauſis deſcendat, jam ſuperius monuimus. Unde quoque rationes colligi poſſunt, cur affectus ille adhibitis apophlegmatiſmis cedere ſoleat. Verum animadverſione dignum putamus, quod quum ex auris cavitate ad cavum oris ductus pateat, facilè per illum quidquam flatulentum, vel acre, quod tinnitum in aure excitabat, excerni poſſit.

Foreſtum obſerv. 15. lib. 12.) fuit obturata, ac brevi quoque curata.

In viſus hebetudine

11. Viſus hebetudo, quæ ſæpe à craſſis & viſcoſis humoribus ſubitò in nervos opticos illapſis, eoſque quodammodo obſtruentibus, exoritur: quænam quæſo medicamenta, ſi modo malum ſuperabile exſtiterit, craſſos ac viſcoſos illos humores in nervos opticos jam illapſos illabenteſve etiamnum melius, minorique cum periculo foras elicient, quàm dicta & ſæpius jam laudata ἀποφλεγματίζοντα? in primis corpore antea per univerſalia rectè purgato ac mundato: malum enim ſi non per dicta medicamenta curetur, impedient tamen ulteriorem mali accretionem, eliciendo nimirum illa, à quibus affectus ut plurimum ortum primò ducit.

Dicta pluribus obſervationibus demonſtrare ac probare poſſemus, verum plurium loco en ſequentes.

Vir potui theæ &c. valde addictus incidit in nauſeam & vomitum.

Vir quinquageſimum circiter agens annum, pituitoſus, melancholicus, ventriculo plane debili, ita ut cibum nonniſi poſt multas horas digereret, herbæ theæ potus ac tabaci amantiſſimus incidit in nauſeam, tandemq; in vomitum fere continuum viſcidorum, pituitoſorum, nonnunquam quoque lymphaticorum humorum tantum, ut nihil amplius retinere poſſet. Quare vinum abſinthites cum ſale volatili oleoſo aliquandiu uſurpavit, verum nullo ſolatio: qua de cauſa conditum ſequens præſcripſimus.

♃. *Conſerv. abſinth. Roman.* ℥j. *Menth. criſp.* ʒvj. *Rad. enul. campan. cond. Zinzib. cond. ana* ʒij. *Cortic. winteran.* (c) *ſubtiliſſimè pulveriſ.* ʒj. *Ol. menth. ſtill. gutt.* vj. MS. F. conditum. De quo ad caſtaneæ magnitudinem ter quotidie cum vino generoſo aſſumpſit, prohibito potu theæ; atque ejus beneficio brevi vomitus ſedatus fuit, & appetitus quodammodo revocatus. Poſt ſeptimanas aliquot febri quotidiana correptus de dolore capitis gravativo & nonnihil diſtendente conqueſtus eſt: qua de cauſa primò de ſequēti maſſa pilulari alternis diebus quinq; aſſumpſit, quarum ope ſatis benè fuit defecatus.

Condito ſtomachico curatus. Poſtea de febri quotidiana & dolore capitis gravativo conqueritur. Quare pilulas cephalicas purgantes.

♃. *Maſſ. pilul. cochiar. Aurea. ana* ʒß. *Diagrid. Reſin. jalapp. ana* ℈j. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. *Ol. roriſmar. ſtill. gutt.* jv. MS. F. ex ℈j. pilulæ 5 deaurandæ. Interim de ſequenti mixtura cochleari uno alterove utebatur ſingulis horis.

Et mixturam febrifugam cephalicam cum ſucceſſu uſurpavit.

♃. *Aq. betonic. Majoran. nobil. ana* ℥ij. *Colatur. diaſcordii.* (quæ conficitur ſpiritu vini rectificato, diaſcordio Fracaſtorii infuſo, per octiduum in arena calida digeſto & decantato) ʒv. *Antim. diaphoret. Salis abſinth. ana* ℈j. *Syrup. card. bened. Stæchad. ana* ʒiij. MS.

Remanente dolore gravativo.

Aſſumpto hoc medicamento optimè ſudavit, febris brevi curata fuit, dolorque capitis diſtendens ceſſavit, remanente tamen gravativo; quare nulla medicamenta amplius uſurpavit, judicans ſponte

(c) De cortice Winterano vide Rajum in hiſtor. Plantar.

ſponte in aere liberiori ſi ambularet, dolorem illum abiturum. Verum poſt duas præter propter ſeptimanas dolor iterum ingraveſcebat, una cum viſus quadam hebetudine, brevique omnimoda cæcitas inſecuta eſt, ut ſereniſſimo cælo nihil omnino videre poſſet, oculis parum aut nihil inflammatis. Quare ſetaceum ſummè neceſſarium duximus. Hoc vero reſpuit æger, ſe ſenem potius cæcitatem laturum, quàm quotidie ejuſmodi dolores ſubiturum prædicans. Igitur ſtatim ſeptem de dictis pilulis cephalicis adhibuit, poſt aures vero veſicatoria magna ut applicarentur, atque in aures lana arietina ſpiritu p. 65. deſcripto irrorata intruderetur, temporibus denique fronti & nuchæ aqua Reginæ Hungariæ pannis calidis imponeretur, præſcripſimus; aſt non multo cum levamine: quare nodulos maſticatorios p. 64. præſcriptos quoque in uſum revocavimus, unde magnam pituitæ quantitatem ſalivando quaſi exeruit cum levamine. Interim ſæpius de die manus Chirurgi de ſequenti collyrio ejus oculum inſtillavit.

Poſt ſeptimanas duas recidivam paſſus cum viſus hebetudine, & brevi cæcitate.

Omnibus fruſtra adhibitis.

℞. *Radic. irid. Florent. contuſ.* ℥ij. *Sem. pſyllii* ℈ß. Coq. leviter vaſis optimè clauſis in *Aq. chelidon. major. ſtill. Euphrag. ana* ℥ij. Colat. ℥jv. add. *Aq. Reginæ Hungar. ſ. Spirit. florum Roriſm.* ℨj. *Sief. alb. camphor.* ℨß. *Spiri. ſalis armoniac. gutt.* x. MS. F. Collyrium.

Apophlegmatiſmo & collyrio curatus fuit.

Horum omnium beneficio intra tres quatuorve ſeptimanas dolor capitis gravativus fuit ſublatus, imo omnia videre & accuratè legere potuit ac curatus fuit: de ventriculo debili ſaltem adhuc conquerens, quare ipſi nonniſi radices Zedoariæ in minutiſſimas lamellas conciſas & vino calidiſſimo infuſas dedimus, brevi appetitus reſtitutus, ventriculusque officio ſuo benè functus fuit: quo ſimplici medicamento plurimos ventriculo debiliore curavimus.

Ventriculus debilis radice zedoariæ vino infuſa reſtitutus.

Vir quidam ſexagenarius, Baccho plus ſolito indulgens, in febrem quotidianam intermittentem cum capitis dolore pulſante, ſiti urgente, vigiliis, &c. incidit, alvo nonnihil adſtrictiori. Quare ſequens decoctum quater de die ad uncias quatuor uſurpavit, unde ter quaterve alvum quotidie cum levamine dejecit.

Vir Baccho indulgens in febrem quotidianam incidit.

℞. *Rad. cichor. Taraxic. ana* ℥jß. *Fol. acetoſ. Fumar. ana* M. jß. *Tamarind.* ℥ij. *Pom. citr. recent. in taleol. conciſ.* no. j. Coq. in ſ. q. aq. commun. ſub finem add. *Fol. ſenn. mundat.* ℨß. In colat. pint. iij. diſſolv. *Syrup. cichor. cum rheo* ℥ijß. MS.

Decocto purgante, &c.

Ante paroxyſmum ſequentem aſſumpſit pulverem.

℞. *Antim. diaphor.* ℈ß. *Lapid. prunell. Sal. abſinth. ana gr.* viij. MS. F. Pulvis tenuis. Horum medicamentorum vi & energia febris brevi fuit ſublata, remanente tamen capitis dolore, quare venam ſecandam præſcripſimus, cujus beneficio dolor brevi ſublatus. Poſt triduum, ni fallor, noctem inquietam & inſomnem traducens,

Pulvere curatus.

Poſt triduum in-

in

ophthalmiam graviſſimam, imo totalem cæcitatem incidit

in ophthalmiam graviſſimam & dolorificam incidit, imo talem, ut lumen tolerare nequiret, quin etiam brevi nihil omnino videre poſſet. Vocatus ſtatim poſt aures veſicatoria applicari juſſi, & decoctum iterandum ac ſequens collyrium præſcripſi.

Quare veſicatorium & collyrium præſcriptum.

℞. *Aq.euphrag.*℥ij. *Roſar.*℥j. *Tinctur.veneris* (ex ſpiritu ſalis armoniaci æri uſto infuſo & cæruleo jam tincto colore) *gutt.*xx. *Sief.alb.camphorat.*ʒß. MS. pro Collyrio.

Quorum beneficio inflammatio fuit diminuta & dolor fere ſublatus: attamen conquerebatur ſe parum vel nihil poſſe videre, quare nodulos maſticatorios modo memoratos uſurpavit, quibus levamen quidem ſenſit, ſed ſtatim inflammatio iterum ingraveſcebat, ac ea de cauſa utriſque temporibus leviter ſcarificatis cucurbitulas pag. 23. D. notatas adhibendas præſcripſi, tali cum ſucceſſu, ut eodem ipſo momento videre, & intra paucas ſeptimanas ab inflammatione, dolore, cæcitate &c. fuerit curatus, adhibitis ſubinde purgantibus. Verum ob calvitiem, jam capillamento utitur. Rem dictam figura illuſtrabo.

Tandem cucurbitulis temporibus adhibitis eodem momento curatus.

TAB.II. FIG.VI. VII.

a. a. Senex ophthalmia &c. laborans.
b. b. b. Cucurbitulæ parvæ vitreæ.
c. c. c. Temporibus leviter phlebotomo ſcarificatis adhibitæ.
d. d. d. Parva lini quantitas accenſa.

Puella graviſſima ophthalmiâ laborans ſanguiſugis curata.

Puellam viginti octo annos natam, ſingulis pene annis ophthalmia graviſſima laborantem, omnibus ſcilicet purgantibus cephalicis, veſicatoriis in nucha & poſt aures, venæ ſectione, collyriis &c. fruſtra adhibitis, ſolis ſanguiſugis temporibus admotis, bis terve quotidie repetitis, & apophlegmatiſmo ſæpius jam nominato curavimus.

Plurimos oculorum ophthalmiâ graviſſimâ imo cæcitate laborantes ſola ſalivatione curatos novimus.

Virgo poſt malam diætam in menſtruorum obſtructionem &c. incidit.

Virgo (de qua pag. 25. mentionem fecimus) viginti quatuor, ni fallor, annorum, pituitoſa, aerem frigidiorem ſubinde imo poſt majores labores ſubiens, fructuſque horarios crudos avidè nonnunquam ingurgitans, appetitum diminutum cum lienteria, poſtea alvum ſolito adſtrictiorem ſenſit. Quod tamen flocci pendens, menſtruorum fluxum tardiorem & brevi ſuppreſſionem totalem ac totius corporis laſſitudinem ſpontaneam & dolorem capitis gravativum paſſa eſt; quibus omnibus poſt varia adhibita remedia liberata fuit. Attamen de oculorum quodam dolore in primis inter nendum & ſuendum conqueſta fuit, & ſæpius oculis muſcas in aere obvolitantes putavit, tandem intra breve temporis ſpatium cæca facta: qua cauſa Parentes unius & alterius implorabant auxilium, omnibuſque medicamentis tam univerſalibus quàm ſpecialibus internis

Quibus curata.

Tandem cæca facta.

tertiis externiſve fruſtra adhibitis, tandem ſetaceo, purgantibus cephalicis, & apophlegmatiſmis curata fuit. Verum poſt annum, vel quod excedebat, itidem cæcitate correpta fuit. Tumque juxta Hippocratem aphor. 6. ſect. 8. (*quæcunque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat, quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat, quæ ignis non ſanat, ea incurabilia judicato*) fonticulum in ſutura coronali ſeu ſagittali cauterio ab Aquapendente, Sculteto &c. delineato inſtituendum ſummè neceſſarium judicatum fuit à Medicis: quod etiam pluribus præſentibus primò inſtituit Chirurgus Hermanus à Delden Artis ſuæ benè peritus, ad primam calvariæ laminam uſque urendo, & vulnus ſecundum artem poſtea tractando: mox levamen ſenſit, & brevi à cæcitate fuit liberata. Notandum, ſi laminam primam non attingas, nunquam ſubitaneum obſervari levamen. Quamdiu vulnus illud apertum fuit, benè poterat videre puella, verum occluſo vulnere recidivam paſſa fuit; & quod dolendum, ſtatim iterum coaleſcit, omnem etſi navent operam Chirurgi. Secunda & tertia vice Chirurgus Juſtus Eenſaem, revera dexterrimus, cauterium inflexit non tantum ad laminam capitis primam, ſed ad diploen ipſam, & ſemper non tantum maximum levamen ſenſit, ſed ſtatim omnia videre poterat. (d) Poſt ſeptimanas aliquot oſſis fragmentum rotundum cauterio aduſtum ſeparatum fuit & extractum ad formam inferius denotandam; hocque modo ter jam fuit curata, & adhuc benè videt, nec de oculis conqueritur. Mirabantur plurimi in ipſa operatione ægram nec clamorem imo ne verbulum quidem emiſiſſe. In primis quoque notandum, quò magis pertingat coronalem, eò citius ac diuturnius levamen percipere tales ægros.

Setaceo, apophlegmatiſmis &c. liberata

Recidivam ter paſſa, terque fonticulo cauterio actuali in capite inſtituto, curata eſt & manet.

Methodum inſtituendi in capite cauterium actuale apud plurimos Chirurgiæ Scriptores videre poterunt Lectores ſtudioſi: verum unicuique quia non contingit adire Corinthum, totam operationem delineavimus, & figuris ſequentibus demonſtrabimus. Figura prima denotat methodum inveniendi locum, ubi cauterium ſit adhibendum: ſecunda figura modum exhibet inſtituendi cauterium actuale: tertia figura ipſum fragmentum.

Methodus inveniendi locum, & inſtituendi cauterium in capite.

TAB. II. FIG. VIII.

A. Virgo cæca.
B.B. Filum ab una aure ad alteram.
C. Auris.

K D.D. Fi-

(d) Mirari hìc ſubit, quomodo ex cranii inuſtione viſus Patienti ſtatim fuerit reſtitutus, ut omnia illico eam videre clariſſimus Auctor notet. Rem itaque diligentiſſimè perpendens, veram, ni fallor, ejus rei cauſam videor aſſequutus. Etenim quum oculorum tunicæ ex nervorum opticorum membranis propagentur, atque hæ ex cerebri meningibus deſcendant, quæ filamentis per cranii ſuturas trajectis cum pericranio communicant; exinde fit, ut pericranio inuſto nervi optici & oculorum tunicæ ſe contrahant, & debitam tenſionem ſenſui propagando neceſſariam nanciſcantur:

D.D. Filum alterum a naſo ad verticem vel nucham protenſum.

E. Meditullium ſeu locus, ubi fila concurrunt, qui notandus & abradendus: nonnulli unico filo a naſo ad verticem tantum protracto locum denotant, quod etiam ſolis digitis fieri poteſt.

F. Naſus.

G. Nucha.

H. Vertex.

FIG. IX. * 1. Virgo cæca.

2. Locus notatus & abraſus, ubi cauterium candens imponendum.

3. Cauterium actuale candens.

4. Manus chirurgi cauterium candens ad calvariæ laminam primam premendo uſque protrudens.

5. Olla prunis candentibus impleta.

6. Cauterium prunis vivis impoſitum.

FIG. X. * a. Fragmentum calvariæ ſeparatum cauterio quodammodo aduſtum.

b. Suturæ ſagittalis pars.

Ut fonticulus apertus ſervetur.

Citò iterum poſt eſcharam ſeparatam (quæ ſeparatio tertio quartove die utplurimum obſervatur) vulnus vel fonticulum illum non tantum coaleſcere, ut ſupra notavimus, verum carnem nimis propullulantem obſervavimus. Ne tamen hoc fiat, & fonticulus apertus ſervetur, convenit in primis vitriolum album mercurio præcipitato rubro mixtum & inſperſum, vel plumaceolis ſiccis adhibitum, vel globulis ex hedera &c. confectis, ſed depreſſis, quia cutis & panniculus carnoſus eo in loco valde tenuis: omnibus præferrem globulos depreſſæ formæ ex vitriolo albo, mercurio præcipitato rubro cum ſ.q. reſinæ liquefactæ paratos, ac ſubinde in uſum revocatos, in aliis caſibus perquam quoque utiles.

Quid agendum.

Dictam obſervationem comprobat ſequens caſus.

Puer ex ictu teli miſſilis igniti in momento cæcus factus.

Orphanus Leidenſis undecim vel duodecim circiter annorum Hagam-Comitis profectus, ut introductionem & publicas gratulationes invictiſſimi Regis Angliæ, & ignes feſtos videret, cum igitur caſu ingens telum miſſile ignitum non ex voto adſcendens in terram decidiſſet, accurrens ille iſtum accepturus, magno rupti teli ictu cæcus factus eſt, illæſis licet oculis. Mox adſtantes allocuti puerum, nil niſi cæcus ſum, cæcus ſum, clamantem audiverunt: quare à nonnullis in Orphanotrophium Hagienſe fuit delatus, ubi à Medico & Chirurgo accuratè examinato negotio, nihil obſervarunt præter cæcitatem; quare veſicatoria poſt aures, & nuchæ

chæ impoſuere, fomentis, collyriis, clyſtere &c. fuere uſi, verum abſque ullo ſucceſſu. Quod cum Curatoribus & Præfecto Orphanotrophii Leidenſis hoc nuntiatum eſſet, mox famulum miſerunt, qui gratiis actis Hagienſibus cum Puero Lugdunum reverſus, quæ acciderant, narravit. Quarto die Clariſſimi Viri Domini Thomæ Schouten Medicinæ Doctoris conſilio, à Chirurgo Hermano à Delden fonticulus in ſutura capitis ſagittali, modo jam demonſtrato, incaſſum reliquis omnibus adhibitis, cauterio actuali inſtitutus fuit, tali cum ſucceſſu, ut non tantum omnia imo minutiſſima videre, aperto jam, ſed & coalito & curato vulnere adhuc acutiſſimè omnia diſtinguere & videre queat.

Omnibus fruſtra adhibitis.

Cauterio actuali in ſutura ſagittali impoſito ſtatim curatus.

Eodem modo Puellam epilepſia laborantem in ipſo paroxyſmo cauterio ſuturæ capitis ſagittali impoſito curatam vidimus.

Puella eodem modo ab epilepſia liberata.

Indi quoque moxâ ſuâ (quæ à nonnullis lanugo foliorum artemiſiæ (e) judicatur) in Apoplexia, Epilepſia, Doloribus maximis, Arthritide &c. utuntur. De moxa Indorum ejuſque applicatione & viribus, qui plura deſiderat, legat tractatulum Belgico idiomate à Buſſchof conſcriptum, & ante annos aliquot impreſſum.

Moxa Indorum quibus adhibenda.

12. Olfactus deperditus vel diminutus, qui non raro ab humoribus viſcoſis pituitoſis, ut videre eſt apud Cl. Lazarum Riverium Praxeos lib. 4. cap. 3. p. m. 217. & 218. exoritur: ſæpius quoque hujuſmodi olfactus læſio in Catarrho & Coryza, à pituitoſis viſcoſiſque humoribus oriundis, frequens eſſe ſolet; quare magnum ſubinde emolumentum habent hiſce in narium affectibus apophlegmatiſmi.

In olfactu deperdito vel diminuto.

13. Ranula ſub lingua, (f) quæ noſtro judicio plerumque exoritur ex lympha quodammodo viſcida, ramificationes nonnullas vaſorum lymphaticorum vel ſalivarium inferiorum ſub lingua ob-

In ranula ſub lingua.

(e) Moxa Sinenſis, quæ paucis retro annis Europæis innotuit, & ob id potiſſimum celebrata, quod Podagræ medeatur, haud obſcuris indiciis viſa eſt nonnullis eſſe artemiſiæ lanuginem. Quod quidem Cleyerus ex Regionibus iis redux, edito Sinicæ Medicinæ ſpecimine, confirmavit, ejuſque præparationem nobis aperuit. Sumuntur enim artemiſiæ folia benè exſiccata, & ligneo inſtrumento conquaſſantur, manibuſque tamdiu agitantur, uſque dum cortex exterior ſeparetur, ac præter interiores fibras lanuginoſas, velut ſubtegmen ſubſtratas, nihil ſuperſit; quæ dein elegantius pectinis ope carminantur, ut ex artemiſia eſſe confectas, vix credere queat, qui ipſe parantem non viderit, aut ſaltem ab eo edoctus haud fuerit. Egregia autem eſt omnium fere dolorum medicina, ſi ſupra partem dolentem aduratur. Licet autem hoc inurendi genus omnino novum videatur, attamen fere convenit cum eo, quod tradit magnus Hipp. lib. de affect. his verbis: *Urito quocumque loco fuerit dolor, urito autem lino crudo*. Hæret vero hic Hieronymus Mercurialis, quid per linum crudum ſit intelligendum, licet caules ipſius lini adhuc integros, nec aqua maceratos eo nomine interpretetur. Verum, ut mihi videtur, Magni Senis mentem veriſimilius aſſequutus eſt Proſper Martianus in ejus loci comment. ubi docet, inurendam eſſe partem dolentem lino neto & carminato, ſed lixivio non adhuc cocto, arctèque conglobato ad inſtar pyramidis, ſic ut flamma à culmine ad baſim paulatim deſcendat.

(f) Ranula Latinis dicitur tumor fere œdematoſus prope linguæ frenulum, quo affecti coaxando magis, veluti Ranæ, quàm loquendo mentis ſenſus enunciare poſſunt. Tumor hic id pecu-

obſtruente, ſicque tumores illos excitante. Rem exemplo demonſtrabo.

Ruſticus ranula laborans.

Ruſticus quadraginta circiter annos natus, valde pituitoſus, melancholicus, alvo adſtrictori plerumque laborans, fumo tabaci maximè delectatus, plurima phlegmata exerens, ſubitò in odontalgiam incidit cum ſalivæ & phlegmatum ſuppreſſione, cum linguæ quadam motus impotentia, & brevi tumore quodam ſub lingua indies ingraveſcente, ita ut intra menſem in incredibilem magnitudinem excreſceret: quare ter quaterve pilulas hydragogas ſequentes, ſeptem pro doſi, aſſumpſit.

Pilulis hydragogis.

♃. *Maſ. pilul. extract. cathol.* ℨj. *Reſin. jalapp. Magiſter. gam. gutte ſ. gajamb. ana* ℈j. *Mercur. ſublimat. dulc.* ℈ß. *Tartar. vitriolat. gr.* xv. *Ol. bacc. junip. gutt.* vj. MS. F. Maſſa. ex ℈j. quinque pilulæ deaurandæ formentur.

Apophlegmatiſmo.

Unde optimè purgatus eſt, verum abſque ulla tumoris imminutione: tandem decoctum apophlegmatiſmum p. 56. 57. notatum, unde magnam pituitæ viſcidæ quantitatem excrevit, & ſequentem præſcripſimus pulverem.

Et pulvere incidente curatus.

♃. *Rad. ireos Florent. Piperis. Zinziber. ana* ℨj. *Sal. armoniac. Gemmæ ana* ℈ij. MS. F. Pulvis tenuiſſimus.

Quo tumor ſæpius frictus brevi evanuit.

Nonnulli, ſi citò non evaneſcat, in ipſo tumore cultello inciſorio apertiones varias inſtituunt, tumque dictum pulverem adhibent, & tum ille tumor brevi diſſipatur.

In linguæ paralyſi &c.

14. Linguæ paralyſis, tremor &c. tumque ἀποφλεγματίζοντα aromatica & ſpirituoſa ut ſint, neceſſe eſt, ut eò melius citiuſque tenacia ac viſcoſa illa arctè linguæ nervoſis muſculis infarcta incidant, ac eliciant. Sic linguæ tremorem beneficio ſpiritus aniſi cum ſerpilli ſpiritu mixti curatum vide ſis in annotationibus noſtris circa Praxin Pauli Barbette lib. j. cap. 2. p. 29. Maximè quoque hiſce in affectibus commendantur eadem à Fuchſio lib. 2. de compoſitione medicamentorum cap. 26. Joh. Jacobo Wechero lib. j. antidotar. general. cap. 46. Daniele Sennerto lib. 5. inſtitut. medicar. part. 2. ſect. j. cap. 15. p. m. 706. Ambroſio Paræo in Chirurgia ſua lib. 25. cap. 36. &c.

In columella à viſcidis humoribus intumefacta.

15. Columella à viſcidis ac pituitoſis humoribus intumefacta, hicque ſolus vini ſpiritus pro gargariſmate uſurpatus maximè con-

peculiare habet, quod fiat in ductibus ſalivalibus, qui ſub lingna excurrunt. Dum enim viſcidior materia eorum ductuum orificia obſtruit, quæ deinde affluit ſaliva, coacervatur & inſpiſſatur; unde ovorum albumini colore & conſiſtentia ſimilis redditur. Hinc haud ineptè apophlegmatiſmi in morbo illo commendantur; eorum etenim beneficio obſtructa vaſorum oſcula reſerantur, & ſtagnantis ſalivæ craſſities diſcutitur.

conducit, incidit enim & attenuat viſcida illa ac pituitoſa, & ſic inciſos, attenuatos, & liquefactos quaſi humores facilè elicit, moleſtumque hoc malum curat, quod ſæpiſſime obſervavimus. Quare Cl. Joannes Walæus in methodo ſua medendi p.m. 112. dixit, in angina omniſque gutturis inflammationis initio gargariſma ex ſolo ſpiritu vini (g) confectum dictos affectus intra trium horarum ſpatium curare.

Juvenis columella tumefacta laborans.

Juvenis quiſpiam viginti quinque circiter annos natus, à magnis laboribus ſudore madens, ore patulo per quadrantem præter propter horæ in aere frigidiori ambulavit, unde ſtatim deglutitionis difficultatem ſenſit: flocci tamen hanc pendens, avidè cereviſiam frigidam hauſit: quâ ſubitâ frigiditate talis circa noctem deglutitionis difficultas exorta fuit, ut omnia ac ſingula aſſumpta, arida liquidave etſi eſſent, ſtatim per nares exturbaret, brevique poſt nauſea imo vomitu affligeretur ac vexaretur. Accerſitus columellam inflammatam leviter, aſt ita intumefactam inveni, ut totas fauces penè jam occuparet. Quare ſtatim ſpiritum vini gargarizandum præſcripſi, cujus beneficio intra horam multum pituitæ viſcidæ ex ore excrevit, nauſea vomituſque evanuit, ac brevi curatus fuit æger.

Spiritu vini gargarizando curatus.

In odontalgia.

16. Odontalgia; maximè enim & citiſſimè nonnunquam ἀποφλεγματίζοντα catarrhos acres in dentium nervos depluentes temperant, ac eliciunt, in primis purgatione catholica vel particulari defluentem humorem exturbante prægreſſa. Sæpiſſime enim odontalgia laborantes ſupradictis nodulis p. 58. deſcriptis prima ſecundave vice curavimus, exhibito prius purgante ſpecifico, poſtque doloris ablationem, maſſam pilularem de cynogloſſa præſcripſimus, ſicque diutius à dolore ſemper fere fuere liberati.

Odontalgia laborantes radice pyrethri &c. ſubitò curati.

In momento nonnunquam odontalgia laborantes ſola radice pyrethri manducata curatos, nec non ſpiritu odontalgico à celeberrimo viro Domino Paulo Barbette in Anatomia ſua practica p. m. 104. deſcripto, plumaceolis dentibus adhibito, vel poſtquam aliquamdiu in ore dictum ſpiritum continuiſſent ægri, & magnam

(g) Fortè nonnullis, qui Galeni ſcripta nimis venerantur, noviſſimum hoc contra anginam experimentum diſplicere poteſt, illudque tamquam nimis temerarium damnabunt. Sed alia certè mihi non videtur præſtantior curandi ratio, & præceptis ab Hippocrate traditis congruentior, memor ejus, quod legi apud Martianum, accuratiſſimum ipſius Interpretem, qui eum numquam repellentia in Angina ſuaſiſſe, & à Galeno perperam ex methodo generali hæc fuiſſe præſcripta, non contemnendis documentis in lib. de ratione victus in acutis oſtendit, ſoliſque diſcutientibus omni tempore uti conſueviſſe. Verum ſi aliquando Hipp. præfatis medicamentis adſtringentia necti voluit, materia tenui exiſtente, id ſane non repellendi gratia ab eo factum eſt, ſed ut eorum adſtrictione partis laxitatem nimiam vitaret, tumoremque minueret, atque idcirco eorum uſum non magis in principio, quam aliis temporibus probavit. Hæc idcirco notanda volui, ut eos repræhenderem, qui poſthabitis rationalis diſciplinæ præceptis à repellentibus Anginæ curam auſpicantur, non alia ratione, niſi quod Gal. & Hip. iis uſi fuerint.

gnam ſalivæ quantitatem excreviſſent, ab odontalgia liberatos vidimus.

Mulier impraegnationis principio odontalgia graviſſima afflicta.

Mulier triginta circiter annos nata, quatuor liberorum mater, ſana, hilari animo, impraegnationis principio ſemper odontalgiâ graviſſimâ ac intolerabili afflicta, levamen ſtatim ſenſit decocto gallarum cum aceto parato, calidè in ore retento. Verum hac vice nec decoctum gallarum, nec dictus ſpiritus odontalgicus D. P. Barbette, nec noduli p. 58. deſcripti, pleraque alia medicamenta externa internave ullum levamen attulere: quare granum unum vel alterum laudani opiati, quia varias noctes jam inſomnes traduxerat, aſſumpſit. Aſt mox animi deliquium paſſa fuit cum tanto per triduum quatriduumve omnium aſſumptorum vomitu, ut nec externis nec internis ipſum ſiſtere poſſem: quare ſequentem pulverem cum vino Rhenano vetuſtiori frigido exhibui.

Omnibus incaſſum adhibitis laudanum opiatum aſſumpſit. Unde animi deliquium & vomitus ſecutus.

♃. *Nuc. moſchat. Cinnamom. acutiſſim. ana.* ℈ß. *Ol. menth. ſtillat. gutt.* ij. *Sacchar. cant. alb. gr.* vj. MS. F. Pulvis tenuiſſimus.

Qui pulvere ſuperatus.

Et brevi vomitus ſublatus fuit. Miratus ſummopere animi deliquium, & tantum vomitum ex aſſumpto laudano opiato, (h) cujus beneficio plerumque vomitus, omnibus antea incaſſum adhibitis, ſubitò tollitur: hujus cauſam lympham per fauces (poſt tantos & diuturnos dolores ex catarrhis in dentes depluentibus oriundos) in ſtomachum fuiſſe delapſam, atque ſubitò impeditam putavi, quia etiam in principio nonniſi aquam evomebat. Sed Maritus reſpondebat, ſe ſemper obſervaſſe ex minima quidem non tantum laudani, ſed & alius opiati doſi vel minima quantitate uxorem in momento animi deliquium, & mox vomitum fuiſſe paſſam. Odontalgia adhucdum remanente cauterium adhibuimus, & ſtatim curata fuit.

Odontalgia remanente cauterio actuali curata fuit.

Ante decem circiter annos inſtrumentum ſequens ad odontalgiam ſtatim curandam cum Chirurgo Juſto Eenſaem parandum curavimus. En ejus delineationem & utendi methodum, qualem penè invenies, ſtudioſe Lector, in operationibus chirurgicis dexterrimi Anatomici D. A. Nuckii.

TAB. III. FIG. I.

A. A. Vagina rotunda ex argento, cupro, ferro &c. confecta.
B. Anſa ejus.
C. Manubrium.
D. Cauterium in vagina A. A.
E. Extremitas acutiſſima ignita.
F. F. Cauterium extra vaginam denotat.

Hæc

(h) Ab Opio aſſumpto enormes vomitus ſequi jam olim notavit Helmontius in jure duumviratus, & confirmavit Wedelius in elegantiſſima ſua opiologia, ubi praeſertim docet, id potiſſimum contingere in natura bilioſis, & quorum ventriculus amaris, acribus, & vitioſis humoribus ſcatet. Quod verum eſſe deprehendi in Muliere, cui quum laudanum opiatum ad colicum dolorem ſedandum exhibuiſſem, ſtatim ab illo aſſumpto vomitus obortus eſt, quo bilioſi humoris copiam rejecit. Vide interim laudatum Wedelium loc. cit. de emetica hac opii virtute.

Hæc vagina imponitur antitagro, ab Anatomicis ita dicto, Chirurgus digitis anſam premendo continens, cauterii extremitatam benè ignitam ſubitò per vaginam intrudit, nervulumque ſubjacentem à ſecundo pari vertebrali oriundum (ut nonnulli Anatomici putant) urendo ſimul diſcindit; & dolor non tantum eodem momento tollitur, ſed & plerumque ab odontalgia in poſterum ægri liberantur.

17. Febres lymphaticæ omnes ſingulæque à ſalivæ quantitate peccante productæ: citius namque & jucundius tales febres apophlegmatiſmis, præcedentibus, ſi neceſſe ſit, univerſalibus, curantur; ſaliva enim per breviores tutioreſque vias, quàm naturales, educi nequit. In febribus lymphaticis.

18. Lues venerea; quid ἀποφλεγματίζοντα diro hoc in morbo efficiant lippis ac tonſoribus ſatis ſuperque notum: quare nonnulli dixerunt, luem veneream abſque ſalivatione incurabilem eſſe. In lue venerea.

Nota: de ſalivatione per mercurialia hactenus nihil egimus, quia non de aſſumptis ac internis deglutitis nobis fuit ſermo, aſt ſolummodo de iis medicamentis, quæ in ore continentur, & linguæ beneficio hinc inde agitantur, aut quæ in ore detenta maſticantur dentibuſve confringuntur, aſt abſque deglutitione; ſicque humores aquoſos, viſcoſos, pituitoſos &c. peccantes eliciunt, ac cerebri illuviem educunt. De ſalivatione per mercurialia quare non egimus.

Mercurialia medicamenta ſalivationis ergo ſi præſcribantur, ſumma cum cautione & circumſpectione uſurpanda: nam palato faucibuſve exulceratis ſi laborent lue venerea affecti, & mercurialia aſſumpſerint, ulcera inſanabilia ac lethalia, doloreſque intolerabiles inde excitarentur. Sic quoque in mercurialium aſſumptione ſi nimis diu continuaverint, dolores omnium artuum atrociſſimi, dolores capitis fixi intolerabiles, frigus totius corporis maximum, omnium penè oſſium caries, diraque alia ſymptomata lethalia &c. inde producerentur; quare inſpiciatur Clar. Fernelius tractatu de lue venerea. Aliàs mira ſubinde efficiunt, non tantum in lue venerea, ſed in plurimis aliis morbis chronicis, ut & doloribus variis, ophthalmia, cæcitate, ut ſupra jam annotavimus. Quid notandum in ſalivatione per mercurialia.

Morbi in quibus ἀποφλεγματίζοντα neutiquam præſcribenda, ſunt ſequentes.

1. Catarrhi tenues ac acrimonia ſalſa in primis peccantes; apophlegmatiſmorum enim maleficio defluxiones majores ac frequentiores redderentur, ſicque plura & graviora curatuque difficiliora ipſis catarrhis ſymptomata producerentur, quare ſatius eſt ab iiſdem Ἀποφλεγματίζοντα verant catarrhi tenues ſalſi.

iiſdem abſtinere, quàm fruſtra & nonniſi cum ægrorum damno illis uti. Ad pulmones ſi depluant dicti catarrhi, prorſus tum ab iiſdem abſtinendum ſuadet Heurnius 3. Method. ad Praxin. cap. 10. non enim niſi tuſſes graviſſimas, ac ægris quammaximè moleſtas producerent, unde facilè vaſorum ruptio; aut catarrhorum acredine ſalſa eorundem eroſio, hinc hæmorrhagiæ curatu nonnunquam difficillimæ, indeque tandem phthiſis exoriretur, ut videre eſt apud Hippocratem lib. 1. de morbis text. 10. p. m. 12.

Ulcera gingivarum, palati &c.

2. Ulcera gingivarum, palati, faucium, tonſillarum, laryngis, aſperæque arteriæ &c. ut teſtantur Sennertus lib. 5. part. 2. ſect. 1. cap. 15. inſtitut. medicar. Heurnius lib. de morbis capitis cap. 9. Hollerius lib. 1. de morbis internis ſchol. 2. &c. Acria namque quia αποφλεγματιζοντα exiſtunt, nonniſi ulcera penetrantiora ac dyſepulota excitarent, ac humorum acrium apophlegmatiſmorum vi elicitorum in ulcera defluxu facilè fiſtuloſa, ac inſanabilia producerentur, ut paſſim apud Practicos videre eſt.

Dentium caries &c.

3. Dentium caries, vel iidem ſi exeſi ſint; maximè hiſce in caſibus Sennertus lib. 1. Practic. part. 1. cap. 10. maſticatoria vetat, nec mirum, quia acribus acria addere ægrotantes trucidare non vero curare eſſet. Cariem enim oſſium nonniſi ab acri acido nonnulli exoriri putant, quod ex oſſium albedine, febribus intermittentibus, ut plurimum concomitantibus, doloribus lancinantibus, non vero rodentibus, lineis albis lardi inſtar inter carnem ſæpe luxuriantem reptantibus, pureque acri probare nituntnr. Nonnulli vero ab acri-ſalſo eandem produci exiſtimant, quod ex maculis lividis fætentibus ac ſubinde nigricantibus vitioſę carnis abundantis parti ſuperiori adhærentibus, pureque ichoroſo acri nigricantibus particulis nonnunquam ſcatente concludunt. Quicquid ſit, certum eſt, ab acri quodam cariem exoriri. Meritò ergo acria acreſve humores peccantes ad partes affectas allicientia damnantur, potiuſque humorum acrimoniam ſive acidam, ſive ſalſam temperantia præſcribenda veniunt, ut ita citius, tutius, ac jucundius ægrotantes curentur.

Ex acri acido.

Vel ex acri ſalſo exoritur.

Angina pituitoſa.

4. Angina pituitoſa, ut teſtatur Joubertus de affectibus thoracis cap. 1. ſi ex catarrhis devenerit, ut ex illius dictis facilè conjici poteſt: aliàs αποφλεγματιζοντα quammaximè proſunt in angina, imo ſæpius prima ſecundave vice curantur ea laborantes; inciditur nempe ac liquidior redditur obſtruens pituita apophlegmatiſmorum in primis ſpirituoſorum ac volatilium ope ac beneficio, qua inciſâ ac liquefactâ obſtructiones tolluntur, pituitoſi humores eliciuntur, ac ægrotantes à gravi hoc affectu liberantur.

Aſthma & reſpiratio difficilior.

5. Aſthma, omniſque reſpiratio difficilior, ut auctor eſt Caſparus Hoffmannus apud Scholzium conſil. 92. à catarrhis ut plurimum

mum aſthma ac difficilior reſpiratio exoriuntur, ac quia apophlegmatiſmorum maleficio ſæpius catharri producuntur, rectè illorum uſus talibus in affectibus prohibetur.

Tuſſis.

6. Tuſſis, à catarrhis namque ſæpiſſime exoritur, quare meritò Sennertus lib.1.Practic. part.1. cap. 10. apophlegmatiſmos ut hoc in caſu noxios reiicit, quia inde nonniſi vaſorum eroſio aut ruptio &c.ut in ſuperioribus videre eſt, excitaretur.

Pulmonum inflammatio.

7. Pulmonum inflammatio, ut legere eſt apud Paræum in oper. chirurgic. lib.25. cap. 36. Hollerium lib.1.de morbis internis ſchol.2.Foreſtum lib.32.obſervat.ſchol.17. &c.hìc non tam humorum peccantium quantitas, quàm quidem eorundem qualitas corrigenda eſt. Hæc vero medicamenta quia magis exſiccant ac liquidos aqueoſque humores bilioſam acrimoniam temperantes eliciunt, in pulmonum inflammatione neutiquam conducunt.

Phthiſis.

8. Phthiſis, quæ utplurimum ortum ducit à catarrhis ſalſoacribus, unde primò tuſſis, dein vel vaſorum ruptio eroſiove exoritur, quam vel ruptionem eroſionemve ſtatim phlegmata ſanguinolenta, dein hæmoptoe, ac denique phlegmata purulenta &c. ſequuntur, ut fuſius in ſuperioribus probatum.

Suffocatio hypochondriaca.

9. Suffocatio hypochondriaca fauciumque inde quaſi conſtrictio. Quem affectum è flatibus, halitibus, vaporibuſque aciditate, auſteritateve præſertim peccantibus, ex ſucco pancreatico (aliove glanduloſo) acidiore auſterioreve, bileque acriore, ac ſalivâ viſcidâ & copioſâ, & hiſce ſimul ſeorſimque peccantibus, ac in tenui inteſtino vitioſè efferveſcentibus plurimi rectè deducunt. Facilè videre eſt, quare αποφλεγματιζοντα, & pituitam viſcidam copioſam, lymphamque acidam, humoreſque acriores allicientia damnantur; haud difficulter enim totalis inde faucium conſtrictio, imo ſuffocatio produceretur. Hæc ſcribentem ſubjecta hiſtoria ſubit.

Mulier melancholica poſt menſtrua ſuppreſſa.

Mulier quædam triginta quatuor circiter annos nata, melancholica, poſt gravem animi mœrorem menſium obſtructione laborare cœpit, & paulò poſt ſuffocatione hypochondriaca levi, qua neglecta, incrementum cœpit ſuffocatio: quare quoties ſuffocationem ſenſit, conſanguinei cujuſdam conſilio aſſumpſit cochleare unum alterumve de ſpiritu vini radicibus angelicæ contuſis affuſo & octavo ab infuſione die abſtracto, unde ſæpiſſime quoque paroxyſmo fuit liberata. Mæſtitia ac melancholia in dies ingraveſcentibus, ſuffocatio hypochondriaca etiam adaucta eſt. Aliquando igitur ob maximum animi mœrorem diluculo ſurgens difficulterque reſpirans aſſumpſit cochlearia duo de ſpiritu ſupradicto, unde ſubitò corruit tali cum faucium conſtrictione, ut ſuffocatam, & mortuam adſtantes judicarent. Accerſitus pulſum maximè debilem ac

Incidit in ſuffocationem hypochondriacã graviſſimam

Imo morti proximam.

Spiritus ſalis armoniaci & oleo ſuccini naribus admotis parum refocillata.

exiguum inveni, ſtatimque ſpiritum ſalis armoniaci præſcripſi, quo naribus admoto, & oleo ſuccini temporibus cervice naribuſque inunctis parum refocillata eſt, poſtque horam circiter de ſequenti mixtura cochleare ſingulis horæ quadrantibus aſſumpſit.

Mixtura antihypochondriaca.

♃. *Aq. puleg. Rutæ Cort. aurantior. Antihyſter. ſequent. ana* ℥j. *Tinctur. caſtor. Croci ana* ʒjß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Sp. ſalis armoniac. gutt.* xviij. *Sal. volat. ſuccin.* ℈ß. *Syr. bacc. ſambuc.* ʒij. MS. Hujus mixturæ beneficio paroxyſmus fuit ſublatus, ac poſtmodum de ſequenti vino medicato in dies ter ad uncias tres uſurpavit, inſtillatis primò ſingulis doſibus ſpirit. ſalis armoniaci guttulis decem.

Et vino medicato antihyſterico, menſes ſimul ciente.

♃. *Rad. angelic. Dictamn. alb. Leviſtic. ana* ʒij. *Herb. artemiſ. Puleg. Rut. ana* M. j. *Flor. calendul. Cheiri ana p.* jß. *Bacc. lauri Junip. ana* ʒiij. *Aloes optim.* ʒijß. *Croci* ʒj. *Myrrh.* ʒjß. *Extrem. cort. aurant.* ʒiij. Conciſ. & contuſ. indantur cantharo lapideo, affundanturque vini gallici pint. jv.

Bis terve hoc vino medicato iterato per tres quatuorve menſes à paroxyſmo fuit libera, ac menſtruorum fluxus rediit, ſingulis ſeptimanis de ſequenti maſſa pilulari quinque aſſumpſit.

Ac pilulis purgantibus curata fuit.

♃. *Maſſ. pilul. fœtid. major.* ʒjß. *Myrrh. rub. Caſtor. elect. Salis armoniac. Reſin. jalapp. ana* ℈j. *Aloes lucid.* ʒß. *Ol. macis ſtill. gutt.* vj. MS. F. Pilul. no. L. deaur.

Laudanum opiatum quare mixturæ antihyſtericæ additum.

Mirabuntur fortaſſe nonnulli, quod laudanum opiatum mixturæ antihyſtericæ ſupradictæ tali in caſu addiderim. Mirari vero deſinent, ſi Hippocratem lib. 2. de morbis mulierum text. 87. p. 620. legerint, qui ſuccum papaveris *incorrectum* talibus in caſibus præſcribit: dein hactenus nonniſi bonum & optatum inde vidi effectum, quod quoque plurimi Practici mecum conteſtantur.

Deſcriptio aquæ antihyſtericæ ſupradictæ.

Aquæ antihyſtericæ noſtræ deſcriptio.

♃. *Radic. leviſtic. Ariſtoloch. rotund. Imperator. ana* ʒiij. *Fol. rut. Menth. Puleg. ana* M. jß. *Sabin.* M. j. *Flor. lavendul. Chamomill. Roman. ana p.* ij. *Sem. leviſtic.* ʒß. *Bacc. laur.* ʒj. *Myrrh. rub. Nuc. moſchat. ana* ʒij. *Croci optim. Caſtor. elect. ana* ʒjß. *Extrem. cort. aurantior.* ʒiij. Conciſis & Contuſis affundantur *Vini Gallici pint.* vj. *Sp. vini pint.* ij. Poſt ſufficientem digeſtionem per alembicum extrahatur ſpiritus, qui affundatur *Gran. Actes* ʒiij. Hæcque tinctura ſ. a. parata uſui ſervetur.

Lues venerea, ſi nempe fauces ſint exulceratæ.

10. Lues venerea, ſi palatum fauceſve ſint exulceratæ, ut videre eſt apud Petrum Foreſtum lib. 32. obſervat. ſchol. 6. 17. Ratio in ſuperioribus ſatis ſuperque, ubi de ulceribus oris egimus, tradita eſt.

Ho-

Homines, in quibus ἀποφλεγματίζοντα liberè præſcribi poſſunt, ſunt.

1. Pueri; quia humidioris ſunt naturæ, teſte Hippocrate lib. j. de diæta text.28.p.203. & aquoſis humoribus maximè abundant, ut ſatis ſuperque ex illorum ſalivatione continua patet. Apophlegmatiſmi namque quod hìc plurimum proſint, ultro jam eluceſcit, quia nulla fere medicamenta tam facilè ac jucundè illorum abundantiam eliciunt ac minuunt, quàm dicta & ſæpius laudata ἀποφλεγματίζοντα.

Ἀποφλεγματίζοντα liberè præſcribi poſſunt pueris.

2. Mulieres; quæ itidem juxta Hippocratem libro locoque mox citato, ut & libro de natura pueri text.6.p.138. nec non lib. de natura muliebri text. j. p.m.358.&c. ſunt humidioris naturæ. Magna tamen eſt differentia inter juvenculam & anum, hæc ſiccioris, illa vero humidioris eſt conſtitutionis, ut Senex loco ultimò citato docet. Præterea quoque conſiderari volumus & tempora & locos, in quibus degunt: frigidis enim in locis, quæ habitant, ſunt humidioris naturæ, quàm quæ in ſiccis calidiſque locis commorantur. Quia vero dicta medicamenta nimiam humorum copiam tutò minuunt, fœminæque his plerumque abundant, ex quibus gravia nonnunquam ſymptomata, morbique curatu difficiles exoriuntur; ſequitur quàm facilè ac tutò ἀποφλεγματίζοντα præſcribantur illis, & admoveantur.

Mulieribus.

In primis juvenculis non item anibus.

Frigidis in locis, non vero in calidis & ſiccis degentibus.

3. Qui mollis ac humidioris aquoſæque ſunt conſtitutionis ob rationem jam allatam.

Ut & iis qui mollis &c. conſtitutionis ſūt.

4. Salivâ, lymphâ, aquoſis viſcidiſve humoribus qui abundant; quia, ut dictum, apophlegmatiſmi citius, tutiuſque peccantes illos humores eliciunt, quàm ulla alia remedia, quod ſatis probat tabaci ſuctio: quanta enim humorum copia brevi tempore non elicitur hujus ſuctione?

Ac humoribus aquoſis &c. ſcatent.

Homines, quibus apophlegmatiſmi ut plurimum nocent, ſunt.

1. Senes, quia major hìc humorum eſt defectus & qualitas peccans, quàm abundantia: ἀποφλεγματίζοντα vero quia non tam qualitatem quàm quantitatem tollunt, atque in illis humorum, ut dictum, ut plurimum eſt defectus, meritò reiiciuntur, ne corpora plane exſucca atque arida reddantur.

Nocent vero ἀποφλεγματίζοντα ſenibus.

2. Gravidæ ac lactantes: non præſcribuntur gravidis, abortus metu, nimis enim arida atque exſucca apophlegmatiſmorum

Gravidis & lactantibus.

ope, in primis ſi in horum uſurpatione aliquandiu pergant, illarum corpora redderentur; tandemque ſanguinis ac alimenti defectus, ac ſubinde fœtus extenuatio, ac denique abortus, & ipſa mors ſequeretur. Valet tamen hìc multum conſuetudo, conſueta enim longo tempore, etiamſi deteriora ſint, minus damni afferre ſolent, quàm inſueta, ut magnus Senex ſect. 2. aphor. 50. docuit. Lactantibus vero obſunt ἀποφλεγματίζοντα, quia, ut ſæpius jam dictum, nimis humiditates eliciendo exſiccant.

Phthiſi vel pulmonum vitio laborantibus.

3. Phthiſi, ullove alio pulmonum vitio qui laborant, ut rectè Heurnius lib. 3. Method. ad Praxin. cap. 10. docuit, quia ἀποφλεγματίζοντα ut plurimum ſunt acria, ſpirituoſa, humores ſolventia ac attenuantia, unde facilè aut tuſſis generaretur, catarrhuſve acris &c. in pulmones dilaberetur, unde malum gravius aut redderetur, aut novum quoddam ſymptoma excitaretur. Quare clariſſ. Caſpar. Hoffmannus apud Scholzium in conſiliis apophlegmatiſmos quoque in pulmonum affectibus, ut non ſatis tutos, imo noxios damnat. Inſpiciatur quoque Foreſtus lib. 9. obſerv. ſchol. 18.

Syncope vel cordis palpitatione affectis.

4. Syncope cordiſque palpitatione qui afficiuntur, aut unquam fuere affecti.

Arthriticis doloribus vexatis.

5. Arthriticis qui vexantur doloribus. Acrium enim ac ſpirituoſorum apophlegmatiſmorum ope quia humores ſolvuntur, nonnunquam catarrhi acres ad debilitatas ac ſæpius malè affectas partes dilabentes generantur, in primis ſi acribus illis humoribus in capite contentis nullus ad os ſit aditus, aut via pateat: facilèque tum evenit, ut ad partes morbo doloribuſque præcedentibus, ut dictum, debilitatas dilabantur, ac dolores arthriticos augeant. Quare hiſce ſequentem hiſtoriam ſubjungimus.

Vir à trigeſimo ſexto anno arthriticus.

Quidam ex conſanguineis ab ætatis anno trigeſimo ſexto ſeptimove ad ſeptuageſimum uſque doloribus arthriticis miſerè fuit afflictus.

Poſt tabaci uſum dolores graviores & frequentiores fuere.

Primò quotannis bis terve per octiduum fere podagra laboravit, cujuſdam conſilio tabacum ſuxit, unde malum ita fuit adauctum, ut ſingulis fere menſibus dolores duplo plus graviores redirent, ac brevi poſt & chiragra, omniumque tandem corporis artuum dolore affligeretur; quare nicotianæ uſum reliquit. Sed more conſueto acceſſerunt & poſtmodum dolores, donec periti cujuſdam Medici conſilio ſingulis noviluniis ac pleniluniis aſſumeret pulverem ſequentem purgantem.

Relicto pero dolores minores &c

Singulis noviluniis & pleniluniis pulverem purgantem hydragogum.

♃. *Rad. jalapp.* ℈ij. *Magiſter. gumm. gutte Tartar. vitriolat. ana gr.* x. MS. F. Pulvis pro una doſi.

Unde optimè ſemper alvum decies duodecieſve dejecit. Interim continuò bis in die hauſtulum de ſequenti decocto per decem circiter menſes uſurpavit,

♃. *Ra-*

℞. *Raſur. ling. guajac.* ℔ij. *Lign. ſaſſafras* ℔ß. *Rad. polypod. quercin.* ℥iij. *Chin.* ℥ij. *Herb. chamædr. Chamæpit. ana* M.ij. *Fol. ſalv. Majoran. nobil. ana* M.ß. *Malv. arboreſcent. Beton. ana* M.j. *Flor. hyperic. Lavendul. ana p.*iij. *Sem. petroſel. maced.* ℥iij. Conciſis & contuſis affund. *Aq. commun. ſtop.*iij. *Vin. Gallic. ſtop.*j. Et decoctum ex guajaco & herbis cephalicis &c

Macerentur in loco calido per triduum, ac poſtmodum ſ.a. vaſis optimè clauſis per viginti quatuor horas lentiſſimo igne coquatur, & ad uſum ſervetur.

Mirum quantum in dies doloris vehementia poſt hujus uſum fuerit diminuta: quare dolore exacerbante iterum cum ſucceſſu dictum apozema huc uſque uſurpavit; ac jam nec tam cito, nec tam vehementer redeunt dolores. Diu quoque ter in ſeptimana lac bubulum tepidum cum ſacchari canti albi parva quantitate mane aſſumpſit. Summo cum levamine & dolorum diminutione aſſumpſit.

6. Macilenti morbiſque qui extenuati, quia magis hìc humorum eſt aut defectus, aut qualitas eorum peccans. Macilentis aut morbis extenuatis.

Tempus ἀποφλεγματίζοντα uſurpandi aptiſſimum eſt.

1. Matutinum, ut teſtantur Paræus in operib. chirurg. lib. 25. cap. 36. Fuchſius lib. 2. de compoſ. medicamentor. cap. 26. Foreſtus lib. 9. obſervat. ſchol. 18. in primis tempore æſtivo & vernali: tempore vero hyemali & autumnali meridianum magis opportunum judicatur; quia matutinum frigidius eſt meridiano, tempore ſcilicet hyemali, humoreſque tum liquidiores circa meridiem, quàm quidem mane obſervantur. Inſpiciantur quæ dicta ſunt pag. 51. ubi de tempore utendi ſuffimentis egimus. Tempus ἀποφλεγματίζοντα uſurpandi optimum eſt matutinum æſtate. Hyeme vero meridianum.

2. Adhibenda ſunt ante cibum ventre vacuo exiſtente, ut videre eſt apud Hollerium lib. j. ſchol. cap. 2. facilè enim humores viſcidi pituitoſique in capite contenti apophlegmatiſmorum volatilium beneficio ſolvuntur, ſolutique ad ventriculum depluunt, qui ſi cibis ingeſtis jam eſſet oppletus, eoſque concoqueret, à depluentibus humoribus & concoctio impediretur, nullaque digeſtio fieret, & nonniſi humores crudi generarentur, indeque obſtructiones variæ ac gravia ſymptomata exorirentur. Ante cibum jejuno nempe ventriculo.

3. Interlunium tempore vernali ac autumnali; hyemali vero plenilunium, ac novilunium, quod & tempore æſtivo magis aptum, quàm plenilunium interluniumve, judicatur. Videſis ſupra p. 51. & 52. Interlunio autumnali tempore, plenilunio hyemali tempore &c

Quid-

Quidnam ante, inter, aut poſt ἀποφλεγματίζοντα faciendum animadvertendumque ſit, paucis dabimus.

Ante apophlegmatiſmos neceſſarium eſt.

Ante apophlegmatiſmum corpus benè purgandum.

1. Ut corpus per univerſalia purgetur, ut Foreſtus ac Paræus locis mox citatis admodum inculcant, ac humores qualitate quadam ut aciditate, auſteritate, ſalſedineque peccantes primo corrigantur, ut eò tutius jucundiuſque humores peccantes eliciantur: quid enim mali qualitate peccantes humores efficerent ſupra, ubi de humoribus ἀποφλεγματίζοντα vetantibus egimus, videre eſt.

Calore ſibi conſulat apophlegmatizans.

2. Ut adverſus frigus ſe muniant apophlegmatiſmum uſurpaturi, ut hac ratione humores liquidiores & ad exitum aptiores & faciliores reddantur; ac neutiquam jovem frigidum ſubeant, alioquin enim liquefacti jam humores coagularentur denuo, & ſic actum ageret Medicus.

Et parum ambulet.

3. Ut ambulando ſe parum moveant ob rationes ſæpius jam dictas.

Inter apophlegmatiſmi uſum requiritur.

Inter apophlegmatiſmi uſum frigori ne ſe exponat.

1. Ut calidos ſibi conſulant nulloque modo frigidum aera ſubeant: graves aliàs catarrhi, pertinaceſque nonnunquam dolores inde producerentur, quia ſoluti ac liquidi humores coagularentur, vaſaque calore ac medicamentorum ſpitituoſitate & caliditate aperta ac ampliora reddita conſtringerentur, obſtruerenturque denuo, & ſymptomata gravia curatuque difficillima facilè excitarentur.

Nec frigidum aſſumat potum.

2. Ut neutiquam frigida ſitim leniendi tollendique gratia aſſumant.

Et capite prono ſubinde hient.

3. Ut capite prono per intervalla hient, quò congeſtus in ore humor effluat, neque deglutiatur, ne in pulmones ventriculumque &c. depluat; ut docuit Fuchſius lib. 2. de compoſ. medic. cap. 26.

Si vertigo &c. exoriatur, ſtatim ab uſu deſiſtant.

4. Si vertigo, viſus hebetndo, faucium quaſi conſtrictio, catarrhi, tuſſis, nauſea, vomitus, anxietateſve præcordiorum &c. exoriantur, mox ut ab ulteriori apophlegmatiſmi uſurpatione deſiſtant: nam nonniſi à levioribus ſymptomatibus in graviſſimos morbos & diriora ſymptomata nec non in ſubitaneam ſubinde mortem ſeſe conjicerent ægrotantes.

Poſt

Poſt ἀποφλεγματίζοντα conveniunt.

1. Exſiccantia ac corroborantia calida, vitanda e contra omnia aquea & frigida, quia aliàs humorum aqueorum viſcidorumque major produceretur copia, ac catarrhi graves curatuque difficiliores generarentur.

Poſt apophlegmatiſmum exſiccantia &c. conducunt.

2. Catarrhos ſiſtentia, acrimoniamque temperantia, inter quæ excellunt pilulæ de cynogloſſa, quæ & acrimoniam humorum optimè temperant, exſiccant ac humores depluentes ſiſtunt.

Ac catarros ſiſtentia & acrimoniam temperantia.

3. Siti neutiquam ut omnino ſatisfaciat æger, ob rationes ſæpius jam dictas.

Siti non ſatisfaciendum.

4. Frigus ne ſubeat, ſed calidum ſe conſervet patiens.

Frigori ne ſe exponant.

5. Ut poſt illorum uſum aqua calida os diluatur, aut melicrato aut ptiſana, Weckerus lib. j. antidotar. general. cap. 46. docuit: aliàs ex apophlegmatiſmi particulis acribus ori faucibuſque adhærentibus ac irritantibus facilè in moleſtiſſimam curatuque difficillimam tuſſim aut ſalivationem inciderent.

Aqua calida &c. os colluendum, & quare.

6. Ut, ſi quid ex apophlegmatiſmo ingrati ſaporis ori, aut linguæ adhæſerit, id mox lotione ex aqua ſubtepida, vel potius ex decocto glycyrrhizæ & hordei, lacteve dulci eluatur, ut videre eſt apud Ambroſ. Paræum in oper. chirurg. lib. 25. cap. 36. ob rationem mox allatam.

Vel lacte dulci &c.

Nota, ἀποφλεγματίζοντα & hæc inter maſticatoria ſint grato odore ſaporeque, quantum poſſibile, imbuta, quò diutius citra tædium in ore contineri poſſint, ut optimè annotavit Heurnius in Prax. medic. lib. j. cap. de apophlegmatiſmis.

Maſticatoria ſint grata &c.

Commanducationis tempus eſſe volunt quartam horæ partem aut mediam, ut Petrus Foreſtus lib. 9. obſervat. 18. ſchol. p. m. 273. docuit: ſit idem de cæteris apophlegmatiſmis dictum.

Quæ circa apophlegmatiſmos notanda videbantur, omnia diligentiſſimè Clariſſimus Auctor animadvertit. Ut vero illa memoriæ altius inſideant, hic contractiori oratione illa eadem repetemus. Licet turpe & indecorum ſit frequentius expuere, & maximam phlegmatis copiam ſalivando eijcere; attamen in morbis multis id non modo opportunum, ſed maximè neceſſarium viſum eſt. Unde apud Medicos prodiere apophlegmatiſmi, qui ſalivantia itidem dicuntur, quatenus ſalivæ affluxum ſolito majorem ciant; & maſticatoria quoque, ſi dentibus conteri, & lingua per os volutari debeant. Hinc triplici illo nomine hujuſmodi medicaminum triplex agendi modus eluceſcit. Etenim vel citra maſticationem ſuarum tantum partium acredine oris glandulas, ductuſque excretorios ibidem confluentes invitant, ut copioſum ſerum eijciant: vel intus aſſumpta ſerum in univerſo corpore fundunt, & in motum cient, ſicque illud ad fauces propellunt: vel denique dentibus attrita & commanſa eodem linguæ & maxillarum motu ſerum copioſius ex vicinis glandulis educunt. Nemini autem non notum, per os, parteſque ipſi viciniores ſat uberi copia glandulas proſeminari, ut non tantum ſeri ad cerebrum ſimul cum ſanguine jamjam tendentis partem ſuffurentur, ſed illud quoque à cerebro refluum excipiant. In minoribus quidem morbis, ubi non admodum magna ſeri excretio deſideratur, uti-

utimur acrium quarundam plantarum radicibus, foliis, & ſeminibus, vel ſola maſtiche, quæ omnium maſticatoriorum apex meritò exiſtimatur. At vero in Herculeis morbis, in quibus copioſa ſeri requiritur evacuatio, mercurius adhibendus eſt, qui in affectibus à lue venerea pendentibus miracula fere præſtat. In primis autem cerebri, & vicinarum partium morbi ab apophlegmatiſmis levamen percipiunt; ſive quia ſanguis majorem ſuperflui ſeri copiam in glandulis oris deponat; ſive quia mirabili naturæ conſilio factum eſt, ut nobiliores illæ partes ad os ſuos ductus excretorios tranſmittant. In Apoplexia ergo, Epilepſia, Vertigine, Nervorum Paralyſi, Cephalæa, Affectibus ſoporoſis apophlegmatiſmi ſunt in uſum revocandi. Opem quoque ferunt oculis lippientibus, & Ophthalmiâ laborantibus: iis itidem, quibus viſus, aut odoratus depravatur, vel gravis redditur auditus, vel aures tinniunt, aut quotidie ſuſurrant. Elegans etiam eſt Medicina in faciei puſtulis magnam phlegmatis copiam apophlegmatiſmorum beneficio expuere, ut ſic glandulæ, in quibus, docente Malpighio, ſevum pro cutis linimento conficitur, citius onere ſuo liberentur. Magis vero oris affectus, Ranula nempe ſublingualis, Aphonia, linguæ ſiccitas, gingivarum tumor, dentium dolor, uvulæ prolapſus, tonſillarum infarctus à viſcida materia, adhibitis apophlegmatiſmis adjuvantur. Nocent autem, ſi dentes carie laborent, ſi oris partes exulceratæ fuerint, ſi Tuſſis moleſtet, ſi pulmones vulcus contrahant, ſi ſuffocatio hypocondriaca immineat, ſi denique ventriculus bilioſis, & acidis humoribus ſcateat. Quemadmodum vero Pueri innoxiè apophlegmatiſmos uſurpant, ita e contra ſenes ſicciorique præditi conſtitutione ob humiditatis defectum iis malè afficiuntur. Gravidis porro, ac Lactantibus non præſcribenda, ne propter alimenti inopiam in iis abortus ſequatur, in his lac in mammis deficiat. Uſurpentur autem quocumque anni tempore horis præſertim maturinis, modo morbus illa poſtulaverit: neque incongruum puto univerſalem purgationem præmittere, præcipue ſi ſalivatio mercurialis in uſum ducenda ſit.

CAP. IV.

C A P. IV.

De medicamentis vomitum moventibus.

Vomitoria quid ſint.

VOmitoria ſunt, quæ humores in ventriculo viciniſque partibus contentos per ſuperiora vi ac impetu quaſi eiiciunt.

Qua ratione operentur.

Vomitum ſubinde movent (i) ventriculum gravando, fibras quodammodo laxando, ac ejus tonum quaſi diſſolvendo, in primis ſi largiter aſſumantur: nonnunquam vero imo ſæpius ventriculi orificium ſuperius irritando, humores viſcidos pituitoſos incidendo & attenuando, fixoſque quaſi volatiles reddendo &c. ἔμετον excitant.

Quid efficiant.

Evacuant non tantum emetica medicamenta vitioſos noxioſque humores in ventriculo contentos, verum etiam è locis diſtantioribus eoſdem exturbant. Quare & inappetentiam, nauſeam, icterum, cachexiam, febres intermittentes, aſthma, vertiginem, incubum, hemicraniam, epilepſiam, alioſque capitis morbos, qui imi ventris συμπαθεία ſunt contracti, curant. Conveniunt quoque gracilibus, bilioſis, facilè vomentibus, vomitioni aſſuetis &c. Nocent è contra difficulter aut cum periculo vomentibus, quales ſequentes; pingues & obeſi, melancholici, ad phthiſin proni, hæmoptoici, aſthma-

Quibus in morbis.

Et hominibus conveniant.

M tici,

(i) Quidquid in ventriculi cavitate reperitur, niſi ſuarum fibrarum vehemens conſtrictio interveniat, nequit per vomitum reijci. Vomitio enim fit, quum irritatis nerveis fibris interioris membranæ, motrices ſubſtratæ membranæ carnoſæ, quæ ab uno ventriculi orificio ad aliud porriguntur, tum itidem quæ in orbem ipſum cingunt, contrahuntur, & quod moleſtum eſt expellunt, ne mora ſua in ventriculo majorem & inſanabilem labem inducat. Vomitus ergo eſt quædam convulſionis ſpecies, qua ventriculus affectus in ſeipſum agglomeratur, interior ejus ſuperficies rugis contrahitur, ſpatiumque contentum coarctatur. Quemadmodum enim alii muſculi convulſi verſus ſua capita retrahuntur; ita ventriculus qui muſculus cavus mihi videtur, ex irritatione ſuis fibris illata ad inſtar ſphincterum verſus centrum contrahitur. Hinc liquet, ventriculum vomitionis præcipuum & primarium agens eſſe: cui promovendæ ſi fortè ſubſidiariæ diaphragmatis, & muſculorum abdominis manus aliquando concurrant, non idcirco cum Recentioribus nonnullis * putaverim, actionem vomitus à ſola recenſitarum partium compreſſione ſine ullo ipſius ventriculi niſu abſolvi. Quæ itaque vim habent fibras nerveas ventriculi irritandi, ea vi emetica prædita ſunt. Quum autem quædam ſint, quæ non ſtatim ac aſſumpta ſunt, vomitum cient, ſed poſt aliquot horas effectus ſuos produnt; factum idcirco, ut Bellinus, & Boerhavius id neceſſarium non eſſe duxerint, ut vomitoria ventriculum ſemper exagitent, ſed plerumque ſatis eſſe, ut vel eos humores ſecernant aut pariant, qui per alias, quàm per ventriculi glandulas, excerni nequeunt; vel in cerebrum delata prius in illud agant, deinde per conſenſum ventriculum turbent. Verum quid obſtat, cur non putemus, ejus naturæ vomitoria mitius ſtomachi fibras percellere, ac proinde vomitum illico non ſequi? At vero humore pedetentim affluente, & ſenſim acriori reddito vomitio tandem oboritur. Quædam porro ſunt, quæ non acredine ulla vomitum movent, ſed nauſea tantum ab eorum ſapore ingrato, & occulta quadam ſuarum particularum cum fibrillis nerveis diſcrepantia producta, ut aqua tepida, & oleum commune largius èpota. Interior enim œſophagi, & ventriculi tunica ita nerveis ſuis villis prominentibus eſt à natura comparata, ut ſuavibus demulceatur, & complectatur, ſecus inſuavibus mulctetur, & reſpuat. Neque enim hæc vomitum movent mole ſua, & fluctuatione in ventriculo, quum id non præſtet gelida copioſius hauſta: neque quia ſiniſtrum ventriculi orificium relaxant, ac tonum ipſius diſſolvunt, perinde ac vinum aperto foramine ex dolio effluit, quum nequeant ſubſtantiæ in ventriculi cavo contentæ ſine violenta ipſius conſtrictione per ſuperna elidi.

* Dom. du Verney, & Chirac in Monum. Acade. Regi. Pariſ.

Quibus quoque noceant

tici , (ſi nempe non ex ventriculi ſympathia malum dependeat) hernioſi, quibus pectus eſt anguſtum, ut & quorum viſcera aut inflammata , obſtructa, doloreve affecta ſunt ; metus enim ſuffocationis ruptioniſque adeſſet . Nocent quoque aſciticis , tympaniticis &c. de quibus in ſequentibus fuſius .

Emeticorũ differentiæ.

Emetica reſpectu ſubſtantiæ ſunt vel ſimplicia, vel compoſita: reſpectu vero virium , lenia , mediocria & vehementia . Modum utendi vero ſi conſideres , vel interna ſunt , quæ per os aſſumuntur, vel externa, quæ foris regioni ventriculi applicantur . At conſiſtentiam eorum ſi ſpectes, ſunt vel ſolida vel liquida .

Vomitoria mitiora varia ſimplicia Galenica.

Inter mitiora ſimplicia vomitoria excellunt ſequentia ; aqua nimirum tepida largiter pota , lac dulce tepidum affatim hauſtum, jura pinguia , oleum commune , oleum amygdalarum dulcium , ficus recentes larga manu ingeſtæ , & tepida aqua ſubinde hauſta. Inter radices ſunt aſari, raphani , cucumeris ſativæ , ſcillæ , atriplicis . Inter ſemina , raphani, geniſtæ, erucæ, ceparum , naſturtii. Inter folia, recentia ſambuci , in primis vero ſambuci oculi ſ. gemmæ. Inter flores ſummitates anethi , juli nucis juglandis , perſicorum, ebuli, geniſtæ . Item cortex medianus nucis juglandis & frangulæ; itemque ſuccus ex raphano expreſſus .

Vehementiora varia ſimplicia Galenica.

Inter vehementiora ſimplicia excellunt radices hellebori albi, cyclaminis , cataputiæ , gratiolæ , bryoniæ ; flores ebuli , geniſtæ. Inter cortices , radicis ebuli & ſambuci . Inter ſemina , cataputiæ decem aut duodecim ſemina à putaminibus liberata, tuſa, & in ovo ſorbili devorata , utiliter exhibentur iis , qui philtra aut veneficia hauſerunt: item nux vomica, nec non ſuccus cyclaminis in febribus intermittentibus ut ſpecificum à nonnullis commendatur , ex cortice mediano radicum ebuli & ſambuci expreſſus . (k)

Me-

(k) Emetica à Clariſſimo Auctore recenſita ex vegetabilium familia jam apud ſaniores Medicos exolevere ; vel quia inutilia , vel quia vehementia nimis deprehenſa ſunt, ſi Aſari tantum radices ac folia excipias , quæ à probatis in Praxi Viris commendata video . Verum omnibus palmam facilè præripit radix Ipecacuanha, cujus triplex ſpecies apud Petrum Pomet in ſua generali Aromatum hiſtoria deſcribitur , alba nempe , griſea , & fuſca , quarum poſtrema amaruſentior , & violentior magis à Medicis deſideratur . Hujus vero radicis analyſim inſtituit Dominus Boulduc , eamque Monumentis Academ. Regiæ Pariſi. anno 1700. inſeruit, comperitque minorem ſalinarum particularum ac reſinæ copiam in fuſca , quàm in griſea reperiri. Quum autem elementa illa magis inertia in griſea , volatiliora in fuſca deprehenderit , exinde fieri putavit, cur vires ejus debiliores ſint: virtus enim medicamentorum non à pondere aut mole ſubſtantiæ exiſtimanda eſt , ſed ab ipſius activitate , quum ſæpe uſuveniat , ut vis maxima in minima mole conſiſtat . In primis vero hujus radicis drachma dimidia vel integra in juſculo propinata dyſenteriæ cuicumque , etiam inveteratæ , optimè medetur , modo vomitu peracto , quem ordinariò concitat , mixtura quædam ventriculum corroborans , interdum laudanum opiatum , vel ſyrupus papaveris albi exhibeatur : quod non modo aliorum , ſed etiam à memetipſo habitis obſervationibus conteſtari poſſum . Ægrorum interim eos , qui ad vomendum aliàs minus diſpoſiti , poſt nauſeam inſignem graviter ex eadem purgatos , nullos vero, qui nauſeam haud perſenſerint, reſtitutos Dominus de Tournefort obſervavit , argumento ſibi manifeſto , à medicamine iſto , quo bis vel ter etiam , ſi opus , repetito promptius & ſecurius

non

Meritò hiſce chymicalia inſeruntur emetica medicamenta, primas enim tenent ut plurimum, quia & in minori doſi exhibentur, ac palato in primis gratiora ſunt, certiuſque operantur, nec niſi rariſſime magno impetu ſordes exturbant, ſi ſcilicet rectè & ex arte præparata propinentur: aliàs ſatius eſt ab iiſdem abſtinere, quàm temerè ægrotantium cum periculo eadem præſcribere.

Inter emetica primas tenent chymica.

Quæ inter chymicalia, quia multa ac varia paſſim in chymicis medendi methodis, ac Practicis occurrunt vomitoria, ac omnia ſingulaque uſurpari nequeunt, uſitatoria & noſtro judicio præcipua, ſingulorum autem formulam unam alteramve dabimus Lectoribus benevolis.

Inter illa quæ uſitatiora & minus periculoſa ſunt.

Inter quæ primò nobis occurrit aqua benedicta Rulandi, de qua ita gloriatur Auctor in curationibus ſuis empyricis, cujus ſequentem nonnulli dant præparationem: ex gr.

℞. *Croc. metallor.* ℥j.

1. aqua benedicta Rulandi ejuſque deſcriptio.

(Ut arbitratur Clariſſ. Joſephus Quercetanus in Pharmacopœæ dogmaticæ reſtitutæ capite VII. de aquis; quam ſententiam fovit Hartmannus, & ut Auctor quoque propoſuit centur. quint. curat. 95. Zacharias Brendelius vero in ſua Chymia in artis formam redacta vitrum antimonii pulveriſatum per crocum metallorum Rulandum intellexiſſe, & hoc quidem ex manuſcripto quodam Auctoris probare conatur. Aſt doctiſs. Michael P. M. Profeſs. Public. Lipſ. ex croco metallorum, & nonnunquam ex antimonii vitro Rulandum aquam ſuam benedictam præparaſſe in Auctoris manuſcriptis invenit, ac hanc deſcriptionem nonnullis Amicis ut genuinam communicavit.

Juxta Doctiſſimum & expertiſſimum D. Joh. Michaelem.

Vini vel alicujus aquæ deſtillatæ ℔ij. *vel* ℔iij. Miſceantur & digerantur in vitro clauſo per octiduum calore lentiſſimo, poſtea colentur per chartam emporeticam ſ. linteum denſum, colaturæ quidam addunt. *Aquæ cinnamom.* (ad ventriculi tonum confortandum) ℥ij. Hujus doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

Nota: ſi crocum metallorum infuderis cum vino malvatico, non tam per vomitum quàm per ſeceſſum operari; convenit ergo in vino albo vel aqua aliqua deſtillata infundere crocum metallorum & antimonii vitrum.

Crocus metallorum per ſeceſſum quando operetur.

Croco metallorum ſi affundatur ſuccus citri, vel berberum, digeratur, extrahatur, & evaporetur, egregium ſit extractum vomitivum ac purgans nonnullis in frequenti uſu.

Cum ſucco citri plurimis placet.

non habeatur, materiam non ſolummodo ventriculi alienam, ſed ſalia quoque heterogenea tamquam morbi cauſam è maſſa ſanguinea per glandulas primarum viarum eliminari. Non ſolum autem in Dyſenteria, ſed in quolibet alio ſanguinis fluxu valentior eſt hæc radix, ſi vel ſola, vel cum maſtiche in pilulas redacta cum balſamo Judaico propinetur, quemadmodum omni laude dignus Jacobus Mangetus in Bibliotheca Pharmaceutico-Medica nos edocuit.

Infuſio croci metallorum quare per chartam emporeticam filtranda.

Infuſionis croci metallorum vel vitri antimonii per chartam emporeticam filtratio inſtituenda, ne craſſiores croci metallorum vel vitri antimonii particulæ relictæ ſe plicis ventriculi inteſtinorumque inſinuantes ſtomachum nimis turbent, hypercatharſin excitent, mortemque accelerent, imo poſt mortem, ut obſervatum nonnunquam fuit, adhuc vomitum ſeceſſumque provocent.

Facilius, minorique cum periculo operantur, ſi in infuſione quàm ſi in ſubſtantia (1) exhibeantur dicta vomitoria antimonialia.

Spiritus vomitivi Iſ. Roet. deſcriptio.

2. Spiritus Vomitivus, quem ita deſcripſit & dedit Iſaacius Roet in ſua peſte adumbrata p.m.33.

♃. *Nicotian.optim.benè inciſ.* ʒ.jv. *Scill.* ℥ij. *Nuc. moſcat.* ℥ß. *Aq.fontan.* ℔iij. *Aceti vini alb.* ℔j. Miſceantur invicem, ac primò fiat maceratio frigida per aliquot horas, dein deſtillatio per alembicum, poſtremo cohobetur deſtillatio bis terve cum recentibus nicotian.ſcill.& nuc.moſcat.recenter maceratis.

Minima fere quantitas ſufficit pro doſi, ſaccharo puriſſimo ad gratiam edulcorari poteſt.

Oxyſacchari vomitivi Ang. Salæ deſcriptio.

3. Oxyſaccharum vomitivum Angeli Salæ. Quod ipſemet in Anatomia antimonii capite quarto pag. m. 340. ita deſcripſit.

♃. *Vitri antimonii pulveriſ.* ℥ß. *Aceti vini albiſſ.odoriſ.* ℥viij. Infundantur in balneo per quindecim horas, colaturæ adde *Sacchari albiſſimi* ℥jv. Et in patina porcellana vel vitrea reducatur ad conſiſtentiam oxyſacchari liquidi inſtar craſſioris julapii. Guſtui gratum eſt, doſiſque à ʒij.ad ʒvj.pro vice.

Sapæ vomitoriæ Joh. Tielemanni

4. Sapa Vomitoria, ut ipſam deſcripſit Joh.Tielemannus de materia medica p.m.192.& 193.

♃. *Vitri antimonii ſubtiliſſimè pulveriſ.* ℔j. *Muſti optimi recent.menſ.*jß. Infunde per 14.dies in loco calido, quotidie quinquies vel ſexies agitando, poſtea per chartam bibulam percolando, deinde ſenſim evaporando ad conſiſtentiam ſapæ.

Croci metallorum præparatio.

5. Crocus metallorum, cujus hanc damus præparationem.

♃. *Antimonii ſubtiliſſimè pulv. Nitri contriti ana q. l.* Miſceantur & in mortario ferreo admota pruna viva incendantur, contundaturque relictum, & in aqua pluviali coquatur, huic aquæ ſi acetum inſtillaveris, accipies crocum ſubtiliorem, ſ. ut aliis placet ſulphur auratum; & aqua poſtea decantetur, quodque in fundo

(1) Religio Medico ſit oportet, ne emetica antimonialia in ſubſtantia umquam exhibeat. Etenim quum eorum vis major vel minor eſſe ſoleat pro quantitate liquoris, cui infunduntur, eaq; per repetitas infuſiones vis exhauriatur, ſed ſemper vegeta ac fere incolumis maneat; utique ex aſſumptorum antimonialium particulis ventriculi fundo inſidentibus humores affluentes emeticavi ſemper inficiuntur, ac proinde uſq;ad vaſorum exinanitionem vomitus perpetuò repetet.

do relinquitur exſiccetur . Videſis Beguini Tyrocin.chym. lib.2. cap.12.p.m.291.& Grulingii florilegium Hippocrateo-Galeno-chymicum novum part.4.cap.14.pag.m. 88. Hujus doſis in ſubſtantia à granis jv.ad vij. in infuſione ad ℈ß.& ultra.

Hartmannus vero ſequenti modo præparat, ac eundem verum Rulandi crocum metallorum eſſe credit; Croci metallorum juxta Hartmannum deſcriptio.

℞. *Nitri Antimonii ana q.v.* F.ſeorſim pulvis ſubtiliſſimus, ſolvatur in crucibulo nitrum lento admodum igne, removeatur vas ab igne, addaturque gradatim antimonium pulveriſatum, quod ſi inflammetur, ſubſiſtatur, donec nitrum juſtam refrigerationem acquiſiverit, ac immiſcendo ac ſpatula ferrea agitando pergatur, donec omnia probè ſint mixta, quæ carbone vivo tum accendantur, coquantur, & exſiccentur. Videſis Schroderum Pharmacop. med. chymic.lib.3.cap.18.p.426.Grulingium florileg.loco citato.

6. Mercurius Vitæ, (ſi non mortis) cujus deſcriptio talis. Mercurii vitæ præparatio.

℞.*Antimonii pulveriſ.* ℥ij. *Mercurii ſublimati* ℥jv. Vel ut nonnulli putant antimonii & mercurii ſublimati ana ℥ij. qua de cauſa videſis caput de diaphoreticis. Miſceantur ſuper porphyrite, vel in mortario lapideo, tum retortæ vitreæ indatur mixtum, ex arena per gradus deſtilletur donec aliquid prodeat, & habebis in recipiente liquorem liquidum (butyrum antimonii nuncupatum) & craſſum, glacialem dictum. Hujus liquoris q. l. effundatur in aquam pluvialem puram, & è momento præcipitabitur in coagulum album, reponatur vitrum, donec limpida evadat aqua, ipſaque tum decantetur, coaguloque illi albo nova aqua pura affundatur, & tamdiu hoc repetatur donec inſipida maneat, coagulumque in pulverem exſiccetur. Hujuſque doſis in ſubſtantia eſt à granis ij. ad jv.in infuſo ad grana vj. Videſis apud Beguinum Tyrocinium chymic. lib.2.cap.12,pag.275.

7. Gilla Theophraſti Paracelſi,ſeu ſal vomitivum vitrioli à ℈ß. ad ʒß.imo ℈ij. Inſpiciatur Crollius p.m.23.in baſilica ſua chymica. Gillæ Paracelſi.

8. Tartarus emeticus Mynſichti in ſuo armamentario medico chymico p.m.13.& 14.Cujus doſis à granis jv.ad vj. Tartari emetici Mynſichti.

9. Regulus Antimonii, hujus præparatio ſequens. Reguli antimonii deſcriptio.

℞. *Antimonii* ℥jv. *Nitri* ℥ij. *Tartari* ℥j. (Vel juxta plurimorum judicium anaticam quantitatem) conterantur omnia ſeorſim minutiſſimè, cribrentur, miſceantur probè, & in crucibulo benè ignito, ut artis eſt, detonentur, materia ingeſta facito ut inſtar aquæ fluat, ex igne removeto, & baculo ferreo tamdiu crucibulum concutito,donec ſit refrigeratum, crucibuloque tum effracto reperies in fundo regulum. Ex hoc globuli vaſaque parantur, liquoriſque ℥ij. vel ℥iij. ſi imponantur, & poſt duodecim vel circiter horas

vinum

vinum hauriatur, vomitum ſeceſſumque movet. Inſpiciatur quoque Beguini Tyrocinium chymicum p.m.295.cap.2.lib.2.

Vitri antimonii præparatio.

10. Vitrum Antimonii, cujus ſequens eſt præparatio.

℞. *Antimonii crudi q. v.* Contundatur quàm minutiſſimè, indaturque pulveriſatum ollæ non vitreatæ, qua vivis carbonibus impoſitâ, ſpatulâ ligneâ tamdiu moveatur, donec ceſſaverit in globulos concreſcere; aſt ſi concreverit, pulveriſetur iterum: quod tamdiu repetendum, donec non amplius in globulos concreſcat, cinereique evadat coloris, prunæque ſi imponatur, nullum de ſe fumum det.

℞. *Hujus calcinati antimonii q.l.* (& hoc ſereno cœlo, pellucidius enim tum fore vitrum nonnulli autumant) imponatur crucibulum carbonibus ligneis vivis, crucibulo jam ignito indatur cochleatim calcinatum antimonium, quo fluido, relinquatur crucibulum adhuc per ſemihoram in igne, quo facto, effundatur in patellam cupream, refrigereturque lentè ad ignem; quod ſi non ſatis pellucidum ſit, repetatur denuo: vide quoque Schroderum in Pharmacop. medic. chymica lib.3.cap.17.p.m.422.& 423. Doſ. à gr. j. ad iij. in ſubſtantia, in infuſo ad ℈ß. ſolent per duas treſve horas in liquore continere, aliàs diutius ſi contineatur in infuſione fortius infuſum tum operatur.

Vitrioli albi juxta Ang. Salam.

11. Vitriolum album, de quo videatur Angelus Sala in ſua vitrioli Anatomia tractat. j. cap. 6. p. m. 363. & ex ipſo Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-chymico novo part.4.cap.3. de ſale vitrioli p.m.66.& Crollii Baſilica Chymica pag. m.25. Doſ. eſt à ℈ß. ad ℈ij. cum juſculo &c.

Reguli antimonii rubri præparatio à nonnullis pro vero Rulandi croco habiti.

12. Regulus antimonii ruber, qui à multis pro vero antimonii Rulandique croco metallorum habetur.

℞. *Antimonii crudi Nitri contrit. Salis communis calcinati ana q. l.* Seorſim pulveriſata & trita miſceantur, & in crucibulo ſatis magno ignito fundantur, & ad minimum per horam igne relinquatur crucibulum, ferro tum concutiatur, refrigeratum frangatur, & in fundo regulus antimonii ruber dictus reperitur: vis doſiſque ac dicti reguli eadem.

Vomitoriorum formulæ.

In forma pulveris.

Emeticorũ formulę variæ.

℞. *Vitriol. alb. ſ. ſalis vitrioli ℈j. ad ʒß. Pulv. aſar.* ℈ß. MS. F. Pulvis in juſculo exhib. in febribus tertianis intermittentibus.

In forma pulveris in febribuſcõducens.

℞. *Tartar. emetic. Mynſicht.* gr. iij. *Sal. abſinth.* ℈ß. *Gum. de Peru non præparat.* gr. viij. MS. F. pulvis, per ſuperiora & inferiora purgans in quartana.

In

In forma boli.

In forma boli.

℞. *Mercurii vitæ gr.* iij. *Elect. cholagog. vel hydragog. Syl.* ℥ij. *Sal. febrifug. gr.* vj. MS. F. bolus per ſuperiora & inferiora purgans in tertianis, quibuſdam in frequenti uſu.

In febribus.

℞. *Conſerv. gemmar. ſambuc.* ℥j. *Pulv. rad. aſar.* ℈ß. *Tartar. emetic. Mynſichti gr.* iij. *Syr. bacc. ſambuc. q. ſ.* MS. F. bolus in hydropis principio, dum vires adhuc conſtant, nonnullis perquam frequens.

In hydropis principio.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

℞. *Oxyſacchar. vomitiv. Angeli Salæ* ℥ß. *Spirit. ſalis armon.* ℈ß. *Aq. lavendulæ* ℥ij. MS. hujus cochlearia duo vel tria exhibeantur, aſt ſi poſt horæ quadrantem vel paulò ulterius vomitus non ſequatur, iterum duo triave dentur cochlearia, hocque toties repetatur, donec vomitus procedat: admodum convenit in epilepſia ſympathetica, ſi nempe ex pituita viſcida in ventriculo hærente ortum duxerit, & adhuc perduret.

In epilepſia ſympathetica.

℞. *Vitri antimonii ſubtiliſſ. pulv. à gr.* v. *ad* x. *Tartar. crud. pulv. à* ℥iij. *ad* ℥vj. *Aq. communis vel potius alicujus deſtillatæ, vinique non admodum aromatic.* ℥v. Fiat levis decoctio per horæ quadrantem ſubinde agitando, tuncque per linteum denſum abſque expreſſione coletur: colaturæ add. *Oxymell. ſimpl.* ℥ß. *Aq. cinnam.* ℥iij. MS. hujus aſſumantur cochlearia duo vel tria, quod ſi intra duas horas non operentur, reiteretur denuo doſis &c.

℞. *Fol. aſari num.* vij. *vel* jx. prout craſſa magnave ſint folia, aut prout forte aut leve deſideretur vomitorium, terantur cum aquæ deſtillatæ vel vini non generoſi q. ſ. & exprimatur ſuccus, cui addatur. *Oxymell. ſimpl.* ℥ß. *Aq. cinnam.* ℥ij. MS. F. hauſtus.

℞. *Croc. metallor. gr.* viij. *Cinnam. morſu elect. & pulv.* ℈j. *Vini Gall. non gener. vel Rhenan.* ℥jß. Infundatur per noctem in leni calore, mane filtretur per linteum denſius, vel potius per chartam emporeticam, colaturæ add. *Syr. card. bened.* ℥ß. MS. F. hauſtus in febribus morbiſque malignis &c. perutilis.

In febribus morbiſque malignis.

Lac dulce tepidum magna in quantitate affatim ſumptum in venenis cujuſcumque generis convenit. Nota, ſimul enim omnium humorum acrimoniam ipſiuſque veneni temperat.

Lac affatim ſumptum in veneno convenit.

Notæ in uſu vomitoriorum obſervandæ.

In emeticorum uſu quid obſervandum.

Non omnibus, nec in omni morbo, neque præter naturam affectionibus ſingulis vomitoria conveniunt: non incongruum ergo erit tradere, in quibus humoribus, hominibus, quibuſve morbis, ac præter naturam affectibus ſint utilia, vel inutilia, & noxia vomitoria.

Vo-

Vomitum ergo indicantes humores ſunt.

Humores vomitum indicantes ſunt bilis acris volatilis, &c.

1. Bilis, (ut teſtatur Fuchſius in inſtitut. medic. lib. 2. ſect. 5. cap. 25. Celſus lib. j. cap. 3. & lib. 2. cap. 12.) copioſa, acris, volatilis, aut turgens; turgentia enim ſtatim, imo eodem ipſo die educenda, teſte Hippocrate aphor. 10. ſect. 4. Nulli enim humores magis citiuſque turgent bile, quæ in peculiari imo proprio receptaculo coacervatur, & accedente tum cauſa aliqua irritante ſtatim ſubitòque effervescit, efficitque præcordiorum anxietatem, nauſeam, oriſque amaritudinem: educenda ergo per vomitoria bilis ita turgens, juxta Hippocratem aphor. 17. ſect. 4. quia facilius, citius, breviſſimâque hoc modo expellitur viâ; imo ſua natura ad ſuperiora quaſi tendit, & ſic facilè educibilis vel per leve vomitorium eſt.

Pituita in ſtomacho copioſa.

2. Pituita copioſa in ſtomacho hærens, ſed ritè præparata, nempe inciſa & liquida ſatis reddita.

Humor aqueus p. n. in ventriculo.

3. Humor aqueus in ventriculo præter naturam contentus: Heurnius lib. 3. ad Praxin cap. 13. mora enim in hiſce admodum periculoſa, minorique cum periculo nec breviori via educi poteſt unquam.

Venenum quodcunq; in ventriculo.

4. Venenum quodcumque adhuc in ventriculo exiſtens, nam aliàs nonniſi vires labefactarent vomitoria, (quæ tamen tunc temporis quantum poſſibile conſervandæ veniunt,) nihilque proficui efficerent.

Necnon in principio peſtis.

Necnon in principio peſtis (m) quia ſepe ſaburra pituitoſorum, acriumque humorum, ciborum potuumque copia nimia in ventriculo hæret initio peſtis; quibus in ventriculo jam p. n. exiſtentibus, nonniſi anxietas præcordiorum inde gravis, vomitus ſymptomaticus, diarrhæa, imoque dyſenteria lethalis produci poteſt. Convenit ergo ſtatim ab initio invaſionis vomitoria tonum ventriculi roborantibus mixta (ne vomitus ſymptomaticus & letha-

(m) Circa vomitoriorum uſum tempore peſtis non unica omnibus manet animo ſententia. Præclara etenim illa duo Artis Medicæ lumina, Sylvius nempe & Williſius in morbi infantia emeticum commendarunt, ne ex veneno cum ſaliva permixto deglutito nauſea mox, & immanis vomitus ſequeretur. Clariſſimus vero Diemerbroëchius, qui peſti Noviomagenſi interfuit, vomitoria ſæviente peſte maximè fugienda eſſe monuit: idque multis eorum exemplis confirmavit, quibus vomitu per emetica provocato morbus adeo increbruit, ut mortem certius, & citius ſubierint. Memoranda etiam eſt Chymici cujuſdam hiſtoria apud Platerum, qui quum antimonio ſe omnes curaturum polliceretur, peſte tamen & ipſe correptus ſimul cum uxore periit. Verum non prætereundum eſt, quod quum venenum peſtilens varium eſſe poſſit, tum itidem propter temperamentorum diſſonantiam, & anni temporum ac mundi regionum diverſitatem variæ fieri poſſint morborum complicationes, id obſtet, quominus velut firmo canone, & indubitata regula vomitoria in omni peſte damnanda ſint: quod in aliis quoque medicamentorum generibus tempore peſtis à ſanioribus viris monitum eſt. Unde ſæpe videas, Medicos quantum doctos initio peſtis in remediorum præſcriptione varios ac fluxos eſſe, & nullum medicamentum non periclitari, uſque dum docente experientia ſalubrius, aut minimè nocuum elegerint, cui perpetuò inſiſtere poſſint.

thalis ſequatur) exhibere, ut elaboratis & expulſis illis præter naturam in ventriculo contentis, felicius citiuſque medicamenta antiloimica exhibita operentur, curationiſque ſic major ſpes affulgeat.

Vomitum prohibentes humores ſunt.

Emeticum vetantes humores ſunt.

1. Acidi, primò quia admodum difficulter & nonniſi cum ægrorum moleſtia gravi, dolore pungente, anxietateque præcordiorum inſigni expelluntur; dein quia ſæpe omnia acida non temperata admixta vomitoriis, aut poſtea exhibita omnem vomitionem ut plurimum impediunt. Acidi.

2. Auſteri, & quidem quia vix notabili aliqua quantitate educi queunt, & quod ſummo conatu & maxima vi tum foras educitur, fit nonniſi ſummis cum torminibus, cruciatibus, doloribuſque contorquentibus, atque anxietate præcordiorum ineffabili, imo faucium cum ſtrangulationis metu conſtrictione: videſis apud Fallopium tractat. de med. purgant. cap. 18. Corrigendi temperandique potius veniunt auſteri humores, quàm inconcocti & crudi, quales auſteri, juxta Hippocratem aph. 23. ſect. 2. educendi aut movendi. Quare etiam Hippocrates melancholicos infra, temperatis nempe auſteris, non vero ſupra purgandos docet aphor. 9. ſect. 4. Auſteri.

3. Valde viſcidi, quia tanta cum difficultate viriumque tum proſtratu illi valde viſcidi humores expelluntur, niſi aliquouſque inciſi & liquidi redditi; vel ſi vomitoriis incidens atque attenuans aliquod addatur medicamentum: tumque quid in aſthmate, nempe è viſcida pituita oriundo, ſubinde vomitorium efficiat, judicet qui vomitorium aliquando tali in affectu exhibuit; breviori enim viâ pituita illa in ventriculo aſthmaticorum hærens, imo aſthmatis ſubinde cauſa fomeſque educi nequit: ea de cauſa inſpiciatur Paulus Ægineta lib. 3. de re medica cap. 29. Oribaſius lib. 9. item Aetius Tetrab. 2. ſermon. 4. cap. 57. Valde viſcidi.

4. Sanguis, qui tuſſiendo, aliave vi in ventriculi cavitatem, inteſtinorum, aſperæ arteriæ, pulmonum &c. præter naturam effunditur; quia nonniſi hæmorrhagiæ gravioris periculum vomendi vi efficerent, nullaq; curationis ſpes Medico Adſtantibuſque affulgeret. Sanguis tuſſiendo &c. effuſus.

NOTA: ſanguis ſpumoſus, ſi tuſſi expellatur, è pulmonibus prodire judicatur, teſte Hippocrate aphor. 13. ſect. v. Si non tuſſiendo ſanguinem ſpumoſum ſpuant ægri, dextrum præcordium dolentes, (n) de hepate ſpuere & perituros dixit Senex Coac. prænotion. ſect. 3. p. m. 563. & 566. Sanguis ſpumoſus tuſſiendo vel non tuſſiendo ſi expellatur, unde proveniat.

(n) Locum hunc Hippocratis juxta vetuſtioris Anatomes dogmata eleganter interpretati ſunt Ludovicus Duretus, & Proſper Martianus. Verum quum eorum explicationes noviſſimæ Ana-

Morbi, qui vomitum indicant, ſunt.

Conveniũt emetica in febribus intermittentibus tertianis & quartanis &c.

1. Febres intermittentes, in primis tertianæ, teſte Heurnio 2. method. ad Praxin cap. 21. & quartanæ (teſte Corn. Celſo lib. 3. cap. 16. pag. m. 147. & Foreſto lib. 18. ſcol. 15. ut & Roderico à Fonſeca tom. j. conſult. 65. necnon Jouberto lib. 2. Practic. cap. 2. Paræo lib. 6. oper. chirurg. cap. 31.) quia ſæpius multum pituitæ viſcidæ vel liquidæ in ventriculo hærens febres graviores, anxietateſque moleſtas generat atque efficit : qua expulsâ ad tutiorem, citiorem, jucundioremque curationem, quotidianâ teſte experientiâ, paratur via, in primis ſi horrore & tremore ante febres vexantur ægri, ut teſtatur C. Celſus lib. 2. cap. 13. p. m. 87.

Quare quartanæ autumnales longiores.

Quartanæ autumnales longæ, & maximè ſi ad hyemem pertingant, dixit venerandus Senex aphor. 25. ſect. 2. & Cornel. Celſus lib. 2. cap. 8. p. m. 76. ratio eſt quia tempore hyemali & autumnali, (tum enim quartanæ in primis exoriuntur aphor. 22. ſect. 3.) humores viſcidiores & crudiores generantur, teſte iterum Sene lib. de natura humana textu 14. p. m. 271. & lib. de ſtructura hominis textu 8. p. 286. Hyems pituitam in corpore adauget, ut idem dixit. Quia igitur pituita in ventriculo hærens per breviorem commodioremque viam expelli nequit, quàm per vomitoria, meritò ea in quartanis præſcribuntur.

In paroxyſmo tamen non conveniunt emetica.

Non convenit tamen in paroxyſmo, ſed ante, ut voluit Joubertus lib. 2. Pract. cap. 2. vel in primis poſt ipſum vomitoria exhibere, quia gravior inde paroxyſmus excitaretur, vireſque magis proſternerentur:

Nec in principio.

nec utile quoque in quartanæ principio, teſte Corn. Celſo lib. 3. cap. 16. p. m. 147. & Foreſto lib. 3. de febribus ſchol. 35.

In epilepſia ſympathetica.

2. Epilepſia, quæ fit per conſenſum, ut teſtatur Paulus Ægi-

Anatomes legibus conglutinari nequeant, emunctæ naris Hominibus diſplicere debent. Etenim quum ſanguinis diſpenſatio in partes corporis à corde, non ab hepate fiat; nequit idcirco ab hepatis vitio, ſivè inflammatione fieri ſanguinis anadromes ad pulmones, ut Duretus loquitur. Quumque hepar alio gaudeat munere, quàm ſanguifica facultate, non poterit ſanguis ex ejus facultatis robore adeo exuberare, ut coacta ſit natura illum per pulmones effundere, ut aſſerit Martianus. Ut itaque Hippocratis ſententiam illuſtremus, lubet in Sylvii opinionem propendere, qui hepatis bilem continuò tamquam novum fermentum ſanguini infundi ad ejus fermentationem renovandam arbitratus eſt. Licet enim ei non aſſentiar, dum ait bilem à cyſti fellea per poros biliarios in hepatis ſubſtantia ſanguini commiſceri, quum contrarium evincant Malpighii experimenta; attamen à vero non abhorret, quod opinatur præclariſſimus Alphonſus Borellus de motu Animalium part. 2. cap. 10., bilem ad inſtar ſanguinis motu circulari agi, & perenni flumine ab hepate in inteſtina deferri, à quibus per venas meſeraicas (addiderim quoque lacteas) in ſanguinem redit. Quum itaque fervidior & acrior bilis hepatis vaſa permeet, dolet ſtatim ipſius ſubſtantia, dolorque ac tenſio in dextro hypochondrio, cui ſubjacet, ſentitur. Quumque ſanguis ex ejus admixtione vehementius incendium prope cor ſubeat, facilè tenella pulmonum vaſa, quæ ipſius impetum primùm excipiunt, aperire poterit: unde eouſque durabit ſanguinis effuſio, donec mitior bilis in hepate ſecernatur.

Ægineta lib. 7. cap. 10. & Foreſtus lib. 18. obſervat. ſchol. 15. & lib. 15. obſervat. ſchol. 89. Viſcidâ enim hac viâ expulsâ pituitâ ſæpe ipſa epilepſia ſympathetica curata fuit. Aſt nota, ſemper ſpecifica antiepileptica eſſe admiſcenda, præceſſis nempe præparantibus incidentibus, acrimoniamque in primis acido-auſteram humorum temperantibus: non vero ita conveniunt in epilepſia idiopathica Foreſt. lib. 18. obſervat. ſchol. 15.

Specifica tum admiſcenda.

Non in idiopathica.

3. Apoplexia (o) hicque in primis laudantur vomitoria ex antimonio, ut crocus metallorum, & inde parata aqua benedicta Rulandi, vitrum antimonii, ejuſque flores &c. videſis quæſo Clariſſ. Riverium Praxeos lib. j. cap. 2. p. m. 23. & 24. Attamen rectè W. Hoeferus in ſuo Hercule medico, cave, inquit, à vomitoriis in apoplexia, niſi æger ſtatim à cibo fuerit apoplecticus factus, & eodem tempore Medicus accerſitus ſit, ægerque ad ſe aliquantulum redire incipiat.

In apoplexia.

Quæ in primis conveniunt.

4. Singultus, in primis ſi ab humoribus bilioſis acribus aut venenoſis ortum duxerit (p) ut apud Clariſſimum ac Doctiſſimum, D. Foreſtum lib. 18. obſerv. ſchol. 12. necnon Experientiſſ. Virum D. Franciſcum de le Boe Sylvium Prax. lib. j. cap 23. §. 18. & ſeq. rationem vomitoriorum exhibendorum in ſingultu videre eſt.

In ſingultu.

5. Cholera morbus (q) aſt notandum, leviora eſſe exhibenda

In cholera.

N 2

(o) Omnis Apoplexiæ curandæ ſingulare veluti myſterium in vomitu latet, ſi unicam tantum excipias, quæ à ſumma plethora vaſa cerebri obſtruente, & ſanguinis circuitum ſufflaminante ortum habet: in quo caſu quemadmodum ſanguine largius miſſo ad priſtinos ſenſus ſtatim patientes redeunt, ita à vomitoriis, à quibus ſanguinis curſus verſus inferiora retardatur, citius enecantur. Levioris enim monetæ ſunt cætera præſidia, nec tanti valoris, ut naturam alto, ac funeſto quaſi ſopore ſepultam ſuſcitare poſſint. Quapropter arridet nobis methodus Fabri, qui inſtillato prius patientis ori cōfortanti ac ſpirituoſo aliquo remedio, ut ſic deglutiendi facultas viviſcat, paulò poſt generoſum emeticum propinat. Non video autem, cur Auctor noſter notet ex Hoefero, vomitorium tantum iis eſſe exhibendum, qui ſtatim à cibo Apoplexiâ correpti fuerint, quum generoſum illud remedium in hoc morbo nullo fere tempore poſſit limitari. Neque illud ſemper patiar pro emetici adminiſtratione, ut Æger ad ſe redire incipiat, quum aut ille nunquam redibit, aut rei felicius agendæ occaſio præterfluet.

(p) Generatim Singultus emeticis cedit, ſi ab acri materia ſtomacho, vel diaphragmati impacta ortum habeat; vehementioris enim commotionis ventriculi beneficio materia illa excutitur. Secus ſe res habet, dum Singultus ab hepatis, vel diaphragmatis inflammatione aut vulneribus, vel per cerebri conſenſum excitetur.

(q) Cholera, ut ex Cnidiorum Medicorum ſententia ſcribit Galenus 1. meth. cap. 2., à bile flava nomen ſuum duxit, quod fecit ut vulgò morbum illum per bilis rejectionem exponerent. Quod tamen perperam factum puto, quum in Cholera non tam bilis, quàm alterius malè corrupti humoris ingens copia maximam excretionis partem conſtituat. Licet enim in pluribus Cholericis initio meracam bilem reijci deprehenderim, attamen deinde ſerum, & longè copioſiſſimum, ſubductum eſt. Quum vero in Cholera cunctatio periculoſa quammaximè ſit, &, ut ait Celſus, nulli morbo, quàm ipſi, minori momento ſuccurri debeat; idcirco ut ventriculus onere ſuo citius liberetur, non inconſultum putat clariſſimus Auctor, blandum emeticum porrigere. Verum id aut numquam, aut tunc tantum permiſerim, quum morbus ſit à copia & vitio ingeſtorum, naturaque ad expulſionem cunctabunda, & iners videatur. Tutior fortè eſt Celſi methodus, unde non multum abludit doctiſſimus Sydenham in tract. de morbis acutis, qui protinus, ac morbus cœpit, aquæ tepidæ quamplurimum bibere præcipit, & vomere; vix enim umquam illa ſine vomitu ſumitur: quod etiamſi non incidat, tamen corruptæ

da vomitoria, ne bilis per ſe jam ad exitum diſpoſita totaliter, & ſimul vita effundatur, ut teſtatur Corn. Celſus lib. 2. cap. 13. p. m. 87. & Pereda lib. 1. Practic. cap. 35. Confert ergo, quod quoque non ſemel obſervavimus, vomitorium ex ſub-acido dulci, ut oxyſaccharo vomitivo Angeli Salæ, addito laudani opiati grano uno aut ejus dimidio.

In arthritide.

6. Arthritis (r) ut docet Paræus lib. 17. oper. Chirurg. cap. 20. & Sennertus de arthritide cap. 6. & 7. necnon Hier. Capivaccius apud Scholzium conſil. 232. ut & D. Crato apud eundem conſil. 105. Paulus Ægineta lib. 7. cap. 10. Solenander ſect. 5. conſil. 2. & G. F. Hildanus epiſtola 35.

In capitis doloribus inveteratis.

7. Nonnulli capitis dolores inveterati, ſed cautè tum ut præſcribantur neceſſe eſt, & nonniſi ex conſenſu ventriculi, aut pituitâ viſcidâ in eo contentâ oriantur, ut videre licet apud Valeſium de Tarana in philonio lib. 1. cap. 7. Capivaccium lib. 1. Pract. cap. 17. Rondeletium method. curand. cap. 10. Platerum lib. 3. Praxeos cap. 3. Paulum Æginetam lib. 3. cap. 4.

In Aſthmate.

8. Aſthma (s) teſte Foreſto lib. 18. obſervat. ſchol. 15. Vide

---

ruptæ miſcuiſſe novam materiam prodeſt, parſque ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum. Id ſin minus arrideat, curationis cardo in oleo amygdalarum dulcium recens expreſſo reponendus eſt, quod frequentius & largius uſurpandum, atque operam is non ludet, qui ei laudanum opiatum ſubinde nectat.

(r) Emeticis Medicamentis non modo Arthritidem optimè curari, ſed etiam anteverti viri ab Auctore laudati docuere. Verum quotus eſt eorum probantium numerus, tot fere ſunt diſſentientes, Sydenhamius in primis in tract. de Podagra, qui refractarii hujus morbi Medicus ſimul & Patiens, à vomitoriorum uſu metuit, ne materia peccans, quam natura inviolabili lege ad articulos reijcit, in aliquod è viſceribus irruat, ac proinde mutato morbi genere Æger de vita periclitetur. Quod fortè quum agnoviſſet inter Veteres Solenander; illud in ſuis ſcriptis monuit, ne quum Arthriticos purgare velimus, blandiora iis medicamina porrigamus, ſed validiora potius, à quibus idcirco humor commoveri & exturbari poſſit. Ego vero licet abſente Arthritide vomitum circa Veris initium, quando Arthriticos purgandos vult Galenus, * ad ventriculum mundandum (unde certè primitiva Podagræ materia natales ſuos habet) maximè aſſuetis permiſerim; nihilo tamen minus, illa praſente, patienti utilius, & pro Medici fama convenientius ſemper habui, ejus generis remedia non experiri. Quum enim humor ab articulis facili negotio ad primas vias retrahi non poſſit, ſi ille non eijciatur, jam jacta erit alea de patientis vita, aut ſaltem dolores nimium increbreſcerent, tardiuſque finirent. Ad Arthritidis autem præſervationem, neve illa recens nata frequentioribus inſultibus confirmetur, omnium magis Ægris ſuis commendent Medici accuratam victus rationem, & laborioſam pedum exercitationem; quam ſemper maximè ſalutarem in hoc morbo deprehendi. Atque hæc fortè eſt ratio, cur Arthritis inter Nobilium aulas frequentius occurrat, atque iis præcipuè inſidias ſtruat. Hinc non minus ſcitè, quàm lepidè fingit Lucianus in ſua Tragopodagra, Deam Podagram unum ex ſuis nunciis, qui ut ad ſe ocyſſimè rediret, quinis diebus bina ſtadia emenſus erat, & ſudor univerſo corpore difflueret, in ſuæ promptitudinis pretium triennio doloribus immunem dixiſſe. Inſigne autem pro hoc morbo documentum habemus ab Hippo. prædict. 2., quod quia conſuetam ipſius ſapit majeſtatem, hìc non præteribimus. De Podagricis hæc dico. Quicumque aut ſenes ſunt, aut circa articulos callos tofaceos concretos habent, aut ærumnoſam vitam degunt, ſiccam alvum habentes, hi omnes ſani fieri non poſſunt humana arte, quantum ego novi. Sanant quidem hos optimè dyſenteriæ, ſi ſucceſſerint. Sed & aliæ eliquationes valde proſunt, quæ ad infernos locos repunt. Qui vero juvenis eſt, & circa articulos nondum tofaceos callos concretos habet, & accuratè vivit, & laboris amans eſt, & alvum bonam habet ad obediendum pro ſtudiorum ratione, hic ſanè Medicum intelligentem nactus, ſanus fieri poterit.

* In lib. de ratio. curan. per venæ ſect. cap. 7.

(s) Aſthmatis cauſas curioſiores Medici quandoque in ſpiritibus, plerumque in pulmonibus, & ſanguine, ſæpiſſime in ventriculo exquirunt. Si à vitio ſpirituum & nervorum fiat, quia nihil excernitur, ſiccum ideo ſalutari ſolet. At ſi ſanguis craſſior & glutinoſior, crudiſque

deſis quoque quæ dicta circa humores valde viſcidos vomitum prohibentes: & Orthopnœa, ut docet Heurnius 2. method. ad Praxin cap. 21.

Et orthopnœa.

9. Hydrops, quare inſpiciatur Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 119. & Horatius Soſer. apud Scolzium conſil. 131. Trincavellus lib. 3. conſil. 32. in principio, & dum vires adhuc conſtent ſi præſcribenda præſcribantur, confirmata vero hydrope fugienda omnino. Totaliter vero à vomitoriis in hydrope abſtinendum judico, quia nec à principio multò minus in augmento aut ſtatu aliquid emolumenti ægris adferre poſſunt, niſi ſummo cum periculo, in primis quia tutius jucundiuſque per epicraſin purgantia, diuretica, diaphoretica, potuſque ac humidi abſtinentiam curatur hydrops.

In hydrope

Et quidem in principio

Aliàs nocent.

10. Partus difficilis, ſi nullis aliis medicamentis promoveri queat.

In partu difficili.

11. Fœtus mortuus & ſecundinæ, itidem ſi aliàs expelli nequeant; hac etenim vi inferiora omnia quammaximè premuntur, ſicque aliquando excluduntur, quæ nec naturæ, nec aliorum medicamentorum vi expelli potuerant. Sed nota, ſpecifica (t) tum fœtum ſecundinaſque expellentia vomitoriis admiſcenda eſſe.

In fœtu mortuo & ſecundinis retentis.

Plures quidem dantur morbi, (u) in quibus vomitoria commendantur, & utilia ſunt atque neceſſaria. Sed quia ex illis, ubi de humoribus vomitum indicantibus egi, ſatis ſuperque, niſi quis pla-

---

que particulis fœtus, lentius per pulmones progrediatur, eoſque viſcida materia infarciat, & morbum hunc producat, tunc à materiæ per tuſſim excretione humidum Aſthma dicitur. Verum ſi ventriculus crudo, acidoque chylo, eodemque in flatus reſoluto ita diſtendatur, cæteraque viſcera adeo intumeſcant, ut nec diaphragma liberè deſcendere, nec pectoris cavitas amplificari, neque pulmones ac cor ſatis expandi poſſint, tunc quod oritur Aſthma Stomachale Practicis audit. Quamvis vero emetica in hac poſtrema Aſthmatis ſpecie videantur magis utilia, ac fere neceſſaria; in humido tamen etiam illa commendarunt Rulandus & Hartmannus, iiſque adhibitis celerius Patientes, quàm ullis aliis medicaminibus ſublevatos multoties vidi, tum quia pulmones vomitionis beneficio onere ſuo citius liberantur, tum quia morbi radix, quæ plerumque in ventriculo latet, evellitur.

(t) Neſcio cui uſui hic eſſe poſſint ſpecifica fœtum & ſecundinas pellentia emeticis nectenda. Nam ſi umquam hæc fœtum extra uterum propellant, id quidem validioribus diaphragmatis ac muſculorum abdominis contractionibus, quæ à vomitione abeſſe non poſſunt, referendum eſt. Neque idcirco putabimus, ab emeticis aſſumptis, ſpecificorum viribus collatis, effectum certius obtineri, quum tanta ſit in iis vis pro expellendo fœtu, ut majorem ab aliis emendicare non indigeant.

(u) Ingens profecto eſt morborum copia, quibus jam adultis, vel ſaltem naſcentibus emetica obviam ire valent. Quum enim omnis fere morbus frequentius ex vitio digeſtionis ventriculi, quàm ex alia cauſa, deſcendat, non citius, nec certius ii eripi poterunt, niſi eorum radix per vomitoria evellatur. Speciatim vero notarunt Practici, emetica utilia eſſe in omnibus ac ſingulis ipſius ventriculi affectibus, qui vel famem adimunt, ut in Anorexia, vel depravant, ut in Pica & Malacia; vel Chyloſim evertunt, ut in Apepſia; vel ſenſum ipſius turbant, ut in Cardialgia. Plurimæ vero Febres ſive continuæ ſive intermittentes ſive malignæ emeticis ita auſcultant, ut ſæpiſſime earum radix unico vomitorio proſcindatur. Pro Mania itidem & Melancholia unicum in vomitoriis, quantum ego novi, conſiſtit præſidium, adeout cæteris remediis cedere neſciant. Quum autem ex ventriculi conſenſu ſæpius Vertigo in capite, Syncope in corde fiat; idcirco iis quoque morbis curandis emetica à Practicis proponuntur.

plane in Medicina hoſpes ſit, colligi & concludi poteſt, in quibus vomitoria conveniant, in quibus vero non, hos morbos tantum & non plures enumerare libuit.

Morbi vomitum prohibentes ſunt.

Nocent vero emetica in phthiſi.

1. Phthiſis: ratio eſt, quia non tam ab humorum quantitate, aſt potius qualitate peccante, & quidem à catarrhis ſalſo-acribus, ut abunde probavimus in notis noſtris ad Praxin Pauli Barbette lib.3.cap.2. de phthiſi p. 85. & ſeq. producitur. Et quid, quæſo, efficerent illa vehementiora medicamenta, quàm ut vires tollerentur, catarrhi plures indeque tuſſis gravior excitaretur, vaſorumque apertio incurabilis, ſuffocatio, ac mors denique accerſeretur?

In febribus hecticis.

2. Febres hecticæ, & eadem fere quæ phthiſeos ratio eſt; quare vomitum prohibeant hecticæ febres.

In tabe.

3. Tabes, quia ſæpe ex venarum ruptione, aut ex capitis deſtillatione ſalſa, acri, & exedente, teſte Hippocrate Coacar. prænotion. Coaca 438. pag. 565. ortum ducit: quare vomitoria in tabidis damnarunt Quercetanus lib. 1. Pharmacop. dogmat. reſtitut. cap. 16. & Heurnius in Praxi medica lib. 2. cap. 21. Hipp. aph. 8. ſect. 4. (x)

In omnibus pulmonum morbis.

4. Pulmonum morbi omnes, ut in anhelis (y) ob ſuffocationis metum: quia enim reſpirationis difficultas, quæ per ſe illos ſatis ſuperque angit, ob impeditum (durante vomitione) diaphragmatis motum, admodum augetur, revera non mirum, ipſa reſpiratio ſi ſiſtatur nonnunquam, ſuffocenturque ipſi. Peripneumonia, pleuritis, hæmoptyſis &c. nam nonniſi malum incitare valent, ut teſtatur Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 119. & Paulus Ægineta lib. 7. cap. 10. necnon Hartmannus in Crollii baſilicam chymicam p. 33. ut & Fo-

---

(x) Hæret mihi aqua, ut dici ſolet, in cit. Hippocratis aphor., quomodo verba ejus ſint intelligenda, quæ vomitum Tabidis apertè interdicunt, quum lib. 2. de morbis ſect. 2. & 3. eos per ſuperna tantum, ſi opus, nunquam per inferna purgandos eſſe monuerit. Quare ſi Græcam vocem φθινώδεας, quæ in hoc aphor. reperitur, in Tabidos, aut Phthiſicos latinè vertamus, ut Galenus, nulla major occurret in germanis Hippocratis ſcriptis antinomia, quæ ipſius auctoritatem maximè labefactaret. Idcirco vocem illam verterim potius cum Mercuriali & Martiano in Tabeſcentes, ac ſi is affirmare voluerit, emetica iis non eſſe præſcribenda, qui naturali conſtitutione ad Tabem & Phthiſim contrahendam ſunt proni, quales ab eodem Hippocrate perhibentur eſſe, qui thorace ac tergo reſtricti ſcapulas habent alarum inſtar exporrectas, atque amplioti capite præditi diſtillationibus in pulmones irruentibus vexantur. In his enim vomitio eſt ſuſpecta, quia facili negotio aliquod vas in thorace rumperetur. Quamvis vero utrumque medicamentorum genus, tam quæ infra quàm quæ ſupra purgant Phthiſicis noceant; attamen minus fortè damni ex his, quàm ex iis Patientibus imminebit. Illa enim ſputum reprimunt, quo nihil in hoc affectu nocentius, & exitialem alvi fluorem parere poſſunt: hæc vero licet pulmones exagitent, nihilominus anacatharſim, quæ maximè neceſſaria in hoc morbo à Practicis judicatur, promovent. Nulli tamen idcirco Auctor eſſe volo, ut hujus generis remedia Phthiſicis exhibeat, quum ſatius ſit ab iis abſtinere, quàm iis adhibitis Hominem celerius interimere.

(y) Verum quidem id eſt, ſi anhelitus ex alia cauſa, quàm ex pulmonum infarctu à materia glutinoſa, vel ex viſcidis cruditatibus ventriculi tunicis adhæreſcentibus, puta ex pleuræ vel pulmonum inflammatione, aut nervorum culpa fiat. Vide, quæ circa Aſthma pag. 100. monuimus.

& Foreſtus lib. 16. obſervat. ſchol. 33. & Heurnius Prax. med. lib. 2. cap. 21. Gregorius Horſtius decad. 4. problem. med. quæſt. 5. p. m. 123.

Chirurgus triginta duos annos natus anguſti animi homo, verum plethoricus, de dolore pectoris obtuſo, nonnunquam de reſpiratione nonnihil difficiliori & quaſi anhelus conqueſtus: ſummo mane aliquando ſurgens gravi nauſea ac tandem vomitu bilioſorum humorum correptus fuit, ſub cujus finem titillationem quandam imo tuſſiendi conatum cum pectoris quodam calore moleſto obſervavit, ac tum ſubitò in hæmoptoen ſummam incidit, & incredibilem ſanguinis floridi copiam nonnihil ſpumoſi per tuſſim excrevit. Quare mox vena ſatis largiter ſecta, ſequentem dedimus mixturam.

Chirurgus plethoricus poſt nauſeam imo vomitum in hæmoptoen graviſſimam incidit.

Quare vena ſecta, & mixtura fuit præſcripta.

℞. *Aq. Plantag. recens deſtillat.* ℥jv. *Cinnam.* ʒv. *Acet. ſtillat.* ʒiij. *Succ. foliorum acetoſæ expreſſ.* ℥j. *Ocul. cancr. ſubtiliſſ. lævigat. Corall. rubr. pp. ana* ℈ß. *Sanguin. dracon.* ℈j. *Laud. opiat. gr.* iij. *Syrup. adſtring. noſtri mox ſecutur.* ʒ. x. MS. De qua ſingulis horæ quadrantibus cochleare unum aſſumpſit tali cum ſucceſſu, ut brevi hæmoptoe liberaretur: ne tamen in empyema mutaretur, ſequens decoctum pectorale aliquandiu uſurpavit.

Quorum beneficio fuit liberatus.

℞. *Rad. alth. Chinæ in taleolas inciſ. ana* ℥ij. *Glycyrrhi. exteriori cortice liberat.* ℥j. *Dulco-amar.* ʒx. *Folior. tuſſilag. Capill. vener. ana* Mjß. *Siliquar. dulc. ſine granis* ℥jß. *Fruct. jujubar. Sebeſten ana no.* xv. Coq. ſ. a. in ſ. q. aq. commun. in colatur. Pint. iij. diſſolv. *Syrup. hyſſop. Diacod. ana* ℥jß. MS. Phlegmata vero ſanguinolenta quia ex voto non eiiciebat, ſequenti uſus fuit linctu.

Ne in empyema degeneraretur, apozema pectorale uſurpavit.

Et linctum, ut facilius phlegmata redderet.

℞. *Syrup. de ſymphyto Fernelii* ℥jß. *Tuſſilag. Papav. rhead. ana* ʒvj. MS. F. Linctus. Hoc uſurpato facillimè phlegmata ſanguinolenta expulit liberius reſpirans: verum conqueſtus de alvo adſtrictiori, & dolore quodam gravativo infra umbilicum à ſanguine grumiſque deglutitis forſan excitato, quare ſequens præſcripſi enema.

℞. *Decoct. emollient. & Carminativ. vulgar.* ℥viii. *Elect. diacathol.* ℥ij. *Mellis virgin.* ʒvj. MS. F. Clyſter pro viro.

Ob alvum adſtrictam enema fuit injectum.

Cujus beneficio ter quaterve fæces nigerrimas ſummèque fœtentes depoſuit, brevique curatus fuit. Ne tamen facilè recidivam pateretur, ſæpius venam eſſe ſecandam neceſſum duximus, attamen nonnunquam eundem affectum paſſus fuit. Jamque vero ſummo cum ſucceſſu tantum lacte bubulo calefacto gummi tragacanthi ſubtiliſſimè pulveriſati parumper admixto ter quaterve de die, ac bis in ſeptimana balſamo Lucatelli ſequenti modo parum mutato ad drachmas tres pro doſi utitur.

Poſtea ipſi vena fuit ſecta, ne recidivam pateretur.

Hinc balſamo Lucatelli & gummi tragacanthi fuit uſus.

Vir quadraginta circiter annorum ſæpius hæmoptoen paſſus, ſu-

Vir ſæpius hæmoptoen paſſus, ne in empyema degeneraret.

ſupradictis medicamentis ſemper eâdem liberatus eſt. Verum phlegmata jam ſanguinolenta jam quodammodo purulenta quia ſubinde excreverat, & ne in empyema degeneraret hæmoptoe, non abſque ratione verebar: quare ipſi balſamum Lucatelli quater in ſeptimana cubitum ituro ad duas tresve drachmas aſſumendum præſcripſi; ut & quotidie mane nempe & poſt meridiem loco potus, ſ. infuſionis herbæ theæ, extractum ſeu infuſionem dulco-amaræ cum radice glycyrrhizæ recentis aquâ calidâ & benè coctâ extractam ſummo cum effectu aſsumpſit. Cujus ope nec de hæmoptoe aut empyemate, nec de phlegmatibus ſanguinolentis aut purulentis conqueritur.

Balſamum Lucatelli & infuſionem dulco-amaræ ſummo cum ſucceſſu aſſumpſit.

Lectori ſtudioſo in primis commendo in affectibus pectoris, imo in ipſo empyemate infuſionem dictam.

Syrupus adſtringens.

Syrupi adſtringentis deſcriptio.

♃. *Folior. menth. criſp. Flor. balauſtior. Roſar. rubr. ana* ℥j. *Baccar. myrti Cortic. quercin. ana* ℥jß. *Raſur. lign. ſantali rubri* ʒx. *Cinnam. acutiſſim. Caſſ. lign. linguam ferientis ana* ʒvj. Conciſ. & contuſ. affund aq. pluvial. calid. pint. iij. Coq. ſ. a. vaſis optimè clauſis ad tertiæ partis conſumptionem, fortiter per pannum denſum expreſſo add. *Sacchari clarificat. & ad conſiſtentiam tabularum coct. q. ſ.* pro Syrupo.

Balſamus Lucatelli.

Balſami Lucatelli deſcriptio.

♃. *Ol. olivar. optim.* ℔iij. *Vin. Hiſpanic.* ℔j. *Terebinth. Venet. aqua roſarum ſæpius lot.* ℥viij. *Ceræ flavæ optim.* ℔j. Coq. ſ. a. lentiſſimo igne, ſub fin. add. *Raſur. lign. ſantal. rubr. ſubtiliſs.* ℥ij. *Balſam. Peruvian.* ℥j. *Flor. ſulphur.* ℥ß. MS. pro balſamo, in vitris ſervando, & veſicâ bubulâ &c. optimè claudendo.

In hyſterica paſſione ſ. ſuffocatione hypochondriaca

5. Hyſterica paſſio à quibuſdam ſuffocatio hypochondriaca, videſis Aetium Tetrab. j. ſermon. 3. cap. 119. Paulum Æginetam lib. 7. c. 10. necnon Hartmannum in Crollii Baſilic. chymic. p. 33. Ratio eſt, quia ab acido-auſteris humoribus producitur, illique humores quamvis exigui ſint, quanta cum difficultate, conatu, ac vi, quantaque cum moleſtia, anxietate præcordiorum, torminibus, cruciatibus, atque doloribus contorquentibus, imo ſtrangulationis mortiſque metu expellantur, ſupra, ubi de auſteris egimus, probavimus. Satius ergo eſt, acido-auſteros humores corrigere, & breviori jucundiori tutiorique methodo ſuccurrere ægro anxio, quàm vomitoriis eundem, ſi non plane ſuffocare, magis anxium reddere.

6. An-

In angina.

6. Angina (z) ob ſuffocationis & quaſi ſtrangulationis metum, ut teſtatur Joubertus de thoracis affectibus cap. 1. & Gregorius Horſtius decad. 4. problem. medic. quæſt. 4.

In morbis oculorum & aurium.

7. Morbi oculorum & aurium, quia facilè inde gravior auditus, imo ſurditas, viſuſque debilitas, necnon ſubinde cæcitas efficeretur. Hippocrates libro de locis in homine; Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 119. Trincavellus lib. 1. conſ. 73. Fuchſius in inſtitutionibus lib. 2. ſect. 5. cap. 25. Foreſtus lib. 18. obſ. medic. ſchol. 14. & 15.

8. Lienteria, teſte Hippocrate aph. 12. ſect. 4.

In Lienteria nec vomitu ſymptomatico.

Non conveniunt vomitoria in vomitu ſymptomatico, (a) in quo nihil poſſunt, quàm malum malo addere, ægroſque angere. Sunt tamen qui emetica in vomitu ſymptomatico præſcribunt, inter quos quoque Fernelius lib. 1. method. medend. cap. 2. Verum quia per alia medicamenta vomitum ſiſtentia, ex. gr. per laudani opiati granum unum alterumve cum guttula una olei menthæ ſtillatitii mixtum & exhibitum, citius tutius jucundiuſque vomitus ſymptomaticus curatur, meritò damnantur emetica in vomitu ſymptomatico, teſte Foreſto lib. 18. obſervat. ſchol. 15. præſertim in morborum initio.

In inflammatione interna, & externa.

9. Inflammatio partium internarum externarumque, quia commotis ita humoribus dolores majores excitarentur, ac inflammationes magis adaugerentur.

En benevole Lector hiſtoriam notatu dignam.

Navium fabricator pre nimio calore &c.

Navium quidam Fabricator in pago urbi Lugduno vicino Warmonda, quadraginta ni fallor annorum, ſummè excalefactus nimio labore Soliſque æſtu, intolerabili inſuperabilique per biduum

(z) Non carent Fautore * inter Practicos emetica in Angina, eoque nomine probantur, quod inflammationem diſſipent (quod omnino negamus) & apoſtema rumpant, cujus rei exemplum occurrit apud Riverium cent. 4. obſ. 60. Verum diſtinguendum volumus inter Anginam cum deglutitionis difficultate conjunctam, & Anginam, quæ ſpiritus introitum intercludit. In priori (quemadmodum fuit illa à Riverio relata) modo abſceſſus ſit maturus, mira præſtant emetica. In poſteriori vero vomitoria non ſunt præſcribenda, ne patiens repente ſuffocetur.

* Hartmannus.

(a) Quemadmodum vomitus præternaturalis multiplex eſſe poteſt cauſa, ita plures à Medicis ejus ſpecies recenſentur. Alimenta enim qualitate aut quantitate noxia, ſtomachi liquor, qui in ſuccum auſterum, aut amarum degeneravit, materiaque in ipſo ex prava chyloſi genita & congeſta vomitum pariunt, qui primarius, ſive morbus per ſe dicitur. Secus dum affectus cauſa aliunde advehitur, ſive per arterias, quæ ventriculi tunicas perreptant, per quas ſanguis aliquando ſuas ſordes in ſtomachum exonerat, ſive per pylorum bilis à vaſis choledochis ſubeat, ſeu denique ſpiritus ipſi alibi irritati aut perturbati, per nervorum ductus tranſmiſſi eandem confuſionem, & veluti ſeditionem in ventriculo excitent, tunc vomitus ſymptomaticus nuncupatur. Unde liquet, quod quemadmodum in priori vomitus ſpecie emetica ſint fere neceſſaria, ita in poſteriori inutilia, & plane noxia eſſe debeant: cujus tamen curatio per opiata à noſtro Auctore commendata citra ullum periculum facilè abſolvitur. Hæc ideo notanda volui, ut eorum, quæ de Cholera monuimus, clarior foret intellectus. Nam ſi Cholera alterius morbi ſit appendix, & ab acri materia per ventriculi poros à pertranſeuntibus humoribus tranſmiſſa oriatur (quod in Febribus nonnullis ſolemne eſt, circa quarum exacerbationes illud ſymptoma in ſcenam prodire ſolet) tunc moneo Lectores meos, ut ab emeticis, quæ affluxum humorum ad ventriculum concitant, manus retrahant.

In ſitim magnam. laboravit ſiti, periculum ex nimio potu non fruſtra veritus, tertio die incidit in febrem quotidianam continuam: quare Chirurgum quendam Bedoes accerſivit, (in pagis noſtris plerumque Chirurgi *Et febrem quotidianam continuam incidit.* medicinam faciunt) qui mox ipſi pulverem ex lapide prunellæ & antimonio diaphoretico bis eo die exhibuit, unde affatim ſudavit, verum nullo cum levamine, manente ſiti; quare Chirurgus me convenit, qui ſequens decoctum homini præſcripſi.

Quare decoctum aſſumpſit. ℞. *Rad.ſcorzoner.* ℥iij. *Contrayerv.* ʒvj. *Fol.aceto ſ.m.* jß. *Flor. calendul.p.*ij. *Corn. Cerv.raſp.* ʒv. *Tamarindor.* ℥jß. *Pomor. citrino*.ij. Conciſ.& contuſ.Coq.ſ.a. in ſ.q. aq.commun.ſub finem add. *Folior.ſenn.mand.* ℥iij. in colatur. pint.iij. diſſolv. *Syrup.card.bened. Limon. vel è Succo citri ana* ℥jß. MS.

De hoc apozemate ſubinde hauſtulum aſſumpſit, ac inde alvum benè depoſuit, ſitiſque ſublata fuit, ac febris multo benignior. Verum ſexto morbi die quammaximè conquerebatur de *Sexto morbi die ſcrotum fuit inflammatum & intumefactum cum vomitu.* ingenti ſcroti tumore & inflammatione, cum vomitu pituitoſorum & bilioſorum humorum; Chirurgus itaque ſubinde cataplaſma ſcroto impoſuit. Verum tumor, dolor, & inflammatio ita adaugebantur, ut accerſitus una cum Chirurgo gangrænam vererer; quare ſequens cataplaſma mox fuit adhibitum.

℞. *Folior.ſcord. Rutæ Philandr. ana m.*j. *Menth.aquatic. p.*j. *Summit.abſinth.m.*jß. *Flor.Sambuc.p.*iij. *Mic. panis ſimilagin.* ℥ij. *Cataplaſmate tamen à gangræna liberatus.* Coq.in aq. & vin.anatica quantitate ſub finem addendo *Theriac. Andromach.* ℥ß. *Spirit. vin. camphor.* ℥ij. MS. F. Cataplaſma.

Cujus beneficio inflammatio, & dolor brevi decrevere: interim continuò apozema ſupradictum uſurpabat. Ob continuum autem vomitum & debilitatem ſequentem dedimus mixturam.

Vomitus &c. mixtura ſublatus. ℞. *Aq.meliſ.* ℥iij. *Cinnamom.* ʒv. *Prophylact.Sylv.* ℥iij. *Antim. diaphor.* ℈j. *Confect.hyacinth.* ʒij. *Laudan.opiat.gr.*j. *Syrup. Menth.* ʒvj. MS.

Manente ſcroti tumore & ſumma duritie. Singulis horis cochleare aſſumpſit, & brevi vomitus ſedatus decreſcente febri, manente autem ſcroti tumore, & ſummâ imo incredibili duritie, ita ut ſcrotum lapidem rotundum eſſe dixiſſes. Attamen poſt dies aliquot in inferiori ſcroti parte ſub mediam noctem tumor ingens pure repletus apparuit, quo aperto, puris magna vis effluxit, manente tamen eodem tumore, & ſummâ illâ duri- *Puris ingẽs effluxit quantitas.* tie: mirati ſummopere, negotio accuratius examinato, invenimus nonniſi parvam quandam in ſcroto apertionem, imo totum ſcrotum internè cruſtâ quadam lapideâ obductum, quo ad interiorem *Totum ſcrotum internè cruſta lapidea obſeſſum.* partem planâ & quaſi lævigatâ, quo ad exteriorem faciem aſperâ & inæquali ad craſſitiem ſemidigiti, quam cruſtam inſtrumento quodam fractam non abſque dolore, minutatim ſubinde ac per vices ex-

extraximus. Nonnullis fruſtulum unum vel alterum dedimus, reliqua huc uſque ſervavimus, quæ omnia ſibi invicem adaptata, calvariam penè, id eſt totum ſcrotum intumefactum referebant. Qua cruſtâ poſt ſeptimanas aliquot omni ſublatâ, illæſis teſticulis, ſcrotum denuo fuit corrugatum: viri uxor poſtea ter fœcunda liberos enixa eſt, ipſe incolumis etiamnum ſuperat. Dictam hiſtoriam figurâ illuſtrare animus eſt. *Qua cruſtâ ſublatâ &c. curatus ſanus vivit.*

A. Patiens. *Figuræ explicatio.*

B. Umbilicus.

C. Scrotum intumefactum & inflammatum.

D. Apertio in inferiore parte ſcroti, ex qua magna puris vis effluxit. *TAB. III. FIG. II.*

E. Inſtrumentum ſ. forceps, qua cruſta illa lapidea fracta fuit, & minutatim extracta.

F. F. F. Fruſtula quædam lapidea.

G. Craſſities cruſtæ lapideæ.

H. H. H. Fruſtula ſibi invicem adaptata, calvariam penè ſeu ſcrotum repreſentant.

I. I. Crura divaricata.

Homines vomitum vetantes, ſunt.

1. Pueri, ob nimiam vomitoriorum vehementiam. Præjudiciis videntur illi obcæcati, qui Pueris imo & Infantibus vomitoria exhibent, etſi aliquoties honoris damno, ac Parentum luctu horrendam vomitoriorum vim ſint experti, quæ vel ipſa morte nonnunquam non terminaretur. *Emetica non conveniunt pueris.*

2. Molles, delicatuli, quia nimis debilitant vires atque exhauriunt emetica. *Mollibus & delicatulis.*

3. Gravidæ, teſte Hadriano à Mynſicht in ſuo armamentario medico-chymico ſect. 1. p. m. 15. *Gravidis.*

4. Herniis qui afficiuntur, quia nonniſi malum malo adderes: qua de re inſpiciatur ΚΗΛΗΓΡΑΦΙΑ Cl. Malachiæ Geigeri lectu digniſſima. *Hernioſis.*

5. Phthiſi vel tabe affecti, ac ſummè graciles, teſte C. Celſo lib. 1 cap. 3. p. m. 29. item Fallopio tractat. de medic. ſimplic. purgant. cap. 18. *Phthiſi vel tabe affectis*

6. Debiles & quorum vires morbis ſunt exhauſtæ: videſis Mynſichti Armamentarium medico-chymicum ſect. 1. pag. 15. *Debilibus aut morbis debilitatis.*

7. Ad vomitum difficiles (b) & qui ab iis valde anguntur, ut

(b) Difficiles ad vomendum ij haberi debent, qui anguſti ſunt pectoris, longioris colli, & carne ditiores: illius enim anguſtia validiores ventriculi ſubſultus, & muſculorum abdominis

Ad vomitũ difficilibus, vel inde valde anxiis

ut teſtatur venerandus Senex aphor.7. ſect. 4. & Sennertus lib. 1. Pract.part.1.cap.9.necnon Fuchſius in inſtitutionibus ſect. 5. cap. 15.item Hartmannus in baſilicam chymicam Crollii pag. m. 33. Præcordiorum enim anxietatem ineffabilem imo ipſam mortem in hiſce vomitoria parerent.

Valde carnoſis.

8. Valde carnoſi, ut docuit Hippocrates aphor.7.ſect.4.& Galenus in libro *quos purgare, quibus medicamentis, & quando oporteat*, p.m.1002.necnon Fuchſius in inſtitutionibus lib.2. ſect. 5. cap.25.item Quercetanus lib.1 Pharm.dogmat. reſtit.cap.16.

Anguſto pectore laborantibus.

9. Qui ſunt anguſti pectoris, quia facilè aliquod thoracis vas rumpitur, & lethalis ſanguinis effuſio ſequitur, ut auctor nobis eſt Galenus loco ſtatim citato, & Quercetanus lib.1.Pharmac. dogmat. reſtitut. cap. 16. necnon Fuchſius l. c. ut & Foreſtus lib.18. obſervat.ſcol.15.

Melancholicis.

10. Melancholici, quia acido-auſterum in illis in primis peccat, quod emeticis non facilè expelli poteſt: rationem videſis p.97.

Natura nauſeabundis.

11. Natura nauſeabundi, ut legitur apud Aetium Tetrab.1. ſerm.3.cap.119. ut & apud Heurnium in Praxi medica lib. 2. cap. 21.nec non Mynſichtum in armamentario medico-chymico ſect.1. pag.15.

Immodicus vomitus quid afferat

NOTA: immodicus vomitus, ejuſque aſſiduus uſus ſurditatem & tinnitum ſibilumque affert, oculorumque caliginem imo cæcitatem nonnunquam inducit, dentibus nocet, thoracis pulmoniſque venas diſrumpit, ejuſque inflammationes auget; vires ventriculi enervat, præcordia & quæ ſub his ſunt viſcera valida ſua concuſſione debilitat. Quare rectè Corn.Celſus lib.1.cap.3.p.m.30. commoneo, inquit, ne quis, qui valere & ſeneſcere volet, quotidie aut ſæpe vomat. Vomitoria mercurialia raro in uſum revocanda, niſi in lue venerea, aut admodum pituitoſis & chronicis affectibus, quia os inflammare, ſalivationem producere, & capitis dolores atrociſſimos efficere nonnunquam ſolent.

Vo-

nis contractiones reprimit: iſtius longitudo materiæ à ventriculo expulſæ impetum ſiſtit: ex carnis vero copia, gravi veluti ſarcina, Homines ſub vomitionis actu nimium exercentur. Ad hæc, ſi validior diaphragmatis niſus, & ſolidior ſtomachi, ſive ſiniſtri orificii textura accedant, quæ materias ex ventriculo egredientes repellant, nulla fortè major eſſe poterit ad vomitionem difficultas. Ad vomendum vero faciles ij dicuntur, qui ampliori pectore & breviori collo præditi, pauca carne ſunt circumdati, quibus itidem laxior eſt ſtomachi compages, & bilis ad ventriculum facilè proſilit. Eam vero facilitatem uſus & conſuetudo plurimum confirmant, unde ventriculi fibrę promptius ſubverti aſſueſcũt. Homines autem, qui nullo alio adhibito artificio, niſi ſua ſponte vomunt, texturam œſophagi nactos fuiſſe arbitror ei ſimilem, quæ in Brutis Ruminantibus occurrit (quam elegantiſſimè deſcribit Conradus Peyerus in ſua Merycologia) quæque in cæteris Hominibus aut obſcurior eſt, aut certè non reperitur. Ludit enim Natura in Animalium organis conformandis, quemadmodum quoque in Plantarum partibus jucundo & ingenioſo ſanè errore à ſolemni ordine aliquando deſciſcit.

Vomitum vero minori cum difficultate patiuntur ſequentes Homines.

1. Graciles, ut nobis tradidit Hippocrates aphor.6. ſect.4. & Fuchſius in inſtitut.lib.2.ſect.5.cap.25. Contrarium tamen docent Celſus lib.1. cap.3. & Fallopius de med.ſimpl. purg. cap.18. ubi in gracilibus vomitum damnant. Sed per graciles, judico, Celſum & Fallopium intellexiſſe morborum vi extenuatos, non vero naturâ graciles. Nam quotidiana experientia docet, naturâ graciles facilius vomere, quàm quidem pingues aut carnoſi, vel qui ſunt alius conſtitutionis facere ſolent. Emetica facilè ferant graciles.

2. Qui facilè vomunt, ut poſteritati reliquit Hippocrates ſect.4.aphor.6. & Galenus in libro *quos purgare oportet* p.m. 1002. Ad vomitũ faciles.

3. Stomacho forti præditi, quia maximè ventriculum labefactant vomitoria, ut teſtatur Fernelius lib.3.method.med.cap.3.necnon Trincavellus lib.3.conſil.3.& 13.& ut Foreſtus lib.18.obſerv. ſchol.14. Stomacho forti præditi.

4. Thoracem amplum & latum qui habent; ut videre eſt apud Heurnium 3.method.ad Praxin cap.8.Fuchſium in inſtitutionibus lib.2.ſect.5.cap.25.Foreſtum lib.18.obſerv.ſchol.15. Et thorace amplo & lato.

5. Ad vomendum aſſueti, teſte Hartmanno in annotationib. in baſilic. chymic. Crollii, & Mynſichto in armam.med.chymico ſect.1. Aſſueti.

6. Naturâ bilioſi, quia bilis tenuis eſt humor levique cum moleſtia educibilis, ſuaque natura ſurſum vergit: qua de cauſa inſpiciatur C.Celſus lib.1.cap.3.& lib.2.cap.13.item Fuchſius in inſtitutionibus loco mox citato. Naturâ bilioſi.

7. Qui ſunt capite firmo, ut legitur apud Heurnium 3. method.ad Praxin cap.8.& Hartmannum loco citato. Capite firmo.

8. Quibus materia morbifica ſurſum fertur, juxta Hippocratem aphor.21.ſect.1.quæ educere oportet, quò maximè vergunt, eò ducenda ſunt per loca convenientia. Per quam viam convenientius, facilius, minorique cum periculo humores ſurſum vergentes educi poſſunt, quàm per ſuperiora? Et quibus ſurſum fertur materia.

Signa vomitum inſtituendi, teſte Hippocrate ſect.4.aphor.17.& 18.& Corn. Celſo lib. 1. cap. 3. ſunt.

1. Oculorum mador: nonniſi humorum aqueorum & pituitoſorum abundantiam hunc oculorum madorem indicare proculdubio Vomitum inſtituendi ſigna ſunt, oculorum mador.

bio concludit Celſus. Nam oculi quod madeant, eſt à copia aqueorum & pituitoſorum humorum, quod in ſenibus, (de quibus tamen Celſus hoc in loco non loquitur) videre eſt, in quibus aquei & pituitoſi humores prædominantur: quare ſenibus parum calidi ineſſe ab Hippocrate aphor. 14. ſect. 1. dicitur, & aphor. 40. ejuſdem ſectionis. Raucedines & gravedines in ſenibus non concoqui, idem poſteritati reliquit: quare Celſus lib. 1. cap. 3. meracius vinum, ob calidi inopiam, præſcribit: ideoque morbi, quibus ſenes afficiuntur, diuturni plerumque ob pituitæ copiam ſunt, teſte Sene aphor. 39. ſect. 2. quæ omnia nonniſi pituitoſorum & aqueorum humorum copiam indicant, inque ſenibus ſemper fere oculorum mador obſervatur.

Frequens ſaliva.

2. Frequens ſaliva, cujus eadem fere, quæ oculorum madoris, ratio eſt, humorumque non inopia ſed copia per frequentem hanc ſalivationem ſignificatur.

Aurium tinnitus.

3. Aurium ſonus & tinnitus, qui à flatibus plerumque ortum ducunt, ſtatuſque ex bile acri volatili, ut cauſa efficiente, & ut materiali ex cauſa, pituita, eaque ut plurimum viſcida, generari nemo uti opinor inficias ibit, quin plane in Medicina fuerit hoſpes. Non ſubidè ergo à C. Celſo inter ſigna vomitum inſtituendi aurium ſonus & tinnitus numerantur, quia vomitoriis humores bilioſi, ut ipſe lib. 1. cap. 3. p. m. 29. teſtatur, & pituitoſi, ut ſupra probatum, in primis bile acri inciſi & jam liquidiores redditi, facilius, tutius, minorique cum moleſtia educuntur, quàm ullis aliis medicamentis, aut brevioribus viis.

Vertigo tenebricoſa.

4. Vertigo tenebricoſa, quæ à flatibus, vaporibus, halitibuſque bilioſis dependet: indicat ergo vertigo tenebricoſa bilem pituitamque peccare, quæ, ut ſæpius inculcatum, nec breviori via nec tutius, quàm per vomitoria, expellendæ veniunt.

Cibi faſtidium.

5. Cibi faſtidium, quod bilioſis humoribus in ventriculo contentis, aut halitibus eò aſſurgentibus à Philotheo adſcribitur in ſuis commentariis in aphoriſmum 17. ſect. 4. & Braſavolus in Galeni annotationes in eundem & hunc aphoriſmum. Bilem enim & pituitam in ventriculo hærentes cibi faſtidium producere eſt in confeſſo, lippiſque ac tonſoribus notum. Meritò ergo ab Hippocrate inter ſigna vomitum inſtituendi cibi faſtidium numeratur, quia humores bilioſi & pituitoſi, vel halitus vitioſi ex illis elati cibi faſtidium generant, qui humores peccantes potius ſtatim per vomitorium unum alterumve expellendi ſunt, ut breviſſimâ viâ, ne morâ & ſtagnatione graviores affectus ſymptomataque vehementiora producant.

Amari ructus cum

6. Amari ructus cum dolore & gravitate præcordiorum (qui ru-

ructus nonniſi humores pituitoſos viſcidos bilioſos, biliſque copiam, ejuſque acredinem, ut ex dolore concludere quis valet, & pituitæ abundantiam, ut ex gravitate præcordiorum patet, indicant,) aſt tum ἄπυρετος ut ſit æger monet Senex. *præcordiorum dolore &c.*

Nota. Ratio interim exacta habenda eſt humorum peccantium, morbi temporis, aliarumque circumſtantiarum; quoniam non rarò nauſea, oris amaritudo, cardialgia &c. adſunt in febrium quarundam ſpeciebus, ubi tamen vomitoria minimè proficua. *Et quid porro obſervandum.*

7. Nauſea: locum hic habet illud Hippocratis aphor. 21. ſect. 1. & libro de humoribus §. 1. p. m. 315. quò maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia. Aſt convenientiora loca nondum reperta, per quæ bilioſi pituitoſique, ut ſæpius jam probatum, humores educi queant. Nam 1. quia bilis, bilioſi, pituitoſique humores nauſeam ut plurimum excitant; 2. quia jam ſurſum vergunt, per emetica meritò expelluntur. *Nauſea.*

8. Dolores ſupra ſeptum tranſverſum, ſi purgatione egeant, per ſuperna purgare oportet, (c) aphor. 18. ſect. 4. Hiſce in Regionibus hic aphoriſmus neutiquam fere ad praxin reduci poteſt: humores enim ſi in cavitate thoracis contineantur per emeticum medicamentum aut non, aut quàm difficillimè poſſe purgari eſt in confeſſo, omnibuſque, qui unquam praxin exercuere, notum. Sic quoque materia ſi in capite ſit, per vomitum eam educere difficillimum eſt. In pleuritide etiam ac peripneumonia vomitoria præſcribere curationis doloris ergo, non tantum diſplicet, verum hoc modo inflammationes, doloreſque non niſi augeſcerent, morboque ſatis periculoſo omnis curationis ſpes adimeretur. Aſt tamen humores peccantes doloreſque ſupra ſeptum tranſverſum excitantes, ſi facilè per ſuperiora educi poſſint, meritò per emetica, quia citò & per breviſſimam viam humores peccantes tum purgantur, & expelluntur. Ipſe quoq; Senex in dolore laterum, ubi ad claviculam pertingit, venæſectionem in interna cubiti vena fieri jubet, non vero vomitum præcipit. *Dolores ſupra diaphragma.*

Tem-

(c) Nomine doloris, quo utitur Hippocrates in hoc aphor., non tantum quod vulgò dolor dici ſolet, ſed quæcumque moleſtia aut affectus ad Fuchſii & Heurnii mentem venit. Verum non quicumque dolor, qui eſt ſupra præcordia, vomitum demonſtrat, ſed illum tantum, qui purgatione indiget, emeticis curandum eſſe Hippocrates præcipit. Turpiſſimè itaque labitur, cæteroquin ſolertiſſimus, noſter Auctor, dum credit, eam fuiſſe Hippocratis ſententiam in cit. aphor., ut omnem humorem, omneſque dolores, qui ſupra præcordia conſiſtunt, vomitu eliminandos eſſe doceret. Ecquis enim ſine Hippocratis injuria diceret, vocem illam *dolores* adeo latè patere, ut & Pleuritidem, & Peripneumoniam, & Anginam, & capitis etiam morbos complectatur? Certè, ſi mea me non fallit opinio, vocem eam ita cit. loc. limitavit Senex, ut ſtomachi tantum affectus exprimere poſſit.

Tempus vomitum inſtituendi.

Tempus vomitum inſtituendi matutinum æſtate, meridianum hyeme.

1. Maximè conveniens eſt matutinum in æſtate, in hyeme vero meridianum: mane ſi fiat ambulandum ſuadet C. Celſus (d) lib. 1. cap. 3. p. m. 30. Homines ſi craſſi ac pingues ſint, & non graciles, jejuni ut vomant, docet Hippocrates lib. de ſalubri diæta, & quibus humores viſcoſi in ventriculi parte ſuperiore continentur. Graciliores vero & debiliores ac ad vomitum difficiliores non niſi à cibo emeticum ſumant, ut idem l. c. teſtatur; facilior enim à cibo eſt vomitus, ut legere eſt apud Foreſtum lib. 18. obſervat. ſchol. 3.

Æſtas aptiſsima.

2. Aptiſſimum vomitui tempus eſt æſtas, ut videre eſt apud Hippocratem ſect. 4. aphor. 4. Fuchſium in inſtitut. lib. 2. ſect. 5. cap. 25. in primis quia humores tunc temporis turgentiores, & bilis, quæ facillimè educitur, magis prædominatur, ægrique non tam facilè refrigerantur, aeremve frigidum minus ſubeunt. Licet quoque, urgente neceſſitate, & ipſo hyeme, in primis ægri ſi in locis calidis ſe contineant, vomitum ciere, ut auctor quoque eſt C. Celſus, qui vomitum hyeme utiliorem quàm æſtate judicat, quia, inquit, tum plus pituitæ, & capitis gravitas major ſubeſt. Aſt tamen bilioſi humores, qui æſtate potius generantur, quàm hyeme, facilius quàm pituitoſi per ſuperiora expelluntur. Rectè ergo Hippocrates aphoriſmo mox citato, æſtate ſuperiores potius ventres, hyeme vero inferiores purgandi. Dein C. Celſus videtur hìc magis proſpexiſſe morborum præcautioni, quàm quidem ipſorum curationi.

Luna creſcens opportuniſsima.

3. Maximè opportunum exhibendorum vomitoriorum tempus eſt Luna creſcens: tunc enim humores luxuriantes & turgentes magis tutò & facilè per vomitum excluduntur, & in primis cum Luna in ſigno aliquo reperta fuerit ruminante, quale Taurus & Capricornus eſt, teſte Solenandro conſil. 2. ſect. 5.

Jam

(d) Verba Celſi ſunt. *Qui vomuit, ſi mane id fecit, ambulare debet.* Ex quibus deambulationem vomitu potius peracto, quàm inſtante concludere licet. At vero nihil luculentius ex Hippocrate colligitur, quàm corporis motum vomiturientibus neceſſarium eſſe: ſic enim aphor. 14. ſect. 4. *ubi biberit quis veratrum, ad motus quidem corporum magis ducere oportet, ad ſomnos autem & quietem minus. Declarat autem navigatio, quod motus corpora turbet.* Omnibus enim compertum eſt, mare navigantibus ſtomachum adeo ſubverti, ut immane quantum vomant. Quod accidens licet multorum ingenia exercuerit, attamen nemo, ut opinor, felicius ejus cauſam commentus eſt, quàm Plutarchus, qui quæſti. natura. 3. id refert tum ad odorem, tum ad timorem, tum ad motionis inæqualitatem à fluctibus factam. In fluminibus autem quum illa omnia non concurrant, mirum non eſt, ſi ea navigantibus vomitus non concitetur.

Jam quid ante, in, & poſt vomitum obſervandum & agendum ſit, in ſequentibus paucis demonſtrabimus.

Ante vomitum requiritur.

1. Ut alvus ſi non ſit laxa, ſed adſtricta, ſuppoſitorio, pharmacove leniente, aut potius enemate ſolvatur: liquidi enim, aquei, pituitoſi, bilioſique humores per emetica ſuperius exturbandi, ita ut non facilè nec citò alvus deponi poſſet, quia materia & cauſa irritans maxima jam ex parte expulſa eſt. Ante vomitum. Alvus ſolvenda.

2. Ut aliquid liquidi, & quidem pinguis, ut Solenander ſect. 5. conſil. 3. vult, ut cereviſiam cum ſaccharo & butyro coctam, aquamve mulſam ut C. Celſus lib. 1. cap. 3. & Heurnius 2. method. ad Praxin cap. 21. monent, aſſumat vomiturus. Nam paſtis tutior & facilior eſt vomitus, quàm quidem jejunis, ut teſtatur Rodericus à Fonſeca tom. 2. conſult. 51. & Paræus lib. 17. oper. chirurg. cap. 49. quia ventriculo vacuo majori cum dolore & difficultate vomitus procedit. Nulla tamen liquidorum aſſumptione opus eſt, quoties humores aquei in ventriculo continentur. Liquidum quid aſſumendum.

3. Ut quoties inconſuetis emeticum propinetur, primò ut levibus vomitivis ad vomendum aſſuefiant, ne ſubitò fiat tranſitus ad inconſueta. Paulatim enim quod fit, tutò fit, & præſertim ſi quis ab uno ad alterum tranſierit, ut docuit venerandus Senex aphor. 51. ſect. 2. & C. Celſus lib. 1. cap. 3. p. m. 25. Pergendum tandem, ſi opus ſit, ad fortiora. A levioribus incipiendum & ſint inconſueti.

4. Ut ſtomachus & extrema ſint ſatis calefacta, calidumque ſe contineat vomiturus, calidiſque pannis vitalia foveat, jubet Hartmannus in notis ad Crollii Baſilicam chymicam, ne à refrigeratione tormina, imo convulſiones, ut obſervavimus, oriantur. Videſis Foreſtum lib. 18. obſervat. ſchol. 15. Stomachus & externa ſint calida & ita conſervanda.

5. Ut illis, qui ægrè per ſuperiora purgantur, primò humores viſcidos incidentia exhibeantur, ſicque prius ad vomendum faciles reddantur, antequam emeticum difficilibus ad vomitum propinetur, ut Galenus libr. *quos purgare oporteat* nobis auctor eſt. Ægrè vomentibus præparantia prius exhibenda.

P In

In vomitu.

Aſſumpto vomitorio obſervandum.

Potiones emeticæ tepidæ exhibendæ.

1. Potiones, quæ vomitum eliciendi gratiâ exhibentur, tepidas ſumendas eſſe, non vero calidas, quia tum utplurimum aut non ſuccedet vomitus, ventriculi tonum calore nimis corrobante, aut per inferiora emeticum operabitur: videſis apud Fuchſium lib. 2. de compoſ. medic. cap. 9. Quare quoque C. Celſus lib. 1. cap. 3. P. Ægineta lib. 1. cap. 100. & Heurnius 2. method. medend. cap. 21. aquam tepidam non vero calidam vomitoriis ſuperbibendam ſuadent: nec quoque frigidam exhibendam, quia omnem medicamentorum operationem ſiſtit frigus, efficitque convulſiones, tetanos, rigores febriles (teſte Hippocrate aphor. 17. ſect. 5. & C. Celſo lib. 2. cap. 1. p. m. 45.) tuſſes, ſanguinis fluxiones, deſtillationeſque generat, ulcera mordet, cutem obdurat, dolorem intolerabilem efficit, pectori, oſſibus, dentibus, nervis, cerebro, dorſali medullæ inimicum eſt; calor vero omnibus amicus, omnia fovet, lenit & adjuvat; frigidum vero inimicum & interimens ab Hippocrate aph. 22. ſect. 5. nominatur.

Non calidæ

Nec frigidæ.

Si non operetur, juſculum pingue tepidũ aſſumendum.

2. Quod ſi non operetur præſcriptum & tepidè exhibitum vomitorium, juſculo pingui tepido, aut aqua tepida cum pauco ſale & melle, ut ſuadet C. Celſus lib. 1. cap. 3. p. m. 30. aut cereviſia butyrata utatur æger, aut penna oleo inuncta fauces irritet, aut digitis in gulam quàm altiſſimè immiſſis, aut manu ventriculi regionem in gyrum confricet, ſicque vomitum excitet.

Nec dormiendum vomitoriis exhibitis.

3. Non dormiendum vomitoriis exhibitis, præſertim corporibus exiſtentibus bilioſis, ne halitus vaporeſve bilioſi in ſomno caput petant. Ubi vero æger ſatis vomuerit, ſomnus non tantum concedi poterit, ſed ipſum neceſſarium poſt modicam in tepore deambulationem judicamus. Quare etiam Hippocrates corpus potius movendum, quàm ſomno tradendum aut quieti aphor. 14. ſect. 4. poto in primis helleboro, juſſit.

Nec cereviſiam mox à vomitorio

4. Cereviſiam non exhibendam ſtatim à vomitorio aſſumpto, ſed demum, ubi æger bis terve vomuerit, aliàs vis & energia vomitorii obtunditur, diſſolvitur, & vomitus non promovetur.

Sed calori ſibi conſulat.

5. Ne æger refrigeretur, aut ullo modo aerem ſubeat frigidum, ſed domi in loco calido ſe contineat, præſertim ſi vomitorium ſit antimoniale, aut tempus hybernum.

In bilioſis non ſtatim inhibenda

6. In bilioſis naturis vomitum bilis ultimò prodeuntis non ſtatim inhibendum eſſe, ſed potius repetito vomitorio, aſt mitiori,

aut

aut leni purgante educendam illam ultimò prodeuntem bilem, teſte Hartmanno in notis ad Crollii Baſilicam chymicam p. m. 54. & Foreſto lib. 18. ſchol. 15. *ſed potius leni purgante educenda bilis.*

7. Ut ſi nimis vehemens ſit vomitus, aut diutius, quàm quidem par eſt, duret, aſſumat quædam medicamenta vomitum ſiſtentia, inter quæ lac dulce cum pane biſcocto præparatum & coctum excellit, quia omnem tam humorum peccantium, quàm ipſius medicamenti acrimoniam temperat, vomitumque hac ratione ſiſtit, & ventriculi tonum corroborat; ſyrupus de maſtiche, cujus cochleare unum alterumve exhibitum ulteriorem vomitum prohibet; theriacæ antiquæ drachma una idem facit. Siſtendi vomitus causâ externè ventriculo imponatur emplaſtrum de cruſta panis oleo menthæ (mentham enim vomitum ſiſtere teſtatur Hippocrates lib. 2. de diæta textu 26. p. m. 226.) & caryophyllorum ſtillatitio malaxatum. Evenit nonnunquam in vomitione, ut ſingultus oboriatur, quem placavit Heurnius 2. method. ad Praxin cap. 21. datâ mulsâ cum rutâ: omnibus jam fruſtra adhibitis, ad laudanum opiatum, tamquam ad ſacram anchoram, refugiendum, in primis ſi oleo cinnamomi, caryophyllorum, menthæve ſtillatitio commixtum ſit; ex gr. *Si nimis vehemens &c. quid faciendum. Internè. Externè. Si ſingultus oboriatur laudanum opiatum primas tenet.*

℞. *Opii Thebaic. ſpiritu vini calido ſoluti, expreſſi, & ad conſiſtentiam pilularem inſpiſſati* ℥j. *Nuc. moſchat. pulveriſ. minutiſſimè* ℈j. *Ol. cinnamomi ſtillat. Menth. criſp. ſtillat. ana gutt.* viij. M. S. F. Pilulæ no. LX. *Pilulæ vomitũ quàm citiſsimè ſiſtentes.*

Harum pilularum una ſi exhibeatur, & intra horam vomitus non ſedatur, exhibeatur altera, & ſic porro, annuente Divino Numine, brevi vomitus etſi vehementiſſimus ſummèque moleſtus ſiſtetur. Antimoniatum ſi ſit vomitorium exhibitum, cochlearia quatuor vel ſex vini Rhenani cum pane biſcocto, & cinnamomo vel nuce moſchatâ calefacti ſumat æger, moxque ſiſtetur vomitus ejuſque energia nimia. *Si antimoniatum vomitorium fuerit, quid agendum.*

Poſt vomitum conveniunt.

Poſt vomitũm conveniunt confortãtia &c.

1. Confortantia & ventriculi tonum reſtituentia, ut vinum Rhenanum antiquum maturum cum cruſta panis cinnamomo & nuce moſchata.

2. A vomitu os fauceſque vino auſtero colluere, & deinde ſurgens modicè deambulare monuit Hippocrates lib. 3. de diæta. *Os vino auſtero colluendum &c.*

3. Debili (à vomitu ſcilicet) poſt vomitum dandum ſomnificum, docuit venerandus Senex libro de locis in homine textu 55. p. m. 390. *A vomitu debili ſomnificum dandum.*

4. Quieti ſe æger poſt vomitum tradat, Foreſtus lib. 18. ſchol. 15. *Quieti ſe tradat.*

Frigida neutiquam exhibenda.

5. Frigida nullatenus aſſumat aut uſurpet æger, ſed cibi boni odoris, ſuaviſque ſaporis, euchymique & eupepti illi exhibeantur, probèque denuo recreetur morſello ex diacinnamomo & aromatico roſaceo ſumpto, ut voluit Solenander. ſect. 4. conſil. 24.

Vomitoriis nonnunquam purgantia admiſcenda.

NOTA: Vomitoriis nonnunquam felici in praxi cum ſucceſſu junguntur purgantia, ut quando illa non operentur, anxietateſque ſubinde inexplicabiles pariant, horum ope deorſum expellantur, anxietateſq; ſic tollantur. Imo quoties ſolum vomitorium purganti non mixtum, præcordiorumq; anxietatem gravem & multifariam excitans, per ſuperiora nihil exturbet, purgans blandum, humorum pituitoſitatem viſciditatem aciditatem auſteritatemve ſimul incidens, corrigens, temperanſve, ob dictam rationem exhibere nil vetat.

Vomitoria grata per inferiora ſæpe operari.

Vomitoria palato admodum grata non tam per ſuperiora, quàm quidem per inferiora operantur, ut experientia quotidiana, & Martinus Wendelinus lib. 3. axiom. medic. axiomate 1171. teſtantur.

Vir ex tertiana intermittente in quartanam incidit.

Vir quiſpiam quadraginta quinque circiter annos natus, circa autumnum ex tertiana intermittente levi frigore ſummoque poſtea calore ſuborto, multis acidis julapiis æſtum temperandi gratiâ uſurpatis, incidit in quartanam intermittentem, ſimul & appetitu deficiente in præcordiorum gravitatem & anxietatem, matutinam nauſeam, &c. Quare varia aſſumpſit humorum qualitatem corrigendi causâ medicamenta, unde nonniſi frigoris quodammodo diminutionem, paroxyſmi remiſſionem &c. percepit: tandem ſequens vomitorium aſſumpſit.

Quare vomitorium aſſumpſit.

℞. *Mercur. vitæ gr.* jv. *Syrup. menth.* ℥v. *Aq. menth. ſtillat.* ℥ß. MS. F. hauſtus.

Quo nihil evomuit, ſed alvum depoſuit.

Quo aſſumpto nil per vomitum ejecit, aſt ſexies ſeptieſve alvum optimè depoſuit, unde maximum circa præcordia levamen ſenſit, appetitu redeunte, neque poſtea nauſeâ aut vomitu fuit vexatus. Quartanæ tollendæ gratiâ poſtea per menſem, aut quod excurrebat, uſurpavit ſequens vinum medicatum ſummè amaricans.

Vinum medicatum amaricans contra quartanam.

℞. *Radic. gentian.* ℥ß. *Angelic. Calam. aromatic. ana* ʒiij. *Summit. eupator. cannab.* M. jß. *Abſinth. Centaur. minor. ana* M. j. *Raſur. lign. colubrin.* ℥vj. *Semin. apii* ʒiij. *Leviſtic. Sinap. ana* ʒij. *Baccar. laur.* ℥vj. *Juniper.* ʒiij. *Nuc. moſchat. Zinziber. alb. Cortic. aurantior. Sal. armoniac. ana* ʒjß. Conciſa atque contuſa indantur vitro, cantharove lapideo, quibus affundantur *Vini Gallic. pint.* v. Stent ſimul clauſis vaſis in loco calido per octiduum, poſtea ſingulis diebus mane ac veſperi de hoc vino medicato aſſumpſit uncias tres, inſtillatis ſpirit. ſal. armon. gutt. 10. quo brevi quoque quartanâ fuit curatus.

Plu-

Plura de vomitoriis palato gratis per inferiora tantum quæ purgarunt addidiſſem, niſi mutato ſolummodo ægrorum nomine, ne unum idemque dicam, metuerem. Liquida vomitoria ſiccis craſſiſque præſtant. Emetica liquida ſiccis præferenda.

Antimoniata emetica quidam ferre non poſſunt, quin ſtatim ſpaſmo teneantur. Sic quempiam Chirugum virum artis ſuæ peritum novimus, qui emetico antimoniato aliove ex antimonio parato medicamento, purgante, ſeu diaphoretico &c. aſſumpto, è veſtigio convulſionibus motibuſque convulſivis, quicquid contrarium convulſionibus reſiſtendi gratiâ aſſumat, tentatur. Ex emeticis antimoniatis nonnulli ſpaſmum paſsi.

CAP. V.

Utut præclariſſimus Auctor emeticorum Theoriam adeo perſpicuè depinxit, ut nihil exigi videatur, attamen ne linearum copia Lectoris memoriam diſſipet, illam fortè elegantiorem, quaſi in tabella contractam, exhibebimus. Primò autem ſcire juvat, ab emeticorum particulis aſſumptis nerveas ventriculi fibras, quæ primùm ſeſe offerunt, ita affici, & corrugari, ut tandem ſpiritus in fibras carneas ſubſtratas impetuosè inſiliant, ejuſque molem ac cavitatem contrahant. Hæc quidem eſt omnium emeticorum communis agendi methodus. Licet enim quædam ſint, quæ manifeſtâ acredine deſtituta, ſtimulum inferre non valeant; nihilominus ingrato, quem pariunt, ſapore prominentes œſophagi & ſtomachi fibras aliquanto vehementius exagitant, ut proinde vomitus ceſerius ſequatur. Quemadmodum vero ab aſſumpto emetico vomitio per vices abit & redit, prout ejus particulæ à fibris nerveis ventriculi excutiuntur, aut in eas impetum inſtaurant; ita quæ non ſtatim, ac aſſumpta ſunt, vomitum cient, mollius ſtomachi fibras percellere putandum eſt, donec collecto humore & acriori reddito major ſpirituum turbatio fiat. Hinc liquet, emetica antimonialia in ſubſtantia exhibenda non eſſe: etenim ſi eorum particulæ inter ventriculi plicas relinquantur, facilè humori per vices affluenti vim ſuam perpetuò impriment. Habent enim illa quid ſimile Magneti, qui quamvis vires ſuas effundat, nullam idcirco earum jacturam patiatur. In primis autem emetica ventriculum mundant, ſive ponderoſum phlegma ei inſideat, ſive tenax pituita tunicis ejus adhæſerit, ſive aqueus humor in ipſius fundo fluctuet, ſive bilis per pylorum ſubierit. Unde in ſtomachi affectibus, nempe Anorexiâ, Picâ, Malaciâ, Apepſiâ admodum conducunt. In Singultu vero, Cardialgiâ, & Cholerâ, modo affectus ſint primarii, & morbos alios non ſequantur, emetica quoque utilia erunt. Si quis autem incautè venenum aſſumpſerit, ſi modo emeticum ſumat, aliâ cautione vix indiget. Licet vero nullus fortè ſit humor in ventriculo, ſive acidus, ſive auſterus, qui emeticis eijci non poſſit; tamen ne nimium patientes ſub vomitionis actu exerceamus, prius ii corrigendi erunt, deinde per vomitum evacuandi. Quoniam vero ex cruditatibus in ventriculo congeſtis humorum craſis pervertitur, & innumeri morbi chronici exſurgunt; nequeunt idcirco vel Febres, & Aſthma curari, vel Arthritis, Vertigo, & Epilepſia anteverti, niſi eorum radix vomitoriis proſcindatur. Verum quum magna illa contentio, quæ ad vomendum requiritur, partes omnes corporis exagitet; hinc ſicut utilia ſunt emetica ad Apoplecticos excitandos (modo morbus non ſit à ſanguinis copia) ad fœtum & ſecundinas expellendas, ita ſecus nocent Phthiſicis, Tabidis, Pleuriticis, cæteriſque inflammationibus, iiſque qui ſanguinem ex qualibet parte ſpuunt. Hæc autem à Celſo * traduntur ſigna, quæ vomitum confirmant: ubi amari ructus cum dolore & gravitate præcordiorum ſunt; ubi pectus æſtuat, & frequens ſaliva, vel nauſea eſt; aut ſonant aures, aut madent oculi, aut os amarum eſt. Homines vero, quibus vomitoria præſcribenda, graciles ſint, vomitioni aſſueti, & amplo thorace prædíti; atque inter hos maximè bilioſis, bilis enim volubili impetu ſuperiora verſus fertur. Secus qui anguſti ſunt pectoris, aut valde carnoſi ab emeticis ſe abſtineant. Caveant etiam illa Infantes, Mulieres utero gerentes, & Herniis qui afficiuntur. Vomitionem vero adjuvant potiones liquidorum maximè pinguium, quæ nec nimis calidæ, neque frigidæ omnino ſumendæ erunt, & corporis motus, quemadmodum navigatio demonſtrat. Denique ſi temporis rationem ſpectes, licet æſtas ab Hippocrate pro uſu emeticorum aptior judicetur, attamen omne tempus erit opportunum, modo morbi natura ejus generis remedia efflagitet.

* Lib. I. Cap. 3.

CAP. V.

De medicamentis purgantibus.

κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dictis.

De Purgantibus κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dictis.

PUrgantia medicamenta vel impropriè ſic vocantur, vel quoque propriè, & quidem rectè: illa ἐκκοπρωτικὰ fæces ex inteſtinis educentia & ἐπακτικὰ ἢ ἐπαγωγὰ, alvum ſubducentia; hæc vero ſpeciatim καθαρτικὰ φάρμακα validius humores peccantes è corpore deturbantia medicamenta.

Lenitiva quid ſint

Lenitiva ſ. lenientia vulgò dicuntur, quia blandè leniter & ſine magna corporis perturbatione noxios humores in primis viis hærentes evacuant: quare vires quoque facilè ea ferunt, ac ea de cauſa in quacumque ætate, ſexu, & morbi tempore ſecurè præſcribi & adhiberi poſſunt.

Quid quò ad doſin obſervandum.

Aſt NOTA, ne in minori quantitate exhibeantur, atque ita à natura vincantur, ſicque alvus adſtricta maneat; neve in majori doſi præſcribantur, ſicque propriè cathartica medicamenta, non vero lenientia, fiant. Dein ne exhibeantur quoque cibo nondum cocto, ſed tantum poſt cibum jam planè concoctum, & quidem itaut poſt eorum aſſumptionem cibus non diu differatur, ne in longiori abſtinentia à natura planè vincantur, & ut familiaria in alimentum convertantur, ut rectè monuit Dan. Sennertus lib. 5. inſtitut. medic. part. 2. ſect. 1. cap. 5. de purgatione p. m. 688. ac ea de cauſa ſequentia annotanda veniunt.

Ἐκκοπρωτικὰ qua ratione operentur.

Ἐκκοπρωτικὰ id præſtant, vel fæces ſolummodo emolliendo, ut eò facilius à corpore educantur; vel leviter irritando & ſtimulando, ſicque inteſtina ad majorem imo arctiorem contractionem, motum periſtalticum celeriorem, & per conſequens contentorum expulſionem adigunt; vel peccantes humores ex primis dictis viis expurgando. Facilè lubricantia, abluentia, & abſtergentia, comprimentia, ac erodentia ad dicta reducuntur, imo ſub iiſdem levi negotio comprehenduntur.

Ἐπακτικὰ quando exhibenda.

Plerumque ἐπακτικὰ præmittuntur catharticis medicamentis juxta Hippocratem aphor. 9. ſect. V. corpora, inquit, cum quis purgare voluerit, ea fluxilia facere oportet, & Cl. Celſum lib. 3. cap. 18. pag. m. 154. & 155. ubi, *inquit*, ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ventrem ejus ſolvendum eſſe, perpetuum in omnibus morbis eſt: & ut ſanguinis miſſione factâ, ſordibus eductis, nihil ſit, quod in vaſa venæſectione inanita protrudatur, ſanguinique evacuato ſuccedat.

Alvus adſtricta quid efficiat.

Præſcribuntur quoque ut plurimum, cum alvus eſt adſtricta: fæces

fæces enim diutius ſi retineantur & expelli nequeant, corpus plerumque gravant, capitis dolores gravativos halitibus vaporibuſque inde ſublatis excitant, nauſeam, necnon animi deliquium, præcordiorumque anxietatem, ac eorundem dolorem producunt, appetitum tollunt, χύλωσιν lædunt, febres erraticas excitant, ventris tormina pariunt, inſommia, vigiliaſque adferunt, ſenſuſque hebetant atque obtundunt, &c.

Fæces emollientia quotuplicia

Fæces emollientia ratione applicationis ſunt triplicia: per os enim vel aſſumuntur, aut umbilico imoque ventri extrinſecus applicantur, aut in anum immittuntur, de quibus capite ſexto.

Irritantia ſeu ſtimulantia quotuplicia.

Irritantia ac inteſtina ſtimulantia itidem ſunt triplicia, in anum nempe quæ inſiguntur, ut ſuppoſitoria, noduli &c. de quibus in ſeq. vel in illum infunduntur, de hiſce videſis caput ſeptimum; vel ventri extrinſecus admoventur.

E primis viis evacuantia humores quotuplex.

Peccantes humores è primis viis evacuantia tantum per os varia in forma aſſumuntur, ex gr. vel in forma decocti, ſyrupi, pilularum, electuarii, extracti, conſervæ, pulveris.

Fæces emollientia ſunt vel alimenta.

Fæces emollientia, quæ per os aſſumuntur, ſunt vel alimenta, vel medicamenta. Inter alimenta excellunt ſequentia, lactuca, beta, pruna dulcia, præſertim Damaſcena, ceraſa dulcia cocta, poma ſubacido-dulcia, addito præſertim aniſi ſemine, elixa aut aſſa, paſſulæ Corinthiacæ in primis cum acetoſa & butyro ſi fuerint præparatæ, pinguia jura additis herbis ſupradictis, vel cremore tartari, ſerum lactis caprini calidè & aſſatim potum, lac vaccinum ebutyratum cum pomis ſubacido dulcibus ac aniſi ſemine coctum, ac calidè uſurpatum &c.

Vel medicamenta interna.

Inter medicamenta vero pulpa prunorum, ſ. diaprunum ſimplex, pulpa tamarindorum, pulpa caſſiæ fiſtulæ recens extracta, aliàs ſtatim aceſcit, paſſulæ laxativæ &c.

Vel externa.

Umbilico imoque ventri extrinſecus, quæ illinuntur, ſunt unguenta laxativa: ſic pro Infantibus linimentum ex croco & butyro paratur: inter quæ unguenta excellit unguentum de artanita majus Meſue, ut & de colocynthide Avicennæ: ſic quoq; conficiuntur ex pulveribus purgantibus & acribus, qui excipiuntur ſuccis ſcilicet ebuli, ſambuci, cucumeris aſinini, lacte tithymalorum, cataputiæ, porri &c. felle item taurino, ole euphorbii, nucleorum perſicorum, abſinthii, amygdalarum amararum; liquetur nempe hiſce in ſuccis oleiſque cera flava, pulvereſque poſtmodum inſperſi probè miſceantur, ac ad conſiſtentiam unguenti reducantur.

Singulorum dictorum formulam unam alteramve dabimus Lectoribus ſtudioſis.

For-

Formulæ laxantium ſ. lenitivorum.

Formulæ medicamentorum lenitivorum ſ. laxantium.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

In febribus diariis utilis.

℞. *Pulp.tamarind.* ℥j. Diſſolvatur in ſ. q. ſeri lactis dulcis. F. hauſtus pro una doſi in febribus diariis, alvo in primis adſtrictâ, utilis.

℞. *Pulp.prunor. acido-dulc. Caſſ.fiſtul. recens extract. ana* ℨiij. *vel* ℥ß. *Juris vervecin.vel Vitulin.non ping.q.ſ.*MS.F.hauſtus.

Decocti.

In forma decocti.

℞. *Radic.cichor.*℥jß. *Folior.fumar.*M.ij. *Flor.roſar.pallid.*M.j. *Paſſul.Corinthiac.*℥j. *Tamarind.*℥ß. *Semin.aniſ.ſ.fænicul.*ℨij. Coq. in ſ. q.ſeri lactis dulcis, in colaturæ ℔jß. diſſolv. *Syrup. roſar.ſolutiv.*℥ij. MS. F.Apozema.

Pilularum.

In forma pilularum.

In ventriculo debili.

℞. *Maſſ. pilul. Ruſi* ℨj. *Ol.menth.ſtillatit.gutt.* j. MS. F. Pil. no.x.in ventriculo debili utiles.

In capitis doloribus chronicis.

℞. *Maſſ.Pilul.aloephangin. Aurear.ana* ℈j. *Ol.majoran.ſtillat. gutt.*j. MS. F. pil.no.x.deaurentur, in capitis doloribus chronicis proficuæ.

In febribus tertianis.

℞. *Extract. rhabarb.ſimplic. Radic.gentianæ ana* ℈j. *Sal.volatil.ſuccin. Armoniac.ana* ℈ß. MS.F.pilul.no.xv pro 3.doſibus in tertianis febribus.

In forma boli.

In forma boli.

℞. *Pulp.tamarindor. Paſſul.Corinthiacar.ana* ℨiij. *Cremor.tartar.*℈ij.MS.F.bolus.

℞. *Diaprun. lenitiv. Pulp.caſſ.fiſtul. recens extract. ana* ℨjß. *Tartar.vitriolat.*℈j. MS. F.bolus.

Conſervæ.

In forma conſervæ.

In febribus tertianis intermittentibus.

℞. *Conſer.flor. perſicor. Electuar. è ſucco roſar. Diaprun. ſolut. ana* ℥ß. *Diagrid.*℈ß. *Tartar.vitriolat.*℥ß. *Sal. febrifug. ex capite mortuo ſpiritus ſalis armoniaci confect.* ℨj. MS.hujus ad nucis moſchatæ quantitatem in febribus tertianis intermittentibus mane & veſperi intermiſſionis die aſſumat ægrotans.

Pulveris.

In forma pulveris.

In cephalæa, & cephalalgia.

℞. *Pulve.ſenæ Wieri. Montagnanæ ana* ℨß. *Ol.roriſmar.ſtillat.gutt.*j. MS. F. pilulæ no.IX.Harum veſperi aſſumant quinque, mane quatuor reliquas, ſi nempe alvum nondum depoſuerint κεφαλαίᾳ aut κεφαλαλγίᾳ affecti. Deſcriptio pulverum & primò ſenæ Wieri, quæ ſequens traditur à Philippo Grulingio in ſuo florilegio

legio Hippocrateo-Galeno-chymico novo part.5.cap.11.p.m.120.

Deſcriptio pulveris ſennæ Wieri.

℞. *Fol.ſenn.ſine ſtipit.* (ſtipites enim & flatus & tormina excitant) *Tartar.alb. purgat.vel Cremor.tartar. ana* ℥j. *Diagrid.* ʒij. *Cinnamom.acutiſſim. Caryophyll.elect. Galang. non carioſ. Semin. aniſ.mundat. ana* ʒj. M.S. F. pulvis ſubtiliſſimus , cujus doſ. ʒj.

Sennæ Montagnanæ.

2. Pulveris ſennæ D. Montagnanæ ibidem.

℞ *Fol.ſenn.ſ.ſtip.*℥vij.*Zinziber.alb.Macis ana* ʒiij.*Cinna.acutiſſ. Tartari,vel ejus Cremor. ana* ʒiß. MS.F.pulvis tenuis , doſ.ʒj. ante cœnam.

In forma unguenti.

In forma unguenti.

℞. *Unguent.de artanita maj.Meſues,Colocynthide Avicennæ ana* ℥ij. *Fell.taurin. Ol.amygdal. amarar. ana* ℥ß. *Mercur. crud.* ℈jv. Miſceantur exactè , totuſque venter inungatur , adverſus vermes conducit admodum.

Contra vermes.

℞. *Pulv.colocynthid. Hier.picr.Galeni.Aloes lucid.ana* ℈j. *Ol. abſinth. Nucleor.perſicor.ana gutt.x.* Mixtum juglandi indatur, & umbilico imponatur, purgat vermeſque interficit.

De catharticis propriè dictis.

De purgantibus propriè dictis ſ.catharticis.

Primis vulgò dictis viis evacuatis , humoribuſque quantitate & nonnunquam quoque qualitate peccantibus , ad purgationem κατ' ἐξοχὴν ſic dictam juxta Senem aphor.9.ſect.2. & C. Celſum lib. 3.cap.18. præparatis;non incongruum erit καθαρτικὰ φάρμακα ſpeciatim ac propriè ſic dicta tradere.

Cathartica quomodo operentur.

Propriè dicta purgantia (e) aſſumpta per venas lacteas deducuntur

(e) Omnium Medicorum hypotheſes ad purgantium vires explicandas adhibitæ triplici potiſſimum principio innituntur , ſympathiæ nempe, antipathiæ , & fermentationi . Hippocrates enim , qui in rebus naturalibus tractioni plurimum tribuit , purgantia humores ſibi ſimiles trahere , non ſecus ac plantæ alimentum ſibi proprium ex Terra attrahunt , in lib. de natu. huma. arbitratus eſt . Sed adeo inviſa eſt illa vox tractionis hodiernis Phyſicis , ut non alio nomine à Medicis ea opinio reijciatur. Sub antipathia autem militat Aſclepiades, & quot quot eum ſequuti , qui purgantia humores in putredinem vertere , naturæque moleſtos reddere putarunt : hoc præcipuè ducti argumento , quod ſi Homini ſano , & inculpatæ valetudinis catharticum porrigamus , talia is excernat , quæ in ſuo corpore non præextitiſſe credere par eſt. Sed quid turpius dici hoc poteſt , quàm magnam adeo & citam rei excretæ putredinem à purgantium viribus fieri , quum nihil ſit apertius , quàm tot tamque diverſas ſubſtantias ad inteſtina confluentes , & ſimul mixtas ac confuſas fœtidiſſimam materiam parere debere ? A catharticis enim non modo oris ſaliva , œſophagi ventriculi & inteſtinorum mucus , ciborum reliquiæ, ſuccus felleus pancreaticus & glandularum Peyeri in cavo inteſtinorum ſimul coacervantur ; ſed etiam vicinorum viſcerum ſordes, lympha copioſior ex meſenterio , ſanguinis & ſpirituum particulæ copioſæ evocantur. Sub hac porro claſſe reponi poſſunt , qui ad purgantium vires explicandas , vel Archei , vel inteſtinorum & adjacentium partium irritationem adhibent . Quod tamen ſatis non eſſe præter alia demonſtrat , quod ſæpius inteſtina in affectibus nonnullis , ut Colica, longè vehementiùs irritentur , neque ideo alicujus humoris inſignis evacuatio ſequitur. Hinc factum , ut alii fermentationem à purgantium particulis concitatam in ſubſidium vocaverint , quæ humorum particulas diſgregat , attenuat , & per inteſtinorum poros diſpellit . Hæc licet opinio naturæ genio & mori congruentior videatur (quæ in febri-

tur ad cor uſque (unde major in corde tunc temporis fit efferveſcentia vel motus , quod pulſus poſt aſſumptum purgans ſemper frequentior ſatis ſuperque ſignificare ac probare videtur) indeque per arterias undique deducitur (uti ſufficienter conſtat vel ex lactante, illa enim ſi purgationem ſumpſerit , & aliquanto poſt infantem mammis admoverit, etiam Infans lactans purgatur,) ſicque facilius humores peccantes vel à ſanguine ſegregantur , vel hinc inde obvii inciſi , & attenuati , &c. ad exitum propelluntur. Materia à ſanguine ita ſegregata, vel alibi inciſa attenuatave peccans per ductum pancreaticum biliariumve, atque arterias inteſtinis inſertas, necnon per vaſa lymphatica ac ſalivaria , tandemque per inteſtina anumque educitur.

Cathartica quid efficiant.

Καθαρτικὰ φάρμακα ergo ſunt, quæ humores corpori humano præter naturam inſidentes , ac quantitate propriè peccantes per inferiora extrudunt.

Cathartica electivè ita dicta dantur.

Dubium non eſt, quin habeantur καθαρτικὰ φάρμακα electivè , ita dicta, quia certos quoſdam humores , non quod tantum illos , neutiquam vero ſimul & alios eiiciant , aſt quod magis illos quàm alios exturbent . Non equidem uti nonnulli putant vi quadam magneticâ & quaſi attractivâ ; ſed quia , uti antea jam probatum fuit , purgantia per totum corpus diffunduntur, quædam horum , quædam vero aliorum humorum menſtrua atque fermenta ſunt.

Quomodo operantur.

Quare plerumque diſtinguntur in cholagoga , melanagoga , & hydragoga. (f) χολαγωγὰ, quæ bilem vulgò flavam evacuant

Cathartica quotuplicia.

febribus unius fermentationis beneficio largiores humorum copias per alvum nunquam non educit) attamen id quoque adijciendum putamus , quod Cathartici aſſumpti particulæ primas vias exagitent ; unde oris & œſophagi liquor in ventriculum confluit , ipſius contenta in unam veluti maſſam cumulantur , liquores fellei pancreatici & lymphatici è ſuis locis in inteſtina irruunt, & Peyeri glandulæ humorem ſuum expuunt , aptioreſque ad ſanguinis ſordes excipiendas fiunt. Etenim quum vitioſus aliquis humor ſanguini intimè commixtus , vel ipſi ſupernatans inſit , qui foras non expellitur, id fit , aut quia nulla eſt glandula , quæ illum aut ei ſimilem humorem ſecernat ; aut quiddam eſt , quod vel glandulas vel ſanguinis vaſa obſtruit ; aut quia deeſt ſanguini velocitas ac fermentatio idonea ; aut quia ſanguis vel pravus humor viſcidior ac glutinoſior eſt . Si vero ille alicubi iners degat , id evenit , tum quia ſanguinis ac ſpirituum impetus debilior eſt, quàm ut poſſit ille in motum cieri ; tum quia tantum roboris in ea parte non eſt , ut illum valeat expellere . Quum itaque cathartica vitioſum humorem è corpore exturbent , id fieri debet , vel quod glandulam huic humori percolando aptam efficiant ; vel quod ipſius vaſa ante obſtructa recludant ; vel quod ſanguinis motum reficiant , & ejus humoris partes ita divellant aut diſcerpant , ut per glandulas excerni facilè poſſint ; vel quod illum alicubi ſtagnantem ad motum invitent ; vel quia partem ipſam proritant, noviſque additis ſtimulis corroborant. Atque hinc præclari ejus phœnomeni , quod aliorum ingenia fruſtra exercuit , ratio colligitur, cur nempe Cathartica ſuas vires per alias , quàm per inteſtinorum vias , aliquando impendant. Accidere enim poteſt, ut vitioſi humoris particulæ diſcretæ ac diſcerptæ facilius per renum, aut narium glandulas(quod in Puella Ictero laborante obſervavi) quàm per inteſtinorum glandulas viam inveniant .

(f) Hæc licet ex vetuſtiſſima quatuor humorum doctrina apud veteres Medicos effluxere, ac proinde eo tantum nomine crimine non vacent ; attamen illa omnino reijcienda non eſſe rectè putat doctiſſimus Auctor . Quum enim in purgantium textura aliquod ſit diſcrimen , inter ſanguinis elementa maxima diſcrepantia, atq; inter glandulas ipſas percolationi humorum deſtinatas nõ levis diverſitas; idcirco horum omnium ratione varia eſſe poteſt purgantium agendi norma, & mo-

cuant: φλεγμαγωγά, quæ pituitam craſſoſque pituitoſos humores per inferiora educunt: μελαναγωγά, quæ bilem atram ſ. melancholiam è corpore deturbant: ὑδραγωγά, quæ ſerum & aquas expellunt. Sic quoque dantur παγχυμαγωγά ſeu καθολικά ἢ ὁλαγωγά, quæ omnis generis peccantes humores per inferiora extrudunt.

Cholagoga cathartica ſimplicia.

Cholagoga plerumque hiſce verſiculis comprehenduntur,
Caſſia, manna, tamarindi, ſuccuſque roſarum,
Scammonium, myrobalani, rhabarbarum, aloe.

Notandum, ſcammonium non tam cholagogum, quàm quidem hydragogum eſſe, ut mecum varii teſtantur Practici. De hiſce quatuor utplurimum notantur, 1. electio, 2. qualitas, 3. corrigens, 4. doſis, de quibus admodum prolixè ſcripſere Freitagius in ſua aurora Medicorum lib. 2. cap. 4. 5. &c. Heurnius in ſua methodo, Regius lib. 4. cap. 8. ſuæ medicinæ &c. ad quos benevolum Lectorem remittimus.

Cholagoga compoſita varia.

Varia ex dictis concinnata ſunt compoſita cholagoga, ut electuarium diaprunum ſolutivum, hieræ picræ Galeni, lenitivum, quod & melanagogum ob ſennam judicatur; ſucci roſarum pallidarum, item nunquam ſatis laudatum cholagogum clariſſimi & experientiſſimi viri Domini Franciſci de le Boe Sylvii, quondam Præceptoris noſtri nunquam non honorandi, quod lib. 1. cap. 2. §. 46. p. 30. hoc modo deſcripſit.

Electuarii cholagogi CLAR. D. SYLVII. deſcriptio.

℞ *Pulp. prunor. acido-dulc.* ℥xx. *Cremor. tartar. Scammon. optim. ana* ℥ij. *Rhabarb. elect.* ʒx. *Cinnamom. acut.* ʒß. *Santal. citrin.* ℥ij. *Sacchar. clarific.* ℥xvj. MS. F. ſ. a. Electuarium.

Catharticum cholagogum Mynſichti ſect. 14. p. 242. in ſuo armamentario medico chymico deſcriptum. Vel quoque in forma ſyrupi, quos inter primas tenent ſyrupus cichorei cum rheo, de rheo ſimplex Sylvii, ut quibuſdam communicavit, en ejus deſcriptionem.

Syrupi de rheo ſimplicis.

℞ *Rhabarbar. elect. & raſ.* ℥ij. *Cinnamom. acut.* ʒij. Infund. per viginti quatuor horas in aquæ tartariſatæ q. ſ. colaturæ add. *Sacchar. clarificat.* ℥xvj. MS. F. ſyrupus.

 Rha-

& modo hæc, modo illa particularum ſanguinis claſſis largiori copia diſpelli, modo iſtæ, modo illæ glandulæ ad ſecretionem aptiores reddi. Verum hæc non ita ſumi velim, ut quædam ſint medicamenta, quæ ſolam bilem, alia quæ tantum pituitam ſolerti veluti inquiſitione aucupentur, ac proinde cholagoga, vel phlegmagoga audiant; ſed quod bilem vel pituitam cum aliis humoribus commixtam majori copia propellant. Sic in Caſſia & Manna particulæ ſunt adeo ſubtiles ac tenues, ut fere nullum ventriculo faceſſant negotium, ſed duodeni tunicam magis ſenſibilem proritent, bilemque in ſanguine excitent; ac proinde majorem bilis, quàm alterius humoris excretionem promovent. In gummi Ammoniaco & Agarico, quæ phlegmia expellere dicuntur, talis eſt partium textura, ut ventriculo & inteſtinis tenacius adhæreant, eorumque mucum liquidiorem reddant; non ſecus ac Terebinthinæ ob ovi vitello tenacitas adimitur. In Ebulo vero & Jalappa ſunt particulæ adeo urentes, ut in interiori inteſtinorum ſuperficie, fere inſtar ignis ſuper pelle, quamplurimas veſiculas excitent, ex quibus deinde aqua uberi copia prodit. Sed purgantium Theoriam non ſcribimus, tantum, quæ Auctoris mentem illuſtrare poſſunt, adiecimus.

Rhabarbari Zwelferi in ſua Pharmacopœa regia claſſe 2. p.m. 834. Roſarum ſolutivus &c. Vel in forma tabularum quas inter excellunt tabellæ ſcammoniatæ gratiſſimæ Doctiſſ. Domini Sylvii Praxeos ſuæ lib. 1. cap. 2. §. 44. ſequenti modo præſcriptæ.

Tabellarũ ſcammoniatarum gratiſsimarum deſcriptio.

℞. *Cryſtall. tartar.* ʒiß. *Diagrid.* ℈iij. *Ol. cinnamom. ſtillat. gutt.* vj. *Sacchar. alb. in aq. roſacea diſſolut.* ℥viij. MS. F. ſ. a. tabellæ.

Vel in forma extracti, ut extractum cholagogum Quercetani, pilularum aurearum, aloes, ſcammonii, rhabarbari, ejus præparationem videſis apud Joh. Hartmannum in Praxi chymiatrica lib. 1. cap. 3. §. 3. p. m. 9. Vel quoq; in forma pilularum, ut angelicæ, benedictæ Bejeri, aloephanginæ, aureæ, quæ & pituitam ob trochiſcos alhandal purgant; peſtilentiales communes &c. Necnon in forma pulveris, ut hieræ ſimplicis Galeni &c.

Cholagogorum formulæ.

Pharmacorum cholagogorum formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

℞. *Rhabarb. elect. & pulv.* ℈ij. Rhabarbarum vulgò vocatur jecinoris anima, non ſolum, ſed cum ſyrupo roſarum ſolutivo, manna, &c. exhiberi debet, nec porrigendum ſtranguria affectis, aut ad fluxum hæmorrhoidum pronis, ut teſtatur Johan. Jonſtonus in ſua idea medicinæ practicæ lib. 3. articul. 5. punct. 1. p. m. 160. *Mannæ Calabrinæ. Syrup. roſar. ſolutiv ana* ʒij. *Aq. fœnic.* ℥j. MS. F. hauſtus.

Contra febres bilioſas.

℞. *Electuar. cholagog. Sylvii* ʒiijß. *Sal. abſinth. Tarta. vitriolat. ana gr.* xv. *Aq. cichorii q. ſ.* MS. F. hauſtus, in febribus bilioſis maximè utilis.

Hauſtus gratiſsimus ex ſcammonio.

Sic quoque ex tempore gratiſſimus è ſcammonio paratur hauſtulus, qui maximè à Zacharia Brendelio in ſua chymia in artis formam redacta ſection. 2. digreſſione ſecundâ ad caput quartum p. m. 74. & 75. laudatur, qualem quoque acutiſſimus D. Fr. de le Boe Sylvius lib. 1. cap. 2. §. 43. p. 27. deſcripſit his verbis. Præparatur ex tempore optimè ſcammonium, ſi conveniente doſi ad grana xij. vel xv. pro ægrorum ætate; aut ad purgationem ſubſtinendam majore aut minore aptitudine; ſi, inquam, ſcammonium teratur, & tantillum aquæ convenientis, meliſſæ puta, cichorei, acetoſæ, fœniculi, aut ſimilis affundatur, & lacteus liquor terendo elicitus lentè effundatur, atque aquâ novâ vis reliqua ſimpliciter eliciatur, remanentibus in fundo fæcibus nigrigantibus: hinc prædicto liquori aquæ cinnamomi, alteriuſve aromatici ʒij. & ſyrupi roſar. ſolutivi, aut ſimilis ibidem ʒij. aut ʒiij. addantur; ſicque hauſtulus gratiſſimus ægris exhibeatur: qui ut facilius operetur, bonum erit dimi-

diâ poſt hauſtuli aſſumptionem horâ ægro cremoris tartari ſcrupulum unum vel ʒß.ex juſculo propinare.

In forma decocti.

In forma decocti.

℞. *Radic.cichor.*ʒjß. *Taraxic. cum toto Folior.fumariæ. Acetoſ.ana* M.jß. *Summitat.centaur.minor.p.*ij. *Flor.roſar.pallidar.*M.j. Coq.in lact.ebutyrat. ad colat. ʒxxx., in quibus diſſolv. *Syr.de cichor.cum rheo* ℥iij. MS. F. apozema, in ſanguine depurando ejuſque æſtum compeſcendo perutile.

Ad ſanguinem depurandum &c

In forma conditi.

In forma conditi.

℞. *Pulp.tamarindor. Conſerv roſar. pallidar. ana* ʒjß. *Cremor. tartar.*ʒij.*Scammonii* (quod nunquam vomibundis æſtivoque tempore exhibendum. ℈j.) *Spirit.ſulphur.per campan.gutt.*iij.*Ol.cinnamom.ſtillat.gutt.*v. MS.F.conditum, de quo ad caſtaneæ magnitudinem ſi exhibeatur, blandè bilioſos humores ex ventriculo &c. exturbat.

Contrà bilioſos humores.

℞. *Pulp.tamarindor.*ʒij. *Elect.è ſucco roſar.*ʒj. *Tartar.vitriolat. Sal.abſinth.ana* ʒß. *Diagrid.*℈j. MS. F. conditum, doſis eadem quæ ſuperioris in febribus bilioſis conveniens.

In forma boli.

In forma boli.

℞. *Pulp.tamarindor.* ʒiij. *Scammonii gr.* viij. *Spirit. ſulphur. per campan.gutt.*ij. *Ol.cort.citri gutt.*j. MS. F. bolus.

℞. *Pulp.caſſiæ recenter extract.* ʒij. *Rhabarb.elect.*℈j *Ol. aniſ. vel Fœnic.vel Carvi ſtillat.gutt.*ij. MS.F.bolus.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

℞. *Rhabarbar.parum vel tantum non toſti*, (quia aliàs virtus ejus conſumitur, & nonniſi terreſtreitas manet, quare potius adſtringentia & ſtiptica in dyſenteria aliove alvi fluxu rhabarbaro addenda, quàm ſi valde toſtum viribuſque tum privatum præſcribatur) ʒj. *Cinnamom.acut. Nuc.moſchat.ana* ℈ß.MS.F.Pulvis, in dyſenteria aliove fluxu alvi conveniens.

Contra dyſenteriam.

℞. *Diagrid.gr.*vj. *Rhabarbar.optim. Cremor.tartar.ana* ℈j. *Ol. aniſ.ſtillatit.gutt.*j. MS.F.pulvis.

In forma pilularum.

In farma pilularum.

℞. *Extract.rhabarbar. Aloes lucid. Diagrid.ana gr.*vj. *Sal.volatil.ſuccin.gr.*v. *Ol.roriſmar.ſtillatit. gutt.* ij. MS. F. pilul. no.v. deaurentur, conveniunt in motibus epilepticis convulſivis.

Contra motus epilepticos.

℞. *Extract.rhei* ℈j. *Laud.opiat.gr.*ß. *Ol.cinnamom.gutt.*j.MS. F.pil.no.v.deaurand.In dyſenteria cum ſucceſſu præſcribuntur, ſimul enim & peccantes humores exturbant, ventriculi inteſtinorumque tonum reſtituunt, parteſque illas debilitatas corroborant, humorumque peccantium acrimoniam indeque ortos dolores tollunt: quare ſequentem hiſce inſerimus hiſtoriam.

Contra dyſenteriam, acredinem, & dolorem &c.

Mu-

Mulier poſt fructus horarios avidè ſumptos

Mulier quædam triginta quinque circiter annorum fructus horarios, in primis tamen uvas, avidè uſurpans, incidit in levem alvi fluxum, & ab horariorum fructuum uſu non abſtinens, brevi dyſenteriam maximè dolorificam perpaſſa eſt: quare hujus, atque alterius conſilio aſſumpſit de ſequenti condito ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

Incidit in dyſenteriam.

Quare conditum adſtringens acidum aſſumpſit.

℞. *Conſer. roſar. rubrar. Miv. cydonior. ana* ℥j. *Ol. vitriol. gutt.* viij. MS. F. conditum.

Undè dolores intolerabiles &c. fuere excitati.

Cujus maleficio intra triduum fuere excitati dolores tam intolerabiles, ut penè in furorem ageretur ægra, ac dolores anxietateſque circa præcordia ita increbruerunt continuò, ut morti vicina ab Adſtantibus judicaretur. Vocatus, morbique principio, & quid uſurpaſſet, intellecto, ſequens præſcripſi conditum.

A quibus omnibus liberata fuit condito.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ʒß. *Confect. hyacinth.* ʒij. *Corn. cerv. uſt.* ʒß. *Cinnam. acut. Nuc. moſchat. ana* ℈j. MS. F. conditum, de quo quater quinquieſque de die aſſumebat ad nucis moſchatæ quantitatem: unde præcordiorum anxietas fuit ſublata, neutiquam vero dolores imminuti: quare ſequens clyſma circa veſperam iniici curavi, quod

Clyſtere ex lacte & terebinthina &c.

℞. *Lac. bubul. chalybeat.* ℥viij. *Terebinth. Venet. in duobus ovorum vitellis diſſolut.* ʒß. *Diaſcord. Fracaſtor.* ʒij. MS. F. clyſma; quod alvi fluxum doloreſque parum inhibuit, itaut tolerare eoſdem poſſet ægra: idem enema mane iterari juſſi, ſed nullo effectu: quare ſequentes pilulas præſcripſi.

Et pilulis ex rheo & laudano &c.

Recidivam paſſa ex frigida cereviſia.

Electuario antidyſenterico noſtro curata.

℞. *Extract. rhabarb.* ℈j. *Laud. opiat. gr.* j. *Ol. cinnamom. ſtillatit. gutt.* j. MS. F. pilulæ no. vij. Quibus receptis, alvum quater depoſuit, indeque dolores omnes fere fuerunt ſublati. Summè ex diuturnis ac frequentibus dejectionibus ſitiens, cereviſiam frigidam avidius hauſit, unde alvi fluxus rediit, qui brevi ſequenti electuario antidyſenterico noſtro fuit curatus, cujus quoque uſum aliquandiu poſtea repetivit.

Electuarium antidyſentericum noſtrum.

Electuarii antidyſenterici noſtri deſcriptio.

℞. *Cinnamom. acutiſſim* ℥ij. *Corall. rubr. præpar. Corn. cerv. præpar. Santal. rubr. pulveriſat. Flor. balauſtior. ana* ℥j. *Nuc. moſchat.* ʒvij. *Sanguin. dracon. Terræ vitriol. dulc. ana* ʒß. Fiat pulvis tenuiſſimus, cui admiſc. *Mell. virgin. Conſerv. roſar. rubr. ana q. ſ.* MS. F. electuarium, doſ. ad ʒj. vel ʒjß.

Plures huic ſimiles hiſtorias ægrorumque exempla hiſce addidiſſem, niſi timerem, ne unum idemque, mutatis ſolummodo ægrorum nominibus, referam. Quare ſatius eſſe duco, ut ad φλεγμαγωγὰ tranſeam; quæ

Phleg-

Phlegmagoga hiſce vulgò verſiculis continentur, | Plegmagoga cathartica ſimplicia.

Carthamus, agaricus, turbith, mechoaca, jalappa,
Emblica, belliricæ, chebulæ, colocynthis amara,
Hermodactylus, euphorbium, opopanax, ſagapenum.

Quatuor quoque de hiſce, ut de cholagogis, notanda; quare inſpiciantur Auctores ſupra nominati, qui de materia medica ſatis prolixè ſcripſere.

Varia paſſim occurrunt compoſita φλεγμαγωγὰ, quia vero tanta eorum meſſis eſt, ut propemodum eorum multitudine obruatur Medicus, illique propter copiam ſit nonnunquam inopia, non inutile duximus, uſitatiora, eorumque formulam unam alteramve tradere. Quæ inter phlegmagoga 1. nobis occurrit electuarium diacarthamum, hiera diacolocynthidos, diaphœnicon, item ſequens.

Phlegmagoga compoſita varia eaque ſeptuplicia.

℞. *Uvar. paſſul. in aqua coctar. expreſſar. & ad pulpæ conſiſtentiam evaporatione ſeu coctione redactarum* ℥xij. *Turbith gummoſ. Agaric. alb. & leviſſim. trochiſcat. ana* ʒij. *Euphorb. correct. Trochiſc. alband. ana* ʒij. *Rad. mechoacann.* ʒj. *Sem. aniſ.* ʒß. *Macis* ʒij. *Ol. cinnamom. ſtillatit.* ℈ß. *Tartar. vitriolat.* ʒv. *Sacchar. clarificat.* ℥xvj. MS. F. electuarium.

Electuarii phlegmagogi deſcriptio.

2. Syrupus de colocynthide Cl. Dom. Sylvii.

Syrupi de colocynthide D. Sylvii deſcriptio.

℞. *Pulp. colocynthid. à ſeminibus mundat.* ℥j. Infund. per viginti quatuor horas in aq. tartariſat. ſ.q. addendo colaturæ. *Succ. glycyrrhiz. inſpiſſat.* ℥ß. *Sacchar. clarific.* ℥xvj. MS. & ſub finem coctionis addatur *Tincturæ cinnamom.* ℥ß. MS. F. ſyrupus.

Diacolocynthidos Domini Johannis Freitagii, quem lib. 2. cap. 33. de colocynthide p.m. 338. & 339. in ſua aurora Medicorum deſcripſit ſequenti modo.

Diacolocynthidos D. Freitagii deſcriptio.

℞. *Turpeth. gummoſi Pulp. colocynthid. ana* ℥jß. *Fol. ſenn. Alexandr. mundat.* ℥jß. *Epithym. Fumar. Scabioſ. ana p.* jß. *Cinnamom. interior. acutiſſ. Zinzib. alb. ana* ʒß. *Caryophyllor.* ʒj. *Maſtich.* ℈ij. Affunde aquæ fumariæ partes duas, cinnamomi partem unam, macerentur horis viginti quatuor in calid. M. B. dein colentur ſine forti expreſſione, & ſpeciebus novas affunde aquas, donec omnem tincturam extraxeris, tincturas miſce, & per chartam tranſcola, donec fæces & viſcoſitas omnis ſeparata ſit: dein adde *Sacchari albiſſim. part.* ij. *Syrup. roſat. ſolutiv. uncias aliquot.* Coque in leni balneo, & deſtillando dein ſepara liquorem ad conſiſtentiam ſyrupi. Maximè Auctor hunc ſyrupum ab ʒj. ad ʒij. exhibitum commendat in iſchiade, articulorum doloribus, hydropicorum aquis educendis, cerebrique & nervorum malis pertinacioribus.

In quibus affectibus in primis conveniat.

Diacnicu, diacarthami cujus veram præparationem tradidit Zwelferus in ſua Pharmacopœa Auguſtana claſſe 2. de ſyrupis purgantibus pag. m. 110.

3. Tro-

3. Trochiſci agarici, alhandal, quorum genuina & breviſſima eoſdem conficiendi methodus quoque extat apud doctiſſ. D. Zwelferum in ſuis animadverſionibus circa Pharmacopœam Auguſtanam claſſe 12. de trochiſcis pag. m. 384.

4. Extractum phlegmagogum Quercetani, in cujus præparatione ſatis eſſet ſpiritum vini, quàm aquam cinnamomi ſpeciebus affundere, majoris enim tum erit efficaciæ & virtutis. Agarici, diacarthami Andernaci, &c.

5. Reſina colocynthidis, tubith, mechoacannæ &c.

6. Spiritus, ut ſpiritus vitæ aureus Rulandi, cujus admirandam vim ita Auctor in ſuis curationibus extollit, qui nonniſi tinctura colocynthidis &c. ſequenti modo præparata eſſe putatur.

Spiritus aurei Rulandi deſcriptio.

♃. *Pulp. colochyntid.* ʒv. *Gumm. bdell. Tragacanth. Arabic. ana* ʒiß. *Rhabarbar. elect. Cinnamom. acut. ana* ʒij. *Spir. vin. optim.* ℥xviij. *Vini malvatic.* ℥viij. MS. Stent in infuſione in loco calido per triduum vitro benè clauſo & obturato, dein exprimatur fortiter, coleturque per chartam emporeticam, doſ. à ʒij. ad ʒß. & ultra.

7. Pilulæ agarici, cochiæ, fœtidæ majores Meſuæ, de ſagapeno Horſtii &c.

8. Pulveres, ut diaturbith cum rheo, phlegmagogus Quercetani lib 2. pag. 390. deſcriptus.

Catharticorum phlegmagogorum formulæ.

Phlegmagogorum pharmacorum formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

Contra quartanam.

♃. *Elect. phlegmagog.* ʒß. *vel* ʒv. *Tartar. vitriolat.* ℈j. *Sal. armoniac.* ℈ß. *Aq. petroſel. q. ſ.* MS. F. hauſtus, in quartanæ principio.

♃. *Agaric. elect. Turbith gummoſ. ana* ʒiß. *Macis Zinzib. alb. ana* ℈ß. Infund. per noctem in ſ. q. vini albi, mane colaturæ expreſſæ add. *Syr. de colocynthide Sylv.* ʒß. MS. F. hauſtus.

In forma decocti.

In forma decocti.

Contra morbos pituitoſos chronicos.

♃. *Raſur. lign. guajac.* ℥iij. *Rad. apii Leviſtic. ana* ℥iij. *Baccar. junip. Lauri ana* ʒß. *Pulp. colocynth.* ʒij. *Rad. mechoacann. Turbith gummoſ. ana* ʒß. *Sem. fœnic. dulc.* ʒiß. Coq. ſ. a. in ſ. q. aquæ puræ per ſex ſeptemve horas, vaſis optimè clauſis, colaturæ ℔jß. add. *Spirit. ſalis armon.* ℈j. *Aq. theriacal. compoſ.* ℥j. *Syr. de colocynthide* ℥ij. MS. F. Apozema, multum in morbis pituitoſis chronicis præſtans.

♃. *Raſur. lign. guajac.* ℥iij. *Rad. imperator.* ℥ij. *Irid. Florentin.* Me-

Mechoacann. ana ℥iij. *Fol. majoran. nobil. Roriſmarin. ana M.*iß. *Baccar. laur.*℥ß. *Sem. cartham. in petia ligat.* ℥iij. *Turbith gummoſ. Agar. alb. & leviſſ. ana* ℥ij. *Hermodactyl.* (qui dicuntur quoque arthriticorum theriaca) ℥ß. *Cardamom. major. Cubeb. ana* ℥iß. Conciſa & contuſa coquantur vaſis clauſis in aq. puræ q. ſ. per quinque quatuorve horas in colaturæ ℔ij. diſſolv. *Syr. de colocynthide* ℥iij. *Aq. antiparalytic.* ℥ij. *Spirit. ſalis armon.* ℥ß. MS. pro apozemate purgante, de quo aſſumat paralyſi ſpaſmove laborans mane ad uncias tres quatuorve, prout facilè difficulterve alvum deponat æger, quod multum talibus in caſibus præſtat. Contra paralyſim & ſpaſmum.

In forma conditi. In forma conditi.

℞. *Electuar. diacartham. Phlegmagog. ana* ℥j. *Sal. abſinth. Armoniac. ana* ʒß. *Tartar. vitriolat.* ʒj. *Rad. gentian. pulv. Jalapp. ana* ʒiß. MS. F. conditum ſummè amaricans: ſumant de hoc condito febri quartanâ tertianâve intermittente laborantes jejuno ſtomacho nucis moſchatæ vel paulò ultra magnitudinem. Contra quartanam, &c.

℞. *Elect. diacartham. Conf. hamech. ana* ℥vj. *Sal. volatil. ſuccin.* ʒß. *Ocul. cancr. contuſ. & pulveriſ.* ʒj. *Rad. jalapp.* ʒiß. *Ol. lavendul. gutt.* vj. MS. F. conditum in epilepſia motibuſque convulſivis conveniens; quare ſequentem caſum hiſce inſerere libuit. Contra motus epilepticos &c.

Juvenis quiſpiam viginti quatuor circiter annos natus ex gravi mœrore incidit in ſummam præcordiorum anxietatem, dein ſitim, capitis dolorem gravativum, ac ſubinde quaſi perterebrantem: quare cujuſdam conſilio quotidie bis terve cum hauſtulo vini cereviſiæve aſſumpſit olei vitrioli guttulas octo, novem, decemve, prout ſitis magis minuſve urgeret, unde curationis loco in varios motus epilepticos convulſivos incidit, præcordiorumque anxietas tantum incrementum cœpit, ut nonnunquam reſpiratio fere auferretur, ac brevi ſingulis ſeptimanis motibus epilepticis affligeretur, imo tandem bis terve in ſeptimana. Vocatus dicta cum intellexiſſem, omnia acida, auſtera, cruda, fructus horarios, lac ebutyratum &c. interdixi; ac alvus quia utplurimum per triduum quatriduumve, nonnunquam & longius, fuerat adſtricta, primò conditum ultimum præſcripſi, unde & alvum quotidie bis depoſuit, & anxietas imminuta eſt, imo poſt duos menſes nec præcordiorum anxietatem convulſivoſve motus unquam percepit ægrotans, qui uſurpaverat tantum quotidie veſperi uncias tres de ſequenti vino medicato. Juvenis ex mœrore in præcordiorum anxietatem &c. incidit. Poſt aſſumptum oleū vitrioli. Epilepſiâ correptus fuit. Interdictis acidis, auſteris &c. Condito purgante ultimo.

℞. *Rad. angelic. Valerian. ſylveſtr. ana* ʒij. *Galang. Calam. aromat. ana* ʒiß. *Fol. menth. criſp. Majoran. nobil. Roriſmarin. ana* M. j. *Rutæ* M. ß. *Flor. pæon. Hyperic. ana* p. ij. *Sem. pæoniæ* ʒiij. *Nuc. moſchat. Cardam. minor. Cort. aurantior. ana* ʒiß. Et vino medicato curatus fuit.

R Con-

Conciſa & contuſa indantur vitro cantharove lapideo, & aſſundantur *Vin. gallic. pint.* iv. Ac poſt juſtam digeſtionem uſurpavit hoc medicatum vinum.

In forma boli.

In forma boli.

♃. *Elect. diaphœnic.* ℥ij. *Reſin. mechoacann. gr.* vj. *Tartar. vitriolat. gr.* xv. *Ol. febrifug. ſequent. gutt.* ij. *Sal. abſinth.* ℈ß. MS. F. bolus, in febribus intermittentibus perquam utilis per inferiora tantum, nonnunquam vero & per ſuperiora ſimul purgans.

Contra febres intermittentes.

Olei febrifugi deſcriptio.

Dicti olei febrifugi deſcriptio.

♃. *Antimon. crud.* ℥viij. *Sal. armoniac.* ℥vj. Comminuatur ſeorſim amborum pulvis, miſceantur dein exactè pulveres, & ex cucurbita terrea igne moderato, ut artis eſt, ſublimentur, floreſque in alembicum aſcendentes eximantur, lapidique in cella imponantur, & in liquorem ſponte reducentur lapidi impoſiti flores, qui liquor colligatur, filtretur, & uſui ſervetur. Hujus liquoris doſis eſt à guttulis iij. ad viij. in convenienti vehiculo.

Multum in febribus diuturnis præſtat hoc oleum febrifugum per deliquium dicto modo præparatum, in primis ſi exhibeatur una cum extracto ex radicibus gentianæ & corticibus raſurâve guajaci &c. confecto: quare ſequentem, multorum loco, caſum hiſce addere nemo ægrè feret.

Vir ex tertiana febri in quartanam incidit.

Vir quiſpiam quadraginta quinque circiter annos natus circa autumnum ex tertiana intermittente maximo cum frigore paroxyſmo adventante diuque durante incidit in quartanam intermittentem: quare varia vomitoria, purgantia, ac ſudorifera febrifuga uſurpavit, aſt fruſtraneo eventu; donec tandem vere appropinquante ſequentem pulverem purgantem antifebrilem uſurpaverit, unde ſex ſeptieſve optimè alvum depoſuit.

Vere appropinquante.

Pulvere purgante anti febrili.

♃. *Pulv. jalapp.* ℥j. *Sal. abſinth. Volat. ſuccin. ana* ℈ß. *Tartar. vitriol. gr.* xv. *Ol. fœnic. gutt.* ij. MS. F. Pulvis.

Et venæſectione curatus.

Quo aſſumpto ac ter iterato febris propemodum euanuit, imo poſt venæſectionem à quartana omnino fuit curatus: ac ſequens quod C. Celſus in curatione duarum quartanarum lib. 3. cap. 16. p. m. 147. monet, maximè ſervandum ac neutiquam oblivioni tradendum præcipi, nempè ſi, inquit, febris quievit, diu meminiſſe ejus diei convenit, eoque vitare frigus, calorem, cruditatem, laſſitudinem; facilè enim revertitur, niſi à ſano quoque aliquamdiu timetur. Quod brevi quoque evenit, nam flocci præcepta pendens, intra tres ſeptimanas in eandem febrem, aſt reſpectu frigoris ac lumborum doloris graviorem incidit, paroxyſmo ſoli-

Diu meminiſſe oportet diei paroxyſmi.

Aliàs facilè recidivam patiuntur.

ſolito die horâque adventante. Dictis vero remediis neutiquam febris ceſſit; quare ipſi cortex Indicus, china china dictus, ab alio Medico fuit exhibitus, aſt fruſtraneo quoque eventu. Circa autumnum omnia medicamenta averſatus, incidit in quartanam duplicem, ac eâdem ſeſqui anno adhuc laboravit; quare iterum antea uſurpatis & à me exhibitis medicamentis rurſus uti propoſuit. Pulverem ergo ſupradictum iterum aſſumpſit, ac ter quaterve iteravit, unde nonniſi una diſceſſit febris, remanente altera, nempe qua primò fuerat afflictus: ad quam tollendam nonniſi frequentem ſudores blandè aſt copioſè excitantem bolum maximè & ſummè amaricantem duabus ante paroxyſmi acceſſionem horis in hauſtulo vini calidi diſſolutum uſurpavit.

Quod etiam evenit huic ægro.

Quare omnibus fruſtra adhibitis.

℞. *Extract. febrifug. noſtr.* ℥ß. *Sal. febrifug. ex capite mortuo poſt ſpiritus ſalis armoniaci deſtillationem ſolutione, filtratione, ac exhalatione confect. gr.* xv. *Ol. febrifug. gut.* iv. MS. fiat bolus. Quo aſſumpto ac uſurpato febris diſceſſit, ac ab eâdem manet liber.

Tandem bolo ſudorifero curatus.

Deſcriptio extracti febrifugi noſtri.

Extracti febrifugi noſtri deſcriptio.

℞. *Rad. gentian.* ℥iij. *Imperator. Ariſtoloch. rotund. ana* ℥ß. *Fol. rutæ* M. iß. *Abſinth. Centaur. min. Scord. ana* M. j. *Raſur. lign. guajac.* ℥iß. *Cortic. ejuſd.* ℥ß. *Fraxin.* ℥j. *Nuc. Moſchat. Extremit. cort. aurantior. ana* ʒij. Conciſis & contuſis affundatur ſpir. vini rectificat. q. ſ. ad trium quatuorve digitorum tranſverſorum ſupereminentiam, ac in loco tepido tinctura digerendo extrahatur, decantetur, novuſque alius rectificatus vini ſpiritus affundatur, quod tamdiu ac toties repetatur, donec omnis vis & tinctura ex ſpeciebus ſit extracta, tincturæque omnes filtratæ miſceantur invicem; ac ex cucurbita in M. B. lentè abſtrahatur ſpiritus (eidem uſui inſerviens) ferè omnis, remanens effundatur in vas vitreum &c. cui admiſceatur ſequens pulvis.

℞. *Myrrh. rubr.* ʒij. *Croci optim.* ʒj. MS. F. pulvis tenuiſſimus, ac ad conſiſtentiam extracti lentiſſimo igne reducatur, & ad uſum ſervetur.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

℞. *Pulv. phlegmagog. Querc.* ʒß. *Reſin. mechoacann. gr.* vj. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. MS. F. Pulvis.

℞. *Rad. mechoacann. Turbith gummoſ. ana* ℈j. *Reſin. colocynthi. gr.* v. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. *Ol. aniſ. vel Macis ſtillat. gutt.* j. MS. F. pulvis.

In forma pilularum.

In forma pilularum.

℞. *Extract. phlegmagog. Quercet.* ℈j. *Trochiſcor. albandal*

 Reſin.

Reſin. agaric. ana gr.v. Ol. macis gutt. j. MS. F. pilul. no.vij pro una doſi in fortioribus.

℞. *Maſs. pilul. cochiar. Aurear. ana* ℈ß. *Trochiſ. albandal* gr. vj. *Ol. majoran. vel Roriſmar. uel Succin. gutt.* ij. MS. F. pil. no.v. in affectibus capitis chronicis proficuæ.

Contra affectus capitis chronicos.

℞. *Maſs. pilul. fœtidar. major.* ℈j. *Trochiſc. albandal Caſtor. optim. ana gr.* viij. *Ol. Succin. gutt.* ij. MS. F. pilul. no.vij. in lethargo, menſtruis retentis, ac ſuffocatione hypochondriacâ, ubi præceſſerint nempe acido-auſteros humores corrigentia ac temperantia admodum utiles. Tranſeo jam ad melanagoga.

Melanagoga cathartica ſimplicia

Melanagoga itidem in ſequentibus verſiculis vulgò comprehenduntur.

Sunt indæ balani, lazuli lapis, armeniuſque,
Senna, polypodium quernum, helleboruſque, epithymum.

De hiſce quoque, ut de cæteris dictis catharticis pharmacis, quatuor notanda.

Quid notandum in myrobalanis.

Nota: myrobalani à quibuſdam pro ſpecifico antidyſenterico habentur remedio, ut teſtatur I. Freitagius in ſua aurora Medicorum Galeno-Chymicorum lib. 1. cap. 17. p.m. 261.

In lapide armenio.

Lapis armenius ſtomachum ſubvertit, & per vomitum contenta educit; quæ tamen vis, & energia multifariâ collutione iteratâ, (ſignum perfectæ loturæ eſt, cum aqua non amplius calore saporeque inficitur) perit, ſicque non amplius nauſeam & anacatharſim concitat, aſt blandè & ſufficienter tamen bilem atram ſ. melancholiam, teſte Plateario, expurgat.

In ſennæ foliis.

De Senna notatur, quod ſit pharmacum ſenibus, pueris, gravidis, delicatis, imbecillibus, omnique penè ætati omnino conveniens, naturæ familiare & domeſticum, infeſtæ cujuſcunque qualitatis expers &c. nec quoque orificium ventriculi ejuſve ſubſtantiam inteſtinave offendit, ut quidam ex quadam inter guſtandum adſtrictione ac amaritie perceptâ malè collegerunt.

In helleboro.

Quàm meticuloſi ſunt nonnulli in uſurpatione hellebori ſive in ſubſtantiâ, ſive infuſione, extractioneve &c. itaut numquam illum exhibeant. Aſt ridet meritò ineptam eorum formidinem Matthiolus, qui helleboro uti verentur, ſeque vel ſexcentis hominibus ejus dilutum abſque ullo incommodo exhibuiſſe teſtatur: cujus etiam unicâ exhibitione tempeſtivè & methodicè adminiſtratâ quartanarii percurati ſunt, teſte Johanne Freitagio ex Matthiolo in ſua aurora medicorum Galeno-chimicorum lib. 2. cap. 20. p.m. 274.

In Epithymo & polypodio.

Epithymum & polypodium quernum Morellus in ſuo tractatu de materia medica claſſe purgantium tertia p.m. 62. inter aperientia, non vero purgantia meritò numerat.

In-

Inter μελαναγωγὰ excellit primò Electuarium lenitivum, hamech, diaſennæ Nicolai, item ſequens.

Melanagoga compoſita varia eaque ſextuplicia.

Electuarii melanagogi deſcriptio.

♃. *Uvar. paſſular. Corinthiacar. in aqua coctar. expreſſar. & ad pulpæ conſiſtentiam evaporatione redactar.* ℥xij. *Folior. ſenn. mundator.* ʒjv. *Extract. hellebor. nigr. per ſpiritum vini rectificatum* (juxta Zwelferum in ſuis animadverſionibus in Pharmacopœam Auguſtanam claſſe 7. de extractis p.m. 249.) *confect.* ℥ij. *Diagrid. Sem. fœnic. dulc. ana* ℥ß. *Zinzib. elect.* ʒij. *Ol. cinnamom. ſtillat. Aniſ. ana gutt.* x. *Sacchar. clarificat.* ℥xvj. MS. F. ſ. a. electuarium, cujus doſis à ʒjß. ʒij. ad ℥ß.

Paſſulæ purgantes. 2. inter ſyrupos, ſyrupus Matthioli ex ſenna viridi compoſitus; item ſyrupus ſennæ Fioravanti, necnon de ſenna Zwelferi in ſua Pharmacopœa regia claſſe 2. p.m. 834. & ejuſdem loco citato de helleboro nigro. 3. inter extracta, extractum melanagogum Quercetani, item foliorum ſennæ, in primis ſi in extractione additum fuerit oleum tartari per deliquium, hellebori nigri &c. 4. inter tincturas, tinctura lapidis lazuli, foliorum ſennæ, hellebori nigri oleo tartari per deliquium acuta, nec minimas inter tincturas haſce purgantes tenet tinctura illa Anglica, vulgò elixir ſalutis, quod non tantum melanagogum, ſed & cholagogum ſimul ob rhabarbarum judicatur, humores pituitoſos viſcidos incidendo, bilem purgando, flatus diſcutiendo, ſtomachũ roborando &c. Pluribus quia profuit, & in frequenti uſu, deſcriptionem addidi.

Elixiris ſalutis deſcriptio.

♃. *Radic. enul. campan. Glycyrrhiz ana* ℥ij. *Folior. ſenn. mundat.* ℔ß. *Semin. aniſ. Coriandr. Raſur. lign. guajac. ana* ℥ij. *Uvar. Corinthiac. ab arillis purgat.* ℔j. *Granor. chermes Rhabarbar. optim. ana* ʒvj. Conciſis atque contuſis affund. *Spirit. vini optim. pint.* vij. Digerantur ſimul vaſis optimè clauſis in arena calida per octiduum, quotidie ſemel biſve circumrotando & movendo vas, dein fortiter exprimatur, & per manicam Hippocratis filtretur, vel juxta nonnullorum opinionem tantum decantetur, & tinctura uſui ſervetur, de qua cochleare unum duo vel tria veſperi cubitum iturus &c. aſſumat.

Fæcibus ſi cereviſia dulcis affundatur, & per biduum triduumve in loco calido ſervetur, exprimatur, vel ſolummodo decantetur, leviter alvum movet, flatuſque diſcutit.

5. Inter pilulas, tartareæ ſeu melanagogæ Quercetani, quarum deſcriptio quoque exſtat apud Johannem Schroderum in ſua Pharmacopœa medico-chimica lib. 2. cap. 73. p.m. 259. lapidis lazuli Meſuę, melanagogæ Hadriani Mynſichti in ſuo armamentario medico-chimico ſect. 6. de catapotiis p. 148. 6. inter pulveres, diaſennæ Montagnanæ, Wieri, Braſſavoli, Andernaci &c.

Me-

Melanagogorum catharticorũ formulæ.

Melanagogorum pharmacorum formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

Contra menſtrua ſuppreſſa.

℞. *Electuar. melanagog.* ℥iij. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. *Sal. artemiſ.* ℈j. *Succin. volatil.* ℈ß. *Aq. puleg. q. ſ.* MS. F. hauſtus, in menſtruis ſuppreſſis.

Quartanam in principio

℞. *Extract. fol. ſenn.* ℈j. *Pulver. diaſenn. Montagnanæ* ℨß. *Sal. rutæ gr. xv. Sp. ſalis armoniac. gutt. x. Aq. fœnic. q. ſ.* MS. F. hauſtus in quartanæ principio.

In forma decocti.

In forma decocti.

℞. *Rad. polypod. quercin.* ℥ß. *Apii Angelic. ana* ℨiij. *Hellebor. nigri. Fol. ſenn. ſ. ſtip. ana* ℨvj. *Summit. centaur. min. Eupator. cannab. ana* M. j. *Sem. fœnic. dulc.* ℨij. *Tartar. crud. Extremit. cort. aurantior. ana* ℨjß. *Macis* ℨj. Conciſa atque contuſa coquantur in ſ. q aq. puræ vaſis optimè clauſis, in colatur. ℥xxv. diſſolv. *Syr. diacnicu, de ſenna Zwelferi ana* ℥jß. *Aq. theriac. compoſ.* ℥i. *Sp. ſalis armon.* ℨß. MS. F. apozema, in affectibus chronicis, hypochondriacis &c. proficuum, mane uncias duas treſve &c. pro ægroti viribus aut Medici intentione aſſumat morbo chronico hypochondriacove affectus.

Contra affectus hypochondriacos chronicos.

℞. *Rad. imperator. Irid. Florentin. Acori veri. ana* ℨiij. *Hellebor. nigr.* ℨß. *Herb. chamædr. Chamæpith. Fol. roriſmar. Salv. ana* M. j. *Senn. mundat.* ℥j. *Flor. hyperic. p.* iij. *Hermodactyl.* ℨvj. *Cardam. min. Cubeb. Extrem. cort. aurant. Tartar. crud. ana* ℨij. Conciſa atque contuſa coq. in ſ. q. aq. puræ vaſis quàm arctiſſimè clauſis, in colatur. ℔ij. diſſolv. *Aq. antiparalytic.* ℥iij. *Spir. ſalis armonia.* ℨj. *Syr. de Helleboro nigro Zwelferi* ℥ij. MS. F. apozema antiparalyticum &c.

Contra paralyſin.

In forma conditi.

In forma conditi.

℞. *Elect. lenitiv.* ℨjß. *Melanagog. Confect. hamech. ana* ℥j. *Extract. fol. ſenn.* ℨj. *Tartar. vitriolat.* ℨß. *Ol. aniſ. gutt. v.* MS. F. Conditum, doſis ad nucis moſchatæ quantitatem.

Contra quartanam.

℞. *Paſſul. purgant.* ℥ii. *Elect. melanagog.* ℥j. *Extract. hellebor. nigr.* ℨij. *Sal. armoniac. pulver.* ℨi. *Pulv. ſenn. Wieri* ℨjß. MS. F. conditum, doſis ut ſupra in febribus quartanis utile.

In forma boli.

In forma boli.

℞. *Electuar. melanag.* ℨjß. *Pulv. diaſenn. Montagnanæ* ℨß. *Ol. fœnic. gutt. j.* MS. F. bolus.

℞. *Confect. hamech.* ℨij. *Extract. fol. ſenn. Tartar. vitriol. ana* ℈ß.

℈ß. *Ol.cinnamom.ſtillatit.gutt.j.* MS.fiat bolus.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

♃. *Pulv.diaſenn.Wieri* ʒj. *Sal. abſinth.* ℈j. *Tartar.vitriolat.* ℈ß. MS.F.pulvis, in vermibus & febribus.

Contra vermes & febres.

♃. *Pulv.melanagog.Quercet. Diaſenn.Montagnanæ ana* ʒß. *Reſin.jalapp.gr.iij. Ol.menth.ſtillatit.gutt.ij.* MS.F.pulvis.

In forma pilulari.

In forma pilularum.

♃. *Extract.fol.ſenn. Hellebor.nigr.ana* ℈ß. *Diagrid.gr.v. Ol.cort.aurantior.gutt.ij.* MS.f.pilul.no.v.

♃. *Maſſ.pilul.tartar.ſ.melanag.Quercet. Caſtor.pulv. Sal.ſuccin.volatil.ana* ℈ß. *Extract.fol.ſenn. Reſin.colocynthid.ana gr.xv. Ol.ſabin.vel Succin.gutt.iij.* MS.F.pilul.no.xxi.in menſtruis provocandis proficuæ, ſi veſperi poſt cœnam quinque &c.exhibeantur. Sequuntur ὑδραγωγὰ, quæ quoque

Ad menſtrua provocanda.

Hydragoga ſequentibus contenta verſiculis vulgò traduntur.

Hydragoga cathartica ſimplicia.

Eſula, gratiola, atque ireos ſuccus, mechoaca,
Poſt ebuli ſemen, ſuccus, cortexque, elaterum,
Soldanella virens, cum gummi gutte, jalappa.

Quatuor quoque, ut de ſupradictis catharticis, de his veniunt notanda.

Nota: eſula minor inter omnes tithymalli ſpecies in uſu eſt, quia tam vehementer ac acriter non operatur, quàm quidem vulgò aliæ tithymalli ſpecies: non tamen niſi correcta in uſum recipitur, quia cordi, hepati, ventriculo, viſceribuſque cæteris noxia, illiſque alioquin vim inferret, ac dyſenteriam excitaret, tormina ventris intolerabilia acredine, qua prædita eſt, pareret, hæmorrhoidumque fluxum brevi induceret &c. A tempore collectionis brevi imo intra menſem ne uſurpetur, aliàs facilè dicta mala ſequerentur: quare ſatius eſt poſt ſemeſtre minori cum periculo metuque eandem uſurpare. Vulgò Ruſticorum robuſtorumque corporum purgans ac remedium vocatur. Caveant ergo ſibi ab illius uſu, qui tenerioris ſunt conſtitutionis calidioriſque temperiei, quia & febres phthiſimque producere obſervarunt nonnulli.

Quid obſervandum in eſula.

Gratiola ita ſuâ acredine ſtomachum cæteraque viſcera interiora vellicat irritatque, ut ſumma cum violentia contenta per ſuperiora ac inferiora expellantur: quare quoque nonniſi correcta ac robuſtioribus exhibenda.

In gratiola.

Iris & quidem noſtras, hìcque tenendum.

In iride.

Laudamus reliquas, ſed noſtris utimur herbis,
Dummodò cæruleo radix ſit flore comata.

Hujus ſuccus ex radice expreſſus in primis in uſu eſt, aſt pueris, ſenibus, & gravidis vix tutus, his enim menſes movet, illis

autem

autem viribus validior eſt. Coctione iridis vim purgatricem perire experti aſſerunt. Per ſuperiora & inferiora ſummâ non raro violentiâ operatur: quapropter Rufus Epheſius parcè accipiendam & exhibendam iridem monet.

In elaterio.

Elaterium Theophraſto optimum, quod vetuſtiſſimum; Paulo Æginetæ vero quod anno antiquius non eſt: vehemens admodum purgans, menſes ſimul movens, fœtumque interimens; quare rarus ejus eſt uſus & nonniſi robuſtiſſimis idque correctum exhibendum corporibus: incorrectum exhibitum tanta cum vehementia per ſuperiora ſimul, & inferiora operatur, ut purum putum ſanguinem ſupra & infra dejecerint nonnulli.

In ſoldanella.

Soldanellam rhabarbari conſortio mirè gaudere perhibent, ſummumque in educendis hydropicorum aquis eſſe remedium teſtantur Braſſavolus Ferrarienſis, Eraſtus in tomo ſuo quarto antiparacelſico, Fernelius, Foreſtus, Pereda, Gatinaria &c.

In gummi gutte.

De gummi gutte inſpiciatur Michaelis Reudenii epiſtola de novo gummi purgante ad D. Joh. Adamum Schwartzium Medicum Vinarienſem, nec non Johannis Petri Lotichii diſcurſus theoricopracticus de gummi gutta, ſive laxativo Indico, qui ſatis abundè de eo ſcripſere.

Hydragoga cathartica compoſita varia, eaque ſextuplicia.

Inter ὑδραγωγὰ compoſita primariò præcellunt ſequentia: ac quidem primò electuarium hydragogum acutiſſimi doctiſſimique viri Domini Fr. de le Boe Sylvii quondam Præceptoris ac Promotoris noſtri in ſua Praxeos medicæ idea nova lib. 1 cap. 7. §. 55. p. 70. ſequenti modo præſcriptum.

Electuarii hydragogi Cl. D. Sylvii deſcriptio.

♃. *Baccar. junip. in aq. coctar. expreſſarum, & ad pulpæ conſiſtentiam redactar. Pulp. tamarindor. ana* ℥jv. *Rad. jalapp.* ℥jß. *Scammon. elect.* ℥j. *Cinnamom. acutiſſim. Sem. fœnic. dulc. ana* ℥ij. *Sacchar. clarificat.* ℥x. MS. F. ſ.a. electuarium, hujus doſis in adultis à ʒiij. ad ℥ß.

Hydragogi Zwelferi deſcriptio.

Hydragogum Johannis Zwelferi in ſua Pharmacopœa regia claſſe 4. p. m. 839. hoc modo traditum.

♃. *Rad. ebuli Cort. median. ſambuc. ana* ℥iij. *Rad. aſari* ℥j. *Cucum. aſinin.* ℥ij. *Fol. hellebor. nigr. Herb. gratiæ Dei ana* ℥j. *Sem. ebuli* ℥jß. Inciſa & contuſa coquantur in aquæ ſimplicis q. ſ. ad libras duas circiter, factâ colaturâ & expreſſione, decoctum clarificetur, cui admiſceantur *Sacchari alb. Mellis deſpumat. ana* ℥x. Coquanturque rurſus ad ſatis craſſam conſiſtentiam, in fine adde *Elaterii ſive ſucci cucum. aſinini inſpiſſat.* ℥ß. *Pulv. jalapp.* ℥iij. *Gummi gamandræ* ℥ß. *Cinnamom. optim.* ʒvj. *Caryophyllor. Nuc. moſchat. ana* ℥ß. MS. F. electuarium, doſ. à ʒj. ad ʒij. aut ʒiij.

Hydragogum Reſeri, quod maximè in hydrope &c. commendatur:

tur: hydragogum minus Johannis Fernelii lib. 7. method. medendi p.m. 118. deſcriptum: hydragogum ex iride Wieri, cujus ſequens eſt præparatio.

Hydragogi ex iride Wieri deſcriptio.

℞. *Succ. radic. ireos noſtrat.* ℥iij. *Rad. galang. Zedoariæ ana* ʒij. *Cinnamom. Caryophyllor. ana* ʒiſs. *Braſſicæ marin.* ℥ſs. *Mellis deſpumati q. ſ.* MS. F. electuarium.

2. Syrupus de abſinthio hydragogus Johann. Zwelferi in appendice in Pharmacopœam Regiam p.m. 112. item ſyrupus hydragogus ejuſdem loco citato p. 115. ut & Hieronymi Montui de Soldanella, necnon magiſtralis D. Stapedii ex iride, cujus ſequens traditur vera præparatio in hydrope conveniens, qui quoque non ſemel expertus à quibuſdam valde commendatur.

Syrupi magiſtralis D. Stapedii ex iride præparatio.

℞. *Succ. rad. irid. Florentin. vel noſtrat. Vini albi ana* ℔j. *Succ. radic. eryng. Fol. petroſel. Fœnic. ana* ℔ſs. *Herb. ſoldanell.* M. iv. *Eupator. cannab. Menth. criſp. Abſinth. pontic. ana* M. ij. *Rhabarb. elect.* ℥ij. *Cinnamom. acutiſſim.* ℥ſs. *Sem. ebuli recent. Alkekeng. ana* ℥ij. In phiola vitrea bulliant lento igne ad medium, colentur, colaturæ add. *Sacchar. alb.* ℔j. MS. F. ſyrupus.

Varii ſyrupi hydragogi ex ſymplicibus hydragogis componi & præparari poſſunt juxta modum de ſenna, helleboro, &c. traditum in ſuperioribus.

3. Extractum hydragogum Cl. D. Johannis Zwelferi itidem in appendice in Pharmacop. regiam. p.m. 128. & 129. Hydropicum ex granis ebuli ſiccatis per ſpiritum vini confectum Quercetani: ſpecificum hydropicum Hadriani à Mynſicht in ſuo armamentario medico-Chymico ſect. 3. p. m. 64. Ejuſdem ex gummi gamandra confectum ſect. 1. p.m. 36. & 37. deſcriptum, cujus dexteriorem præparationem videſis apud Johann. Zwelferum in ſuis animadverſionibus in Pharmacopœam Auguſtanam claſſe 7. de extractis p. m. 241. & 242. Eſulæ minoris Angeli Salæ in ſua exegeſi chymiatricâ ſect. 3. p.m. 725. traditum.

Extracta hydragoga compoſita.

4. Reſina mechoacannæ, jalappæ, cujus præparatio ſequenti modo efficitur.

Reſinæ jalappæ præparatio.

℞. *Radic. jalapp. gummoſ. contuſ. q. l.* Affundatur ſpiritus vini rectificati tanta quantitas, ut aliquot digitis tranſverſis ſupereminеat, perque octiduum digeratur, ſpiritusque vini tinctus decantetur, tincturæque ex. gr. ℥iv. affundantur *aquæ puræ plnvial.* ℥viij. Miſceantur invicem, moxque lacteum colorem acquiret aqua, quæ per alembicum deſtilletur, ſpiritusque vini abſtrahatur, ſicque in fundo lactei liquoris reſina relicta exſiccetur, uſuique ſervetur.

Nota: nonnulli loco digeſtionis per octiduum mixta per ſemi-

Ejus brevior præparatio.

mihoram aut circiter vaſis clauſis leviter coquunt, tincturæque calidæ affundunt aquam pluvialem frigidam, moxque reſina fundum petit, quam exhalando exſiccant, & ad uſum reponunt.

Item magiſterium gummi gutte, circa quam præparationem videſis Johannem Zwelferum loco ſupra notato & citato.

Pilulæ hydragogæ compoſitæ.

5. Pilulæ hydragogæ Hadriani à Mynſicht in ſuo armamentario medico-chimico ſect. 6. de catapotiis p. 148. & 149. Hydropicæ Bontii, quarum deſcriptionem videſis apud Johannem Schroderum in ſua Pharmacopœa medico-chymica lib. 2. cap. 73. p.m. 245. Hydragogæ Johannis Zwelferi in appendice ad animadverſiones p. 18.

Pulveres hydragogi compoſiti.

6. Pulveres, pulvis hydragogus Johann. Zwelferi ad Pharmacopœam regiam p. 135. item ſequens in hydrope admodum conveniens, qui Domino Michaëli p. m. Profeſſori quondam Lipſienſi adſcribitur.

Pulvis hydragogus D. Michaelis.

♃. *Cryſtall. tartar.* ʒj. *Epat. rubr.* ʒß. *Magiſter. gumm. de Peru gr.* xxiv. *Sal. geniſtæ gr.* xviij. *Ol. aniſ. gutt.* vj. MS.F. pulvis pro tribus doſibus.

Nec minimas hîc quoque tenet ſequens.

Contra quartanam.

♃. *Magiſter. gumm. gutte* ʒß. *Rad. jalapp. gummoſ. pulv.* ʒiß. *Scammon. optim.* ʒj. *Soldanell.* ℈iv. *Sal. armoniac. Tartar. vitriolat. ana* ʒj. *Ol. macis. Cinnamom. ana gutt.* x. MS.F. pulvis, doſis à ℈j. ad ℈ij. aut ad ſummum ʒj. in quartana intermittente, contumacibuſque aliis febribus utilis.

Nota: medicamenta purgantia hydragoga ſpecificis antifebrilibus mixta ſemper in majori doſi eſſe exhibenda, aliàs nullum inde emolumentum unquam habuit aut obſervavit medicus: è contra etſi plus ſolito alvum depoſuerint à dictis medicamentis ægri, neutiquam inde debilitatos vidi quartanâ laborantes.

Soldanellæ Faventini.

Catharticorum hydragogorum formulæ.

Hydragogorum pharmacorum formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

Contra hydropem.

♃. *Electuar. hydragog. Sylvii. Zwelferi ana* ʒiß. *vel* ʒij. *Tartar. vitriolat.* ʒß. *Succ. ireos noſtrat.* ʒß. *Sal. ſambuc.* ℈ij. *Ol. bacc. junip. gutt.* vj. *Aq. petroſel. q. ſ.* MS.F. hauſtus pro duabus doſibus in hydropis principio.

♃. *Elect. hydragog. ex iride Wieri Syr. de abſinthio hydrag. Zwelferi ana* ʒß. *Sal. febriſug. ex capite mortuo ſalis armoniaci poſt ſpiritus abſtractionem relict. Tartar. vitriolat. ana gr.* xiv. *Aq.*

card.

card. bened. q. ſ. MS. F. hauſtus in febribus pituitoſis, ſeroſis, morbiſque ab iiſdem, ſimilibuſve dependentibus exortiſque humoribus.

Febres pituitoſas.

In forma decocti.

In forma decocti.

℞. *Rad. ireos noſtrat. Petroſelin. ana* ℥ß. *Jalapp.* ℥j. *Eryngii Ebuli ana* ʒvj. *Cort. median. ſambuc.* ℥ß. *Baccar. junip. Flor. ſambuc.* M. ij. *Soldanell. virid.* ʒx. *Summitat. centaur. min.* M. j. *Sem. carvi* ʒj. *Tartar. crud.* ʒiij. Conciſ. atque contuſa coquantur in vin. Rhenan. aq. fontan. ana q. ſ. vaſis optimè clauſis, poſtque tres quatuorve horas colentur, colaturæ ℔ij. add. *Syr. diacnicu, de abſinthio hydrag. Zwelferi ana* ℥iij. *Spirit. ſalis armoniac.* ʒj. MS. pro apozemate maximè aquas per alvum & veſicam educente, in hydrope multum præſtante, mane aſſumat de hoc decocto uncias tres quatuorve, prout facilè difficiliuſve deponat æger alvum.

Contra hydropem.

℞. *Rad. apii. Fœnicul. Ireos noſtrat. Mechoacann. ana* ℥ß. *Raſur. lign. guajac.* ℥ij. *Flor. centaur. min.* M. iß. *Fol. ſenn. ſ. ſtip.* ʒvj. *Soldanell.* ℥j. *Sem. urtic. Roman.* ʒiij. *Bacc. junip.* ℥ß. *Tartar. crud.* ʒij. Conciſa atque contuſa coq. in aq. petroſel. vin. Rhenan. ana q. ſ. in colaturæ ℔iß. diſſolv. *Syr. diacnicu, Card. bened. ana* ℥ij. *Aq. theriac. compoſ.* ℥j. *Spir. ſalis armoniac.* ʒiß. MS. F. decoctum, in totius corporis tumefactione cum ſucceſſu præſcriptum. En ejus hiſtoriam.

Totius corporis intumefactione.

Vir quiſpiam quinquageſimum jam agens annum varias aeris injurias ſub Jove frigido dies nocteſque verſando paſſus, incidit in tuſſim graviſſimam continuò affligentem, nullis remediis etſi opiatis acrimoniam humorum depluentium temperantibus eoſque ſiſtentibus cedentem: quare ſummè doluit, brevique animi mœror accrevit, ut præcordiorum anxietas graviſſima exoriretur, adeo ut vix aut ne vix quidem reſpirare poſſet; quam anxietatem ac difficilem reſpirationem Baccho indulgendo curare ſtudens, incidit in quartanam intermittentem pedes habens intumefactos, ita ut incedere non poſſet. Quotidie poſtea veſpertino tempore ita intumuere crura, pedes, totumque corpus, ut jam jam mori, præſertim paroxyſmo adventante cum frigore gravi, Conſanguinei Adſtanteſque judicarent. Quare ſequentem inſtante paroxyſmo febrili mixturam cochleatim ſingulis horæ quadrantibus aſſumpſit, interdicto prius immodico Bacchi uſu.

Vir ſub jove frigido diu verſatus incidit in tuſſim graviſſimam. Et præcordiorum anxietatem. Quam Baccho inſerviendo tollere ſtudẽs, incidit in quartanam & totius corporis anaſarcam.

℞. *Aq. cort. citri* ℥ij. *Sp. eorundem* ʒij. *Salis armoniac.* ℈ß. *Tinctur. croci* ʒj. *Syr. card. bened.* ℥ß. MS.

Hujus beneficio nec frigus tam grave, nec febris tam diuturna fuit, quare in uſurpatione hujus mixturæ per quindecim circiter

A quibus omnibus mixturâ diaphoreticâ.

citer dies continuavit, diebus intermediis ſingulis horis tantum cochleare unum mixturæ uſurpans: quo tempore conſumpto & reſpiratio liberior & anxietas præcordiorum minor ſecuta eſt, anaſarcâ, corporis totius intumefactione, ac circa veſperam reſpiratione difficili remanentibus. Poſt nonnullas paroxyſmi invaſiones veſperi aſſumpſit ſequentem hauſtum diaphoreticum.

Simul & diureticâ.

♃. *Aq.flor.ſambuc.*℥j. *Theriacal.ſimplic. Rob bacc.ſambuc.ana* ʒiij. *Croci optim.gr.*v. *Sal.ſambuc.gr.* viij. *Sp.ſalis armoniac. gutt.*vj. MS. F. hauſtus.

Necnon decocto ſupradicto.

Quo aſſumpto optimè ac blandè ſudavit, multumque urinæ excrevit: quare ter eundem hauſtum ſingulâ vice majori ſemper cum effectu aſſumpſit, unde multum & corporis tumefactio, & veſpertina difficilis reſpiratio diminuta fuit. Tandem decoctum ultimum uſurpavit, unde ſingulis diebus bis terve alvum deponebat, urinas copioſas reddebat, ac ſingulis noctibus blandè ſudabat; quare quoque fugata eſt febris quartana, totiuſque corporis intumefactio, & nullo medicamento, præter hoc decoctum, uſus curatus manſit incolumis.

Curatus fuit.

In forma conditi.

In forma conditi.

♃. *Conſerv fol. cochlear. recens parat.* ℥iß. *Elect. hydragog. Sylv.* ʒvj. *Pulv. hydragog. p.*138. *deſcript.*ʒiij. *Ol. menth. ſtillat. vel Aniſ. vel Bacc. junip. &c. gutt.*vj. MS.F. conditum; de hoc condito aſſumant ſcorbuto affecti alvoque adſtrictâ laborantes, vel eandem ſegnius deponentes ad nucis moſchatæ magnitudinem.

Contra ſcorbutum.

♃. *Conſerv. flor. roriſmarin. Salviæ ana* ℥iß. *Scammon.optim.* ʒß. *Pulv. rad. jalapp.* ʒiß. *Tartar. vitriolat.* ʒj. *Ol. ſuccin.* ℈ß. MS. F. conditum, doſis fere ut ſupra, in affectibus capitis chronicis proficuum.

Contra affectus capitis chronicos.

In forma boli.

In forma boli.

♃. *Elect. hydragog. Sylv.* ʒiß. *Magiſter. gumm. gutte Reſin. jalapp. ana gr.*vj. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. *Ol. bacc. junip. gutt.* ij. MS. F. bolus potenter aquas per alvum veſicamve educens.

♃. *Elect. hydrag. Wieri, vel Reſeri, vel Zwelferi* ʒij. *Magiſter. gumm. gutte gr.*xij. *Pulver. ſoldanell. Sem. naſturt. hortenſ. ana* ʒj. *Tartar. vitriolat. Sal. ſambuc. ana* ʒß. MS. F. bolus pro tribus aut duabus doſibus, prout facilè difficulterque alvum deponant, aut viribus conſtent hydrope affecti.

Contra hydropem.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

Ad menſtrua provocanda.

♃. *Rad. jalapp. pulv.* ʒß. *Diagrid. gr.*vj. *Myrrh. rub. Sal. volat. ſuccin. Tartar. vitriolat. ana* ℈ß. MS.F. pulvis, in menſtruis ſuppreſſis.

♃. *Rad. mechocann.* ʒß. *Magiſter. gumm. gamandræ Sal. ab-*

ſinth.

ſinth. Tartar. vitriol. ana ℈ſs. MS. F. pulvis in febribus. Contra febres.

In forma pilularum. In forma pilularum.

℞. *Reſin. jalapp. Magiſter. gumm. de Peru ana* ʒſs. *Sol. volat. ſuccin. Caſtor. elect. ana gr.* xv. *Ol. ſabin. gutt.* vj. Cum elix. proprietat. q. ſ. F. pilulæ no xx. quarum veſperi aſſumant tres, quatuor, vel quinque ſuffocatione hypochondriacâ ex menſtruis ſuppreſſis affectæ. Contra ſuffocationem hypochondriacam.

℞. *Gumm. ammoniac. aqua roſar. ſolut.* ʒj. *Reſin. jalapp. Scammon. ana* ℈j. *Sal. volat. ſuccin. Caſtor. optim. Croci oriental. ana* ℈ſs. *Ol. ſuccin. gutt.* vj. MS. F pilulæ no. xxxij. in affectibus hypochondriacis chronicis proficuæ, ſi tres quatuorve veſperi aſſumant ægræ. Affectus chronicos hypochondriacos.

Traditis pharmacis, quæ electivè hunc illumve humorem exturbant, reliquum, eſt ut de catholicis omnis generis, quantitate in primis peccantes humores exturbantibus, paucis agamus.

ΠΑΝΧΥΜΑΓΩΓΑ ſimplicia, ſi quæ ſint, vulgò dicuntur ſenna, ſcammonium, helleborus niger, antimonium, vel potius purgantia ex antimonio confecta: aſt propriè catholica non ſunt. Parantur vulgò ex ſimplicibus pharmacis jam numeratis, inter quæ compoſita primas tenent ſequentia. Panchymagoga ſimplicia quæ.

Inter καθολικὰ electuaria excellit electuarium diacatholicon Nicolai, panchymagogum Johannis Zwelferi in ſua Pharmacopœa regia claſſe 4. p. m. 839. & 840. egregiam ob virtutem hiſce inſertum.

℞. *Rad. hellebor. nigri* ℥j. *Polypod. querc.* ℥iij. *Aſari Rhabar. ana* ℥iſs. *Cort. rad. eſulæ* ℥j. *Agaric. alb. Folior. ſenn. elect. ana* ℥jſs. Inciſa & contuſa coquantur in ſ. q. aquæ, repetitis vicibus affuſæ & colatæ, donec omnis virtus extracta ſit; decoctiones colatæ albumine ovorum optimè clarificentur, & additis libris duabus ſacchari, coquantur ad conſiſtentiam ſyrupi craſſioris, cui parum perfrigefacto adde. *Pulv. jalapp.* ℥iij. *Turbith gummoſ.* ℥ij. *Reſinæ ſcammon.* ℥j. *Sem. aniſi Coriandr. Nuc. moſchatæ ana* ℥ſs. Vel quoque horum loco adde *Ol. aniſ. Fœnic. Nuc. moſchat ana* ℈ſs. MS. F. electuarium. Electuarii panchymagogi D. Zwelferi, deſcriptio.

Inter ſyrupos primas tenet ſyrupus pantagogus Hadriani à Mynſicht in ſuo armamentario medico-chymico ſect. 16. p. m. 268. & 269. Item Holagogus alius, cujus deſcriptio exſtat apud Johannem Schroderum in ſua Pharmacopœa medico-chymica lib. 2. cap. 84. p. m. 195. Necnon laxativum catholicum exſtans apud Philippum Grulingium in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-chimico novo parte 5. cap. 13. p. m. 122. & 123. Syrupi pantagogi varii

Holagoga inter extracta præſtantiora ſunt ſequentia extractum catholicum vulgare, quod ſequenti modo correctum & præpa- Extracti catholigi ſ. holagogi correcta præparatio.

paratum facilius minoribuſque cum torminibus, ac in minori doſi operatur.

℞. *Pulp.colocynthid.*ʒvj. *Agaric.alb. Rad.hellebor.nigr. Jalapp. reſinoſ. Fol.ſenn. ſ.ſtip. Turbith gummoſ. ana* ʒß. Conciſis atque contuſis affund. *Spir.vini rectificat.pint.*ij. Stent ſimul in loco tepido tamdiu, donec tinctura rubicunda extrahatur, quæ tinctura decantetur, affundaturque de novo *Spir. vini rectificat. pint.* j. Stent iterum in digeſtione ad tincturæ minus rubentis extractionem, quæ denuo decantetur, idque toties repetatur, donec neutiquam tingatur novus affuſus vini rectificatus ſpiritus, tincturæque miſceantur invicem, colentur, ſi opus ſit, indanturque colatæ alembico, ſicque ſpiritus vini eidem uſui inſerviens leni calore abſtrahatur: materiæ relictæ add. *Pulv.aloes lucid.* ℥j. *Scammon.optim.*ʒß. Evaporentur ſimul, ſubinde circumrotando, ad extracti fere conſiſtentiam, in fine evaporationis admiſceantur.*Ol. fœnic.vel Carvi gutt.*xv. Sicque fiat extractum, cujus grana duodecim plus præſtabunt, quàm viginti quinque vulgaris extracti catholici.

Holagogum Andernaci apud Auguſtanos, item panchymagogum eorundem, necnon panchymagogum Crollii in ſua baſilica chymica p.m.91.92.& 93. Catholicum Arnoldi Weickhardi. Panchymagogum Hartmanni vegetabile in ſua Praxi chymiatricâ lib. 1.cap.3.p.m.11.& 12.ut & Chyliſma catholicum & holagogum Cl. doctiſs.viri Domini Guerneri Rolfincii in ſua Chymia in artis formam redactâ lib.4.ſect.4.cap.12.p.m.253. deſcriptum.

Tincturæ panchymagogæ variæ.

Panchymagogas inter tincturas excellit tinctura catholica, quam deſcripſit Philippus Grulingius in ſuo florilegio part. 5. cap. 15.p.m.126.item ſequens nobis in praxi frequens.

Præparatio noſtræ tincturæ catholicæ.

℞. *Radic.jalapp.*℥ij. *Hellebor.nigr. Fol.ſenn. mundat. ana* ℥jß. *Rhabarbar.optim.* ℥j. *Scammon.elect.* ʒij. *Zinziber. albiſſ. Cinnamom.acutiſſim. Sem.fœnic.dulc.ana* ʒjß. F. pulvis craſſus, cui affundatur. *Spir. vini optim.q.ſ.* Ponantur ſimul vaſis optimè clauſis in arena, ut tinctura extrahatur, quæ tum decantetur, novuſque vini ſpiritus affundatur, idque bis terve ad minimum repetatur, aut toties, donec omnis tinctura ex ſpeciebus catharticis pharmacis ſit extracta.

Facilè etſi ex extractis ſupra nominatis pilulæ formari poſſint, illas nempe exhalando ad conſiſtentiam ſyrupi, tumque hujus vel illius purgantis ſimplicis ſubtiliſſimè pulveriſati, ſcammonei nempe vel aloes &c. quantitatem ſufficientem, vel juſtam doſim admiſcendo; vel ſola exhalatione abſque additamento purgantium ſimplicium redigere ad conſiſtentiam pilularum. Notandum in primis

mis judico, ne tincturæ illæ apertis vaſis exhalent ſpiritum: verum hunc lento ignis gradu per alembicum abſtrahere oportet tamdiu, donec ſtriæ in alembico diſpareant: qui ſpiritus ſeorſim ſervandus, in primis autem conducit ad novas ex purgantibus tincturas extrahendas, imo expertus teſtor, duplo penè tincturas illas cæteris eſſe præſtantiores & fortiores. Libet tamen & holagogas pilulas quaſdam Lectoribus ſtudioſis dare, quas inter excellunt ſequentes, & quidem panchymagogæ Johann. Zwelferi in ſua Pharmacopœa regia claſſe 6. p. m. 845. & 846. nec minimæ inter catholicas hæ ſunt. Pilulæ holagogæ ſ. catholicæ.

℞. *Rad. jalapp.* ℥iij. *Hellebor. nigr. Rhabarbar. ana* ʒx. *Cort. radic. eſul. Aloes lucid. Scammon. optim. Pulp. colocynthid. ana* ℥ß. *Agaric. alb. Fol. ſenn. ſ. ſtip. ana* ℥j. *Gummi gutte* ʒij. Pilularum catholicarũ non minimarum præparatio vera.

Seorſim craſsè contundantur, ac pulveri radicum jalappæ ac conciſæ pulpæ colocynthidis affundantur ſpiritus vini optimi unciæ duodecim, ſtent in loco calido per quatuor dies, tincturaque decantetur: pulveri gummi gutte ac aloes affundantur ſpiritus vini unciæ tres quatuorve, digerantur per triduum, ac tinctura per vini ſpiritum tartariſatum modo, quem mox indicabo, confectum extrahatur: nec non ſeorſim ex foliis ſennæ & agarico per ſpiritus ſcobis non vero raſuræ ligni guajaci ſequenti modo præparati uncias ſeptem octove octidua digeſtione tinctura & vis extrahatur: affundantur corticibus radicum eſulæ, ſcammonio, radicibuſque hellebori nigri aquæ ſeminis aniſi per aquam ſimplicem & vinum factæ unciæ octo decemve, ac illorum vis per triduum quatriduumve in loco calido extrahatur. Tincturæ omnes miſceantur, ac digerantur in M. B. per viginti quatuor horas; ſingulorumque ac omnium dictorum purgantium capiti mortuo relicto affundatur ſpiritus vini optimi q. ſ., digeraturque ſimul in M. B. per octiduum, tinctura tum decantetur, ac cum cæteris tincturis mixtis ac digeſtis miſceatur: tumque totum illud mixtum ex retorta humilive cucurbita deſtilletur, ac ſpiritus eidem penè uſui inſerviens abſtrahatur ad ſyrupi liquidioris conſiſtentiam: relictum in retorta cucurbitave lento igne ad maſſæ pilularum conſiſtentiam evaporetur, addendo ſolummodo circa evaporationis finem olei corticum aurantiorum guttulas ſexdecim, vel ſcrupulum unum. Hujus maſſæ grana octo blandè purgant, ac illius ſumma doſis eſt ad grana quindecim. Magni, quæſo, facias haſce pilulas candide Lector.

Spiritus vini tartariſatus.

Spiritus vini tartariſati deſcriptio.

℞. *Tartar. crud. ex. gr.* ℥vj. Fiat pulvis ſubtiliſſimus, cui cribra-

to pulveri affundantur. *Spir. vini optim.* ℥xxviij. Miſceantur, ex cucurbita humili ſpiritus lento igne abſtrahatur. Convenit quoque hic ſpiritus in ſcorbuto, affectibus hypochondriacis, ac obſtructionibus, &c.

Spiritus ligni guajaci præparatio.

Spiritus ligni guajaci.

℞. *Scobis ligni guajac. q. v.* Deſtilletur per retortam tubulatam (qualem depictam inveniet Lector apud Glauberum in furnis ſuis philoſophicis) per vices cochleare unum alterumve ingerendo, donec omnis ſcobs ſit ingeſta & deſtillata, tumque oleum à ſpiritu ſeparetur: ſpiritusque guajaci ex. gr. unciis ſex affundantur totidem unciæ vini Gallici neutiquam oleoſi, poſtque digeſtionem per triduum ſpiritus denuo abſtrahatur, ac uſui ſervetur.

Pulveres panchymagogi.

Panchymagogos inter pulveres excellit pulvis panchymagogus Quercetani hoc modo ab ipſo traditus.

Pulveris panchymagogi Quercetani deſcriptio.

℞. *Cryſtall. tartar.* ℥j. *Fol. ſenn. elect. Alexand.* ʒx. *Hermodactylor. Turbith gummoſ. ana* ʒß. *Rhabarbar. Agaric. trochiſcat. ana* ʒiij. *Scammon. præpar.* ʒij. *Macis Cinnamom. Galang. ana* ʒiß. *Sacchar. violati ad pondus omnium.* Loco pulverum macis, cinnamomi, & galangæ addantur potius *Olei ſtillat. cinnamom. Macis ana gutt. v. vel vj.* F. pulvis tenuiſſimus, hujus doſis ʒj.

Panchymagogorum catharticorũ formulæ.

Panchymagogorum pharmacorum formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

℞. *Electuar. panchymagog. Zwelferi* ʒj. *Diacathol. Nicolai* ʒij. *Syr. pantagog. Mynſichti* ʒiij. *Tartar. vitriol.* ℈ß. *Aq. menth. q. ſ.* MS. F. hauſtus, omnes humores exturbans.

℞. *Elect. panchymagog. Zwelferi* ʒiß. *Tinctur. cathol. p. 142. deſcriptæ* ʒij. *Syr. holagog. apud Schroder.* ʒiij. *Crem. tartar.* ℈j. *Aq. fœnic. q. ſ.* MS. F. hauſtus.

℞. *Reſin. jalapp. Scammon. ana gr. v. Fol. ſenn. ſ. ſtip. Extract. rhabarb. ana* ℈ß. *Aq. cinnamom.* ʒij. *Fœnic.* ʒj. MS. F. hauſtus gratus.

In forma decocti.

In forma decocti.

℞. *Rad. angelic. Irid. Florentin. Apii. Petroſelin. ana* ʒiij. *Rhabarbar. Hellebor. nigr. ana* ℥ß. *Jalapp. reſinoſ.* ʒiij. *Fol. ſenn. ſ. ſtip.* ʒv. *Lauri. Calaminth. montan. ana M. j. Soldanell.* ℥j. *Flor. ſambuc. p. ij. Sem. apii* ℥j. *Naſturtii hortenſ. Sinapi ana* ʒiß. *Bacc. lauri. Junip.*

Junip. Cort.median.ſambuc. Tartar.crud.ana ℥ß. *Extrem. cort.citri Nuc.moſch. ana* ʒij. Conciſa atque contuſa coquantur vaſis optimè clauſis poſt digeſtionem per biduum in ſ. q. vini Rhenani & aquæ fontanæ, in colaturæ unciis triginta diſſolv. *Syr. pantagog. Mynſ.*℥iij. *Tinctur. catholic. p.142. deſcript.* ℥jß. *Spir. ſalis armoniac.* ʒj. MS. pro apozemate in hydrope admodum conveniente, aquas enim per diureſim ac diaphoreſim, omneſque alios quantitate peccantes humores blandè per alvum purgante. En ejus in hydropis ſpecie anaſarcâ dictâ effectum: dum chartis hæcce mandarem, ægra dicto affectu laborans, huic apozemati curationem acceptam retulit.

Mulier quædam triginta ſex præter propter annorum ex bienni quartana incidit primò in pedum tumorem; brevi poſt gravidæ ita intumuere pedes cruraque, ut incedere nequiret. Enixa partum lochiorum fluxum vehementem habuit, ſubindeque omni evaneſcente tumore, brevi poſt rediit quartana, qua antiſcorbuticis fuit liberata. Rediit pedum tumor, aſt gravior priore. Quare varia epithemata uſurpavit, quorum maleficio & crurum tumor acceſſit, ac brevi etiam ventris totiuſque corporis, in primis circa oculos, ita ut & hi præcluderentur, quæ mala etiam comitata eſt reſpiratio difficilior appetituſque diminutio, ſitis maximè urgens; hinc autem animi mœror, & ob curationis exiguam ſpem lachrymæ ſæpius profuſæ, oculorum tumorem maximè augentes. Gravem hunc affectum ejuſque ſymptomata tollendi aut ſaltem minuendi gratiâ apozema dictum præſcripſimus, de quo ſingulis diebus mane & veſperi aſſumpſit uncias duas treſve, prout plus minuſve vel alvum depoſuerat, vel noctu ſudaverat. Ad oculorum tumorem tollendum præſcripſimus tantum decoctum ex vino, aquâ, & floribus ſambuci, quo decocto pro epithemate interdiu uſa fuit, flores vero noctu oculorum tumoribus impoſuit; ac intra quatriduum oculorum tumor penè evanuit. Aſt nonniſi ſecundo menſe ab affectu hoc gravi curata fuit, gratiaſque nobis ſummas egit.

Mulier ex bienni quartanâ incidit in pedum tumorem.

Poſt enixum fœtum evanuit.

Poſt quartana rediit

Qua quartanâ rediit totius corporis intumeſcentia.

Et oculorum tumor graviſſimus

Quibus, epithemate & decocto ſupra dicto, curata fuit.

℞. *Rad.fœnic.Apii Polypod.quercin.ana* ℥ß. *Rhabarbar. Mechoacann.ana* ʒv. *Fol.ſenn.mundat.* ℥j. *Agaric. albiſſim. Turbith gummoſ.ana* ℥ß. *Sem.apii Naſturt.hortenſ. ana* ʒij. *Baccar. laur.* ℥ß. *Extremit. cort. aurantior. Zinzib. Nuc. moſchat. ana* ʒjß. *Tartar.alb.crud.* ʒij. Conciſa atque contuſa coquantur vaſis quàm arctiſſimè clauſis in vini part. 1. aquæ fontanæ part. 2. in colaturæ ℔jß. diſſolv. *Syr.de ſenna Sylv.* ℥iij. *vel Pantagog. Mynſ.* ℥ij. *Aq. theriac.compoſ.* ℥iß. MS. convenit in affectibus hypochondriacis, chronicis ad uncias duas treſve, prout facilè difficulterve alvum deponat æger, uſurpatum.

Contra affectus hypochondriacos chronicos.

In forma conditi.

In forma conditi.

℞. *Electuar. diacathol. Nicolai* ʒiß. *Panchymagog. Zwelferi* ℥ß. *Conſerv. flor. anthos* ℥j. *Pulver. panchymag. Quercetani* ʒiij. *Sal. armoniac. Volatil. ſuccin. ana* ℈j. *Ol. roriſmarin. gutt.* viij. MS. F. conditum: in motibus epilepticis convulſivis &c. utile, blandè & humores qualitate quantitateque ſimul peccantes corrigens atque educens, ad nucis moſchatæ magnitudinem vel circiter aſſumptum.

Contra motus epilepticos.

In forma boli.

In forma boli.

℞. *Electuar. panchymagog. Zwelf.* ʒiß. *Diagrid. gr.* jv. *Myrrh. rub. gr.* xv. *Sal. volat. ſuccin. Artemiſ. ana* ℈ß. *Ol. ſuccin. Sabinæ ana gutt.* ij. MS. F. bolus, in menſtruis ſuppreſſis.

Ad mẽſtrua provocanda.

℞. *Electuar. diacathol.* ʒiß. *Reſin. jalapp. Agaric. Diagrid. ana gr.* jv. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. *Ol. menth. gutt.* ij. MS. F. bolus.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

℞. *Diagrid. Reſin. jalapp. ana gr.* v. *Fol. ſenn. mundat. Tartar. vitriol. ana* ℈ß. *Ol. macis vel Cort. aurantior. gutt.* ij. MS. F. pulvis.

℞. *Pulv. ſennæ Wieri* ℥ß. *Reſin. jalapp. Magiſter. gumm. gutte ana gr.* v. *Cremor. tartar.* ℈ß. *Ol. fœnic. vel Aniſ. gutt.* ij. MS. F. pulvis.

In forma pilularum.

In forma pilularum.

℞. *Reſin. jalapp. Agaric. ana gr.* v. *Trochiſc. alhand. Aloes lucid. Sal. volatil. ſuccin. ana gr.* vij. *Ol. ſuccin. gutt.* ij. *Elix. proprietat. q. ſ.* MS. F. pilulæ no. vij: in menſtruis diutius retentis indeque ortis doloribus capitis fixis aut gravativis &c.

Ad mẽſtrua diu ſuppreſſa, indeq; capitis clavũ aut dolorem gravativum.

℞. *Gumm. ſagapeni aceto præparat.* ℈ij. *Myrrh. rubr.* ℈j. *Croc. Britann.* ℈ß. *Reſin. jalapp. Diagrid. Trochiſc. alhandal ana gr.* xv. *Extract. cathol. noſtr.* ʒj. *Sal. volat. ſuccin. Armoniac. ana* ℈ß. *Ol. ſuccin. vel Menth. vel Macis vel Cort. aurantior. gutt.* viij. MS. F. pilulæ no. L. deaurentur: maximè conveniunt in affectibus hypochondriacis, (indeque ortis doloribus pungentibus, borborygmis, &c.) ex menſtruis ſuppreſſis &c. originem trahentibus.

Ex menſtruis ſuppreſſis dolores pungentes &c.

Notæ in uſu catharticorum pharmacorum obſervandæ.

Quid in uſu catharticorum obſervandum.

Καθαρτικὰ φάρμακα in praxi quàm neceſſaria ac frequentia ſint, norunt, qui à limine tantum medicinam ſalutarunt. Verum quia non omnibus ac ſingulis morbis, humoribus, hominibuſve &c. conveniunt pharmaca cathartica; jam ad coindicantia, jam vero ad contraindicantis attendendum, videndumque qualia eſſe debeant καθαρτικὰ, quæ purgationis quantitas, quales requirantur vires, qualis corporis habitus, quæ conſuetudo, quale vitæ genus, & quo

quo tempore, quaque cautione materia peccans ſit evacuanda. Denique quid ante, in, ac poſt purgationem agendum obſervandumque ſit: quod paucis pro rei gravitate ac neceſſitate ſtudioſis ac benevolis Lectoribus dabimus.

Præmittendam duximus primo quæſtionem, qua quæritur an (g) & quid purgandum? Primam quæſtionem ſolvit ac probat Mar- An & quid purgandum?

(g) Prodit hæc quæſtio ex ſchola Eraſiſtrati, qui cathartica medicamina vel omnino ex Medicina proſcripſit, vel illa rarò admodum adhibuit, in quo plures inter veteres celebrioris famæ Medicos ſectatores promeruit. Nuper Helmontius acrius fortè catharticis contradixit, ut planè de iſtis actum eſſet, niſi tot ſeculorum experientia criminationes ab illo prolatas expelleret. Verum reticendum non eſt, quod nec purgans pharmacum ſit omnium fere morborum univerſalis medicina, neque crebram alvi ductionem adeo tutam eſſe, ut non noceat. Etenim nihil planius eſt, quàm morbos non ſemper per hujus aut alterius humoris exceſſum, ſed plerumque per defectum conſtitui, ut proinde Hippocrates Medici munus eſſe decreverit, *detrahere, & adiicere*. Atque licet priores evacuatione indigeant, tamen non ſemper redundans humor ad inteſtina facilè trahitur. Frequentior autem catharticorum uſus (qui neſcio quo fato ad noſtra etiam ſecula pervenit) non modo utiliores ſanguinis particulas depopulatur, ſtomachum lædit, & benefica viſcerum fermenta abſumit, ſed etiam omnia turbat ac confundit, atque per inconſuetas vias ducit. Quare longè minus inter Medicos ii peccant, qui à catharticis medicamentis omnino ſe abſtinent, quàm qui per repetitas purgationes univerſum corporis humorem exhauriunt: non aliter ac qui, ut limum ex putei fundo extrahant, univerſas prius aquas educunt. Hinc ſtatas illas & annuas purgationes, quæ in corporibus etiam ſanis ad morbos, ut ajunt, antevertendos, & humores deplendos inſtituuntur, odi ſemper ac horrui, quamvis à Medicis quotidie eas adhiberi videam. Non minus enim ſalubriter vivit, qui curioſo victu cavet, ne inutilis materia corpori ſuperſit, quàm qui ſolemnibus iis evacuationibus corpus ſuum exonerat. Unde liquet, quod Medicinam naturæ humani corporis conſentaneam non fecimus, ſed potius illam ad Medicinæ leges traximus. His fortè rationibus motus Hippocrates adeo utilia documenta circa purgationem reliquit, ut niſi illa memoria noſtra excidant, labi nobis ſit difficile. Quare ut in hoc Lectori meo morem quoque geram, quæ majoris momenti circa illam in ejus ſcriptis occurrunt præcepta, ſimul congeram, & uberioribus animadverſionibus illuſtrata exhibebo. Ac primò quidem ſanis corporibus cathartica pharmaca cavit Hippocrates aphor. 36., & proximè ſequenti ſect. 2. Sanus vero dicitur Homo, qui ſuæ ſpontis eſt, ut rectè ait Celſus cap. 1. ſub initio. Quemadmodum enim morbus jus quodcumque agendi nobis demit, ita ſanitas illud nobis reſtituit: ac proinde ſani ii tantum dicuntur, qui ex conſueto vitæ genere morbum facilè non incurrunt. In morbis autem illud maximè generale præceptum aphor. 22. ſect. 1. exhibuit, ut coctione jam peracta purgatio fieret: quibus verbis non id ſolum indicare voluit, ut morbifica materia ab utili humore ſecedere ſit prona, ſed etiam ut vaſa excretoria, quæ illam à ſanguine in inteſtina derivant, & extra corpus educunt, huic tranſmiſsioni ſint idonea. Quo ſenſu ſumenda eſſe puto ejuſdem Hippocratis verba aphor. 9. ſect. 2. *quum quis corpora purgare voluerit, ea ad fluxum benè comparata faciat, oportet*. Atque hinc factum, ut nonnulli, ne inanes turbas cum Ægrotantium diſcrimine catharticorum uſu moveant, ſoleant injectis clyſteribus, & calido fomento ventrem emollire, ut ſic ductus excretorii irruentibus humoribus non obſiſtant. Hæc quidem generalis eſt regula tum in chronicis, cum in acutis morbis adhibenda. Unde ſponte ſua profluit, quod cita prius aphor. nectit Hippocrates, cathartica nempe pharmaca in principiis morborum non eſſe uſurpanda: quod in chronicis ob materiæ morbificæ craſsitiem, in acutis ob viarum tranſmiſsioni deſtinatarum, quæ ferventium humorum ſtimulis contrahuntur, ineptitudinem magis locum invenit. At vero in acutorum morborum principiis purgationem quoque commendavit Hippocrates. I. quum humores nimium turgent, ſive ſuopte impetu ad excretionem feruntur (ita enim intelligi velim vocem illam) quod rarò accidere ipſemet eodem loco obſervat. II. quum morborum cauſæ in primis viis conſiſtant, nec dum in arterias & venas tranſierint. Sic enim aphor. 29. ſect. 2. *quum morbi incheant, ſi quid movendum videtur move; quum vero conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere*. Unde patet, quod licet in morbis chronicis cathartica medicamenta frequentius Hippocrates adhibuerit, in acutis tamen rarò admodum illa uſurpavit; quod ex hiſtoriis in libris Epidemicorum ſatis liquere arbitror. Ex omnibus enim febrientibus, vel aliis morbis acutis laborantibus paucisſima eorum occurrunt exempla, quibus purgantia fuere exhibita. Atque omnino ex Scomphi hiſtoria lib. 5. Epidem. colligitur, quanto cum diſcrimine in acutis morbis cathartica præſcribantur. *Scomphus enim lateris dolore detentus ſeptimo die mortuus eſt cum delirio: medicamentum autem deorſum purgans ebibit, quum ipſo ante purgationem die mente conſtaret, neque multum purgatus eſt: in purgatione*

Martinus Wendelinus lib. 3. axiom. medic. axiomate 780. inquiens, quod plenum eſt evacuari debet: quare quoque Galenus in lib. 1. aphoriſm. Hippocratis commentar. 23. dixit, humor quantitate ſuperexcedens ſi evacuetur, ipſum ægrum ſe ipſo fieri leviorem. Quoad ſecundam, idem in eundem librum aphoriſm. commentar. 2 reſpondit, humorem noxium ſemper evacuandum eſſe, & lib. 6. commentar. 31. humores malitiâ redundantes expurgandos eſſe. Hûc ſpectat quod magnus Senex aphor. 25. ſect. 1. & aphor. 3. ſect. 4. & 6. Epidem. 4. 30. p. m. 808. tradidit, ſi qualia oportet purgari purgentur, confert, & facilè ferunt. Quare etiam Hippocrates aphor. 2. ſect. 4. monuit, purgantium medicamentorum uſu talia è corpore educenda, qualia ſponte etiam prodeuntia juvant, contrario vero modo exeuntia ſiſtenda. Hìc quoque maximè tenenda aurea illa regula, quam idem aphor. 22. ſect. 1. tradidit; concocta medicamento purgante educenda, & movenda, non cruda, neque per initia niſi turgeant; plurima vero non turgent.

Quomodo, quantum, ubi & quando purgandum.

Quæritur porro quomodo, quantum, ubi, & quando purgandum ſit, ut videre eſt apud Martinum Wendelinum lib. 3. axiom. medic. axiomate 1130. & Hippocratem 6. Epidem. Quare quoque in purgatione & locus, in quo materia peccans evacuanda generatur, conſiderandus; nec non humoris peccantis motus, ſurſum nempe an deorſum, aut aliorſum moveatur humor peccans, ejuſque natura utrum bilioſa nempe, an vero pituitoſa, acida, auſtera, &c. ſit humoris peccantis natura, ac copia. Denique & morbi ſtatus, nempe an in augmento, vel in vigore, vel in declinatione ſit nec ne: ut & ſymptomata concurrentia purgationem nonnunquam ſimul indicantia, videlicet causâ hac ratione ſublatâ, effectus & ſymptomata ſimul non rarò tolluntur; nonnunquam vero contraindicantia ac vetantia, hacque ratione ſi augeſcant ac graviora eadem fiant, &c. Quatuor dicta quæſita ex dictis dicendiſve ſatis ſuperque percipi à Lectoribus ſtudioſis poſſe judicamus.

Qualia purganda.

Conſideremus ergo porro qualia debeant eſſe *καθαρτικὰ φάρμακα*, dein quæ purgationis quantitas &c. ultimò tandem ſervabimus ordinem huc uſque de medicamentis ſupradictis, ac in primis in

---

gione ipſa deliravit. Verba ſunt Hippocratis. Itaque in purgatione in principiis acutorum inſtituenda hæc tenaciſsimè regula ſervanda erit. Si ea appareant ſigna, quæ pravorum humorum in primis viis congeriem ac turgentiam indicant, quæ accuratè recenſet Georgius Baglivus in epiſtola ad Dom. Andryum, tunc à purgatione non abhorrerem. At ſi vel minima ſuſpicio ſit inflammatorii morbi, vel confirmatæ jam inflammationis, tunc à purgatione omnino abſtinendum judico. Denique id inculcat Hippocrates, ut purgationem non moliamur, dum natura aliorſum vergit, quod in omni evacuatione inſpiciendum ſuaſit aphor. 21. ſect. 1.

in notis circa eadem obſervandis traditum.

A levioribus catharticis vel lenientibus f. lenitivis dictis incipiendum judicamus, antequam ad fortiora aſcendatur, ne nimis ſubitò fiat tranſitus ad inconſueta. Hìc enim neutiquam oblivioni tradenda, aſt ubique ſervanda aurea Hippocratis regula aphor. 51. ſect. 2. deſcripta: plurimum & repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quovis modo corpus movere, periculoſum; omne ſiquidem nimium naturæ inimicum: paulatim vero quod fit, tutum, & præſertim ſi quis ab uno ad aliud tranſierit. Quod ultimum C. Celſus obſervandum quoque lib. 1. cap. 3. p. m. 25. ſuadet. A levioribus incipiendum.

Liquidiora cathartica pharmaca ſiccioribus corporibus exhibenda, ſicciora vero humidioribus. Circa quam regulam non levis ſubinde à nonnullis committitur error. Verum ſi æger ſiccioris naturæ catharticum in forma ſicca appetat, & hæc ipſi præ cæteris formulis arrideat, indulgeat hoc ipſi medicus, ſed & ſimul moneat, ut æger horâ unâ atque alterâ poſt aſſumptum in ſicciori forma purgans, aſſumat juſculum; alioquin non rarò in febres hecticas, acutas, inflammationes meningum, ſitim intolerabilem ac inexſtinguibilem &c. incideret. Liquidiora cathartica ſiccioribus corporibus exhibenda, & è contra.

Humoris evacuandi quantitas certis rationibus menſurari nequit, ut ſcriptum reliquit Arnold. de Villanova doctrin. 4. cap. 17. aphor. 1. Qua tamen copiâ humor ſit purgandus, ex affectu, quantitate & loco, in quo morbificus humor ſitus eſt, Heurnius lib. 12. method. medend. cap. 4. colligi poſſe putat. Verum nota, nimis frequentem purgationem corpus quammaximè debilitare, ut ex Aſclepiade C. Celſus lib. 1. cap. 3. p. m. 29. probat, & ultra modum ſi fuerint exhibita purgantia ex mente Galeni comment. 6. in lib. 6. Epidem. text. 5. interficiunt. Quare evacuationes extremæ, ideſt quæ uſque ad animi defectum, & repente fiunt, periculoſæ dicuntur. In evacuando vero ſatius eſt minus, quàm nimium facere, tutius enim eſt peccare in defectu quàm exceſſu. Aſt tamen nimis debile ſi ſit catharticum pharmacum nihil agit, & commovet tantum: verum ſi nimis, ut dictum, vehemens nocet, ut auctor nobis eſt Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. 1091. Quando vero à purgantibus exhibendis deſiſtendum ſit, docuit Hippocrates aphor. 19. ſect. 4. & libro de veratri uſu 1. §. 6. p. m. 610. qui, inquit, medicâ potione dum purgantur, non ſitiunt, ipſorum purgandi finis non fit, donec ſitiverint. Tutius tamen eſt, ut ſupra monitum, citra ſubſiſtere, teſte Nicolao Curtio in ſuo libello de medicamentis lenientibus præparantibus & purgantibus, quàm ultra progredi. Humoris evacuandi quantitas.

Vires qua-les eſſe de-beant.

Vires quales eſſe debeant, lippis tonſoribuſque ſatis innotuit. Non debilibus, morbis extenuatis, languidis &c. exhibenda propriè dicta cathartica, ut videre eſt apud Petrum Poterium obſervat. & curation. centur. 1. curat. 22.

Quid circa ætatem ob-ſervandum.

Ætatem quod attinet, hæc pauca. Parcius cathartica exhibenda Pueris, quorum ſubſtantia continuò & inſigniter, propter inordinatos motus, nimiam auctionem, corporis raritatem, ac proinde exhalationem multifariam diſſipatur: & Senibus, quorum corporis ariditate, plus quàm humiditate (quæ catharticorum vi ejicitur) laborantium vita lucernæ inſtar parum jam habentis ſevi aut olei extingui ſolet. Ut & gravidis in primis initio & fine geſtationis, ut Hippocrates aphor. 1. ſect. 4. & aphor. 29. ſect. 5. docuit. Fœtui quoque nil fere magis, quàm cathartici pharmaci exhibitionem nocere dixit ſæpius jam allegatus Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. axiomate 1255. Necnon iis quibus menſes validè purgantur, ut dixit Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. ex Antylo. Conſultum ergo judicamus, inquit Fr. Joel lib. 2. phyſiol. ſect. 5. ut pueri, prægnantes & decrepiti à purgationibus omnino abſtineant: at ſi neceſſitas maximè id efflagitet, iis benigniora remedia pharmaca, nempe leniſſima & lenitiva propriè dicta, qualia ſunt caſſiæ fiſtularis pulpa, rhabarbari macerati liquor, manna &c. exhibeantur.

Qualis cor-poris habi-tus, conſue-tudo, &c.

Qualis jam debeat eſſe corporis habitus, quæ conſuetudo, &c. quale vitæ genus paucis demonſtrabimus. Raræ texturæ homines parcè purgandos docuit Heurnius lib. 3. method. ad Praxin cap. 8. Sit idem de valde gracilibus dictum, ut videre eſt apud Cl. Dorncreillium de purgat. p. m. 148. Calidæ vero & humidæ qui ſunt conſtitutionis, facilè purgationes ferunt, ut probant Heurnius & Dorncreillius locis ſtatim citatis. Pharmacis aſſueti majorem medicamentorum vim perferre poſſunt, quàm inſueti: plurimum enim inſueti læduntur, in primis pharmacum catharticum ſi in majori quàm conveniente aut juſta doſi ipſis propinetur. Qui duram agunt vitam, artemque laboris plenam exercent, levem medicationem aſpernantur dixit Heurnius loco modo quoque citato: excreta enim non copia ſunt æſtimanda, ut Hippocrates aphor. 23. ſect. 1. monet, modo exeant, qualia exire oportet. Sic quoque Balneatores, Bajulos, Ruſticos, Fabros ferrarios, & alios qui circa opificia laborioſa verſantur, multum evacuare non convenit; quod probavit Dorncreillius loco modo dicto. Videbimus porro quales, & qui humores purgationem indicent, quique vetent, dein quibus in morbis conveniant, in quibus vero noceant; poſtmodum qui homines tolerare καθαρτικὰ φάρμακα, eaque abſque detri-

men-

mento uſurpare queant, qui vero nonniſi magno ſubinde cum periculo iiſdem utantur: tandem catharticum uſurpandi tempus & ſigna, quaque cautione ſit adhibendum: denique ac ultimò quid ante, in, ac poſt purgationem obſervandum ſit.

Catharticaquomodo ſubinde operentur.

Rectè Hippocrates libro de purgantibus in initio p. m. 607. monuit, medicamentorum purgantium rem non ita ſe habere, quemadmodum vulgò putatur: eodem enim, inquit, medicamento quidam purgantur, quidam non purgantur, idque quandoque alia purgat, quàm quæ purgare ſolet: aliquando nimium purgat, aliquando ea, quæ debet, facit. Pergit Senex p. 608. text. 11. meritò ergo ad indicantia, coindicantia & contraindicantia ut pag. 148. monitum, attendendum. Quum, inquit text. 111. itaque pharmacum alicui dare voles, ſive deorſum ſive ſurſum purgans, interrogare oportet, an prius biberit medicamentum, an alvus ex deorſum purgantibus cita ſit, & utrum celeriter obediat, an vero durior ea ſit: quod ſi citam ac facilè ſolvi poſſe dixerit, mollioribus & paucioribus medicamentis opus habet; ſi vero duriorem, fortioribus indiget. Conſultum ergo judicavimus, rem Medicis in primis junioribus ſanè quàm difficilem inquirere; eamque vel ſcriptis Medicorum Practicorum tam antiquorum quàm neotericorum, eorumque auctoritate, vel rationibus, aut obſervationibus propriis illuſtrare ac confirmare moliemur. En ſtudioſe Lector ea de cauſa quæ notatu digna, & ſcitu neceſſaria duximus.

Humores ergo purgationem indicantes ſunt.

Humores quæ purgationem indicant, ſunt

Bilis p. n. copioſior.

1. Bilis præter naturam copioſior: quare Galenus in lib. 4. aphoriſmor. commentar. 62. dixit, humores bilioſos per alvum evacuatos ſanare morbum regium. Indicat ergo bilis p. n. copioſior evacuationem eſſe neceſſariam: purgantium enim medicamentorum uſu talia è corpore educenda, qualia ſponte etiam prodeuntia juvant, legitur apud Hippocratem lib. 4. aphor. 2. & aphor. 3. ejuſdem ſectionis, necnon aphor. 2. 23. & 25. ſect. 1. ſi, qualia oportet, purgentur, confert, & facilè ferunt. Hocque comprobat experientia quotidiana, bilis enim p. n. copioſior ſi blandè per inferiora expurgetur, levamen inde ægri ſentiunt, morbique ac ſymptomata inde producta minuuntur, imo curantur. Monuit quoque Senex aphor. 10. ſect. 4. purgandum eodem ipſo die ſi materia turgeat; & aphor. 24. ſect. 1. in acutis morbis, (à bile ut plurimum oriundis) in principiis medicamentis purgantibus utendum: quis, quæſo, humor magis ac citius turget bile? Hæcque, de

de qua ſermo eſt, præter naturam copioſior in corpore jam exiſtit, meritò ergo ſtatim bilis copioſior per catharticum pharmacum expurganda eſt. Aſt nota: ſingultus ſi adſit, ac is ex bilioſis ſit productus & exortus humoribus, à purgationibus abſtinendum eſſe, ut ſuadet Foreſtus ex Tralliano lib. 18. obſervat. ſchol. 12.

Pituita viſcida copioſior in ventriculo.

2. Pituita viſcida, ut Galenus lib. *quos purgare oportet*, teſtatur: copioſior in primis in ventriculo ſi exſtiterit, inquit C. Celſus lib. 2. cap. 12. de alvi ductione p. m. 85. aliàs nonniſi præparata ac inciſa educenda, non vero cruda. Aſt ſi turgeat ſtatim educendam eſſe jubet Hippocrates aphor. 22. ſect. 1. Convenit tamen ut catharticis pharmacis talibus in caſibus ſemper incidentia ſpirituoſa flatuſque diſcutientia admiſceantur, ut eò facilius minorique cum ægrorum moleſtia, dolore, anxietate, ac torminibus pituita peccans educatur. Rectè tamen C. Celſus loco citato pituitam viſcidam copioſiorem, eamque in ventriculo præſertim exiſtentem educendam judicat: copioſior enim quia in ventriculo exiſtit, turget quaſi, non quod pituita illa propriè ſit in motu, & de loco ad locum ſine ordine & ratione moveatur, ac metus ſit, ne materia hæc inconſtans & mota membro nobili infigatur, ut Galenus in hunc aphoriſmum 22. ſectionis primæ circa verbum turgere commentatur; ſed quia materia hæc in via exitus jam verſatur, facilèque ac ſine periculo imminente educi poteſt. Nam materia ubi in via eſt, & exitus expulſioni aptus pateat, etſi verè turgida non ſit, tamen non opus eſt concoctionem expectare, quia facilè & ſine periculo medicamento purgante quotidie educitur. Satius ergo eſt ſtatim educere pituitam in ventriculo copioſiorem, quàm morâ vires perdere, obſtructioneſve pertinaces &c. excitare. Inſpiciatur ea de cauſa Antonius Muſa Braſſavolus in aphoriſmos Hippocratis, & commentaria Galeni in eoſdem p. m. 114. 115. & 121. lib 1. aph. 22.

Humores aquoſiores in inteſtinis, &c.

3. Humores aquoſiores in inteſtinis, ventriculo, aliiſve partibus, à quibus ad inteſtina aditus pateat, exiſtentes, ut apud C. Celſum loco mox citato videre eſt: nam ſponte fere hi peccantes humores educuntur, ſunt enim jam in via, & ad exitum quaſi parati; educantur ergo ſtatim, antequam vel aſcites, vel hernia ſcroti aquoſa, vel crurum pedumve tumor &c. excitetur.

Humores jam concocti, &c.

4. Humores jam concocti, inciſi, ac præparati, crudi nempe acreſque qui fuerint antea &c. juxta aphor. 22. ſect. 1. ac quantitate peccantes humores in corpore collecti, ut Aetius Tetrab. 1. ſermon. 3. cap. 23. & Paulus Ægineta lib. 7. cap. 4. ſtatuere. Quantitate non vero qualitate humores peccantes, ſicque corpori moleſtos expurgandos docuit Fuchſius inſtitut. medic. lib. 2. ſect.

5. cap.

5. cap. 17. & Galenus in lib. 6. aphor. commenthr. 47. quam ſententiam Hippocrates ſect. 4. aphor. 2. comprobat. Nam qualitate ſolummodo ſi peccent, neutiquam καθαρτικὰ φάρμακα conveniunt, quia nihil horum beneficio è corpore exturbaretur, verum dolores pungentes, contorquentes, anxietates, vigiliæ, reſpirationeſque difficiliores &c. pro humorum peccantium natura excitarentur, & nonniſi acriores fierent, leviter fortè antea qualitate qui peccaverint humores: quare ſiſtendos potius Hippocrates ſect 4. aphor. 2. & aphor. 25. ſect. 1. eoſdem monuit. Hac enim viâ ſi expellerentur qualitate peccantes humores, graviter ferrent ægri, ac ſymptomata ingraveſcerent.

5. Κακοὶ χυμοὶ, ut putat Fuchſius inſtitut. medica. lib. 2. ſect. 5. cap. 16. vitioſi enim humores expurgandi ſunt, quantitate nempe ſi peccent. Nam qualitate peccantes humores ſunt quoque pravi ſucci, non tamen ſtatim per purgationem è corpore exturbandi: nam crudi & inconcocti neutiquam movendi juxta Hippocratem aphor. 22. ſect. 1. præterquam in valde acutis, & ſi materia tum turgeat aphor. 10. ſect. 4. Auſteri ſ. melancholici enim humores revera pravi & vitioſi ſucci ſunt, hos vero non temperatos non præparatos, ſed inconcoctos crudoſque per καθαρτικὰ φάρμακα è corpore ſi quis educere vellet, ratione, experientiâ, ac auctoritate decederet, diraque ac gravia ſymptomata hoc modo excitaret. Convenit ergo atque oportet, ut præparantia, humorumque acrimoniam temperantia, pituitoſoſque & viſcidos incidentia &c. in cacochymia præmittantur, antequam ad propriè dicta cathartica pharmaca deſcendat Medicus. De his in ſequentibus fuſius.

Humores vitioſi, & quales.

Humores contraindicantes, ſeu vetantes purgationem ſunt.

Humores qui purgationem vetant, ſunt.

1. Bilis craſſior ac viſcidior, quæ plerumque ita fit ob humorem viſcidum ſolum, vel ſimul ſubauſterum illi admixtum, unde non raro in calculos concreſcit in folliculo fellis, ductu cyſtico, hepatico, necnon biliario, quod hyeme nonnunquam contingit bobus. Idem quoque bis obſervavimus in mulieribus longo morbo extinctis. Harum altera per ſex ſeptemve annos continuò laboraverat, in cujus quoque folliculo ultra triginta calculi variæ figuræ diverſique coloris fuere reperti, quos inter unus nucem moſchatam magnitudine antecellebat. Similem ac notatu dignam hiſtoriam & figuram in ſequentibus dabimus. Craſſa ac viſcida nonniſi inciſa ac liquidiora reddita ſunt expurganda, ut rectè monuit Senex aphor. 9. ſect. 2. & aphor. 70. ſect. 7. corpora, inquit, quum quis purgare volet,

Bilis craſſior & viſcidior.

ea fluxilia faciat oportet. Quare quoque C. Celſus lib. 3. cap. 18. ſuadet, & perpetuum conſervandum jubet, idque in omnibus morbis, nempe ubi ab inferiore parte purgandus aliquis ſit, ventrem ejus ante ſolvendum eſſe.

Bilis valde volatilis & maximè acris.

2. Bilis valde volatilis aut maximè acris: nam ſi bilis valde volatilis deorſum moveatur, metus eſt ne maxima illius pars per vaſa lactea ad cor deferatur, febreſque ſic acutiſſimas, cephalalgias graviſſimas, eaſque pulſantes &c. excitet. Dein bilis maximè acris ſi purgantibus irritetur, facilè diarrhœam graviſſimam, & hypercatharſim generat; facilè enim ferocit bilis ita acris. Figentia ergo bilem volatiliorem potius uſurpanda, quàm cathartica pharmaca hoc in caſu cum ægrorum periculo præſcribenda, & in uſum revocanda.

Pituita valde viſcida.

3. Pituita valde viſcida: ratio ex Hippocrate aphor. 9. ſect. 2. jam data eſt. Valde enim viſcida, non præparata, nec attenuantibus (frigidis, ubi conſtitutionis plus ſolito calidioris eſt, calidis, ubi frigidioris temperamenti reperiatur æger) inciſa neutiquam educenda: cruda enim non concocta, inciſa, præparata, ut inquit Hippocrates aph. 22. ſect. 1. & 5. Epidem. 25. medicamento purgante nec educenda nec movenda: in primis ibidem Senex addit *per initia*, nempe nondum inciſa, concocta, ac præparata, aſt valde viſcida adhuc exiſtens.

Pituita vitrea.

4. Pituita vitrea vulgò dicta: ratio eſt quia vitrea redditur pituita ob admixtũ acidum. Acidum enim nempe inconcoctum ac incorrectum quantis cùm doloribus pungentibus, ventris torminibus, ac quàm difficulter per cathartica educatur, norunt experti Medici, ac ægrotantes acidis humoribus ſcatentes. Præſtat nempe acidum vel obtundentibus ac lenientibus, vel illud diluentibus aut infringentibus, quàm maximis cum ægrorum querelis citò, ſi modo citò, jucundè curare.

Humores acidiores & auſteriores.

5. Succus pancreaticus, vel lympha, vel ſaliva acidior, vel auſterior, ob rationem p. 97. ubi de humoribus acidis & auſteris vomitum prohibentibus egimus, traditam: deinde impediunt plerumque acida ac auſtera ipſam purgationem. Quare noſtro judicio malè & planè præpoſtere agunt, qui catharticis propriè dictis acida & auſtera admiſcent: ſolummodo enim purgationem tardant ac impediunt, ſi in totum ſubinde non tollunt, aut ſummis cum pungentibus contorquentibuſve doloribus torminibuſque ac præcordiorum anxietate operantur. Fortè tamarindi ſi non eſſent acidi vel ſubacidi, non tantum laxarent alvum, verum etiam purgarent ipſam; facilè enim tantum illorum aciditati adſcribi poteſt. Meritò ergo acidiora & auſteriora per temperantia ſpirituoſis ac volatilibus

Tamarindi quare alvũ laxant.

Acidiora & auſtera po-

buſ oleoſis ſcatentia, vel obtundentia, vel infringentia, aut imbibentia corriguntur ac temperantur, quàm ita injucundè ac non tutò ægri talibus humoribus ſcatentes curantur.

tius corrigenda quàm expurganda.

Morbi, & ſub his comprehenſa ſymptomata, purgationem indicantes ſunt ſequentes.

Morbi & ſymptomata, in quibus purgatio convenit, ſunt.

Apoplexia.

1. Apoplexia(h), ut Johannes Walæus in ſua medendi methodo, p.m. 34. teſtatur: quia humor & materia peccans partem aliquam principem occupat, qui affectus, ſi levis ſit, validâ purgatione, in duplici nempe triplicive doſi exhibitâ, facilè tollitur, modo purgantia ægrotantes aſſumere poſſint. Duos novimus laborantes apoplexiâ beneficio valde acrium clyſterum & purgantium in triplici doſi exhibitorum apoplexiâ curatos in paraplegiam converſâ. Semper fere acria clyſmata, ut & fortia purgantia in apoplexia conveniunt, non tantum quia lympham craſſiorem, viſcidiorem pituitam, omnemve materiam viſcidam in cerebro contentam, ac ex parte nervos obſtruentem, ſicque ſpirituum animalium & generationem, & in partes ſenſibus motuique dicatas influxum impedientem incidunt, atque ex intimis abſconditiſque corporis penetralibus eliciunt ac expurgant; verum etiam ob acredinem, qua fortiora & acriora purgantia prædita, maximè excitant. Utantur tamen jam excitati Apoplectici alterantibus, in primis viſcidos ac pituitoſos humores incidentibus, ſpiritus animales ut eò facilius generentur, ſerventurque clyſteribus vel purgantibus ſolito acrioribus, ut ſæpius jam inculcatum. In qua, ut & in epilepſia, etiam conveniunt fonticuli in capite cauterio actuali facti, in & extra paroxyſmum: vide pag. 73. 74. & 75. necnon armamentarium chirurgicum Sculteti noviter expreſſum Lugd. Batav. apud Lucht-

In qua triplo quidem vehementiora ſunt exhibenda.

(h) Rectè Apoplexia à Georgio Baglivo in ſua Praxi medica lib. 1. in ſanguineam & pituitoſam diſtinguitur. Quæ quidem ſpecies licet eſſentiæ ratione conveniant, nihilominus ratione cauſarum multum inter ſe diſcrepant. In priori enim copioſus adeo ſanguis in cerebri vaſis congeritur, ut ſenſus omnino obruat. In poſteriori vero iners ac pituitoſa materia aut ſpirituum ſecretionem impedit, aut cerebri ſubſtantiam comprimit, aut nervoſos ductus obſtruit, aut meningum oſcillationes hebetat. Quanti autem Medicis diſtinctio illa interſit, & unam ab altera diſcriminare, vel ex hoc patet, quod ſicuti in ſanguinea phlebotomia efficax ſit medicina, ita in pituitoſa oſcitanter adhibita celerius patientes interimat. Unde factum puto, ut Celſus lib. 3. cap. 27. ſanguinis miſſionem Apoplecticos vel occidere, vel liberare dixerit. Quemadmodum vero in ſanguinea emetica pag. 99. interdiximus, ita id de catharticis, quæ humores magis exagitant, potiori jure vindicandum erit. Si autem hæc in pituitoſa Apoplexia adhibenda ſint, omnibus aliis præfero pulverem Cornachini; vel generoſum aliud catharticum eligatur, cui tamen nectenda velim aliquot antimonii diaphoretici grana, ut inſigni ejus efficaciâ materia iners ac pituitoſa facilius à cerebro diſcuti poſſit.

mans & Bouteſteyn. Ante omnia in uſum revocentur apophlegmatiſmi: obſervarunt enim nonnulli, apoplexiam imo gravem per ſalivationem curatam.

Epilepſia. 2. Epilepſia: non tamen convenit purgantia dare in ipſo paroxyſmo epileptico: nam acria quia plerumque purgantia ſunt, nonniſi convulſivos motus convulſioneſque augerent, aut de novo excitarent. Verumtamen præparatis ac temperatis acido-auſteris humoribus nervos vellicantibus, ac eoſdem ſuo auſtero quaſi conſtringentibus, ſicque liberum animalium ſpirituum in nervos influxum impedientibus, meritò ad purgantia ſpecificis mixta, ac ſine acidis præparata tranſit Medicus.

Puella præ mœrore incidit. In motus epilepticos, imo epilepſiam. Suffocationem hypochondriacam: &c.

Puella quædam vigeſimum quartum, ni fallor, agens annum, pituitoſa ac melancholica, ob matris obitum incidit in mœrorem graviſſimum, fugiens omne conſortium: non longè poſt ex ſubitaneo terrore incidit in epilepticos quoſdam motus, ac intra menſem in convulſiones ipſamque epilepſiam, ſuffocationem hypochondriacam gravem, appetitum planè abolitum, ac continuam præcordiorum anxietatem maximam, menſtruorum ſuppreſſionem, lumborum dolorem fere continuum veſperi cum magno frigore ingraveſcentem &c. plurimas noctes aut inſomnes, aut horrendis inſomniis tranſigens. Hanc morbi hiſtoriam poſtquam Puellæ Pater narraſſet, ſequentem dedimus (primò omnibus acidis, auſteris, crudiſque &c. interdictis, bono eſſe animo hominumque conſortia, quantum poſſet, frequentare juſſimus) mixturam ſingulis horis cochleatim uſurpandam.

Quare mixturam antiepilepticā.

℞. *Aq. majoran. nobil. Roriſmar. Puleg. Cort. citri ana* ℥j. *Spir. ſalis armon. gutt.* xv. *Contra præcord. anxiet. noſtr.* ʒij. *Tinctur. caſtor.* ʒj. *Antiepilept.* ʒj. *Sal. volat. ſuccin.* ℈ß. *Laud. opiat. gr.* iij. *Syrup. ſtœchad.* ʒvj. MS.

Hujus mixturæ beneficio intra dies quatuordecim valde ſymptomata fuere diminuta; quare eandem per menſem circiter adhibere voluit ægra. Dein loco mixturæ ſequentem uſurpavit ſpiritum in vino ad guttulas viginti & ultra.

Et ſpiritū. ℞. *Spir. contra præcordior. anxiet.* ℥ß. *Salis armoniac.* ʒj. *Laud. opiat. gr.* jv. MS.

Quo ſpiritu omnis præcordiorum anxietas fere evanuit, imo ipſum adventantem paroxyſmum, qui aderant, ſuperabant. Singulis ſeptimanis bis quinque pilulas de ſequenti maſſa ægrotans per tres circiter menſes uſurpavit, ac quater quinquieſve ſemper inde alvum depoſuit.

℞. *Gumm. ſagapen. aqua roſar. ſolut.* ℈ij. *Myrrh. elect. Sal. volatil.*

latil.ſuccin.ana gr.xxv. Croci optim. Vitriol.martis ad albedinem calcin.ana ℈j. *Reſin.jalapp. Diagrid. Aloes lucid.ana* ʒß. *Ol. lavendul. Succin. ana gutt.* vj. MS. F. pilulæ no. lxx. deaurandæ.

Necnon pilulas purgantes aperientes uſurpavit.

Horum medicamentorum beneficio curata fuit hæc ægra, aſt menſtrua non habuit; quare ſubinde hiſce pilulis adhuc utitur.

Et curata eſt.

Tinctura antiepileptica ſuperius memorata.

Tincturæ antiepilepticæ deſcriptio.

℞. *Rad. pæoniæ maris ſicc.* ℥ij. *Angelic.* ℥j. *Ariſtoloch. rotund. Fraxinell. Valerian.ſylveſtr.ana* ℥ß. *Fol. origan.Cretic. Majoran. nobil.ana* M.j. *Thymi Rutæ Salviæ ana* M.ß. *Flor. pæoniæ maris Hyperic.ana* p.iij. *Betonic. Salviæ Lavendulæ Roriſmar.ana* p. ij. *Sem.ammeos oriental. Nigellæ ana* ʒij.*Pæoniæ* ℥j. *Caſſiæ lign.acut.* ʒiij. *Caryophyllor. Extrem. cortic.aurantior.ana* ʒij. *Cardam.min. Caſtor.optim. Nuc.moſchat.ana* ʒiß. *Spir.ſalis armon.* ℥ß. Conciſis atque contuſis affundantur *Spir. vini rectificat. pint.* vj. Ultimò addatur ſpiritus ſalis armoniaci, digerantur ſimul in arena per octiduum, dein exprimantnr, & per chartam emporeticam colentur, fæcibuſque iterum affundantur. *Spir. vini optim. pint.*iij. Ponanturque denuo per quatriduum in B.M. dein ſine aduſtione abſtrahatur omnis ſpiritus, qui tincturæ priori affundatur, ac uſui ſervetur in vitreo nimbo probè obturato.

Spiritus contra præcordiorum anxietates.

Spiritus contra præcordiorum anxietatem deſcriptio.

℞. *Extremit.cortic.citri recent.*℔j. *Rad.angelic. Caſſ.lign.acut. Cinnamom.morſu elect.ana* ℥ij. *Nuc.moſchat.* ℥iß. *Croci optim.* ℥ß. *Opii correct.* ʒij. Conciſis atque contuſis affunde *Spirit. vini optim.pint.*vj. *Salis armon.* ℥ß. Affundi quoque poteſt ſpiritus ſalis armoniaci ſpiritu hiſce ſpeciebus prius abſtracto. MS.& poſt levem digeſtionem ſpiritus ſ.a. abſtrahatur, ac è fæcibus relictis paretur extractum in dicto ſpiritu diſſolvendum.

Affectus ſoporoſi fere omnes.

3. Affectus ſoporoſi fere omnes. Verum nota, purgantia hiſce in affectibus debere eſſe acria, ac in duplici doſi, ut monitum ubi de apoplexia egimus, exhibenda; aliàs nihil efficiunt purgantia. Addenda quoque hiſce ſpecifica ex ſomno excitantia, ut ſpirit. ſalis armoniaci, ol.ſuccini, tinctur.caſtorei, &c.hacque ratione nonnunquam tenax ac valde viſcida pituita inciditur & expurgatur, acriumque medicamentorum beneficio non rarò ex immodico illo ſomno excitantur, imò à gravibus hiſce affectibus liberantur ac curan-

rantur. Libet hiſtoriam de lethargo hiſce inſerere.

Vir poſt fructus horarios primò in nauſeam.

Vir quiſpiam quinquaginta circiter annorum, poſtquam varios fructus horarios plus ſolito uſurpaſſet, primò in nauſeam dein vomitum pituitoſorum & bilioſorum incidit, ac circa veſperam in febriculam levi horrore adventantem; mane ſurgens adhuc febricitabat. Quare ipſi ab experto medicinæ doctore Domino Teckop mixtura corroborans ac nauſeam ſiſtens fuit præſcripta, cujus quoque beneficio omnia ſymptomata evanuere, remanente levi febriculâ. Qua iterum poſt biduum ingraveſcente, vocarunt clariſſimum virum D. Carolum Dematium M.D. ac Chymiæ profeſſorem, qui quoque mixturam bezoardicam diaphoreticam præſcripſit, unde levis cum levamine ſudor ſecutus, manente tamen febriculâ contiuâ. Summo mane una cum genero ex itinere adventans ægrum viſitavi, quem ſomniculoſum levi cum capitis gravitate inveni, ac eo ipſo die poſt meridiem lethargo laborantem, adeo ut nullis fere modis ex præternaturali illo ſomno poſſet excitari: quare ſtatim ſequens naribus ſupponendum una præſcripſimus.

Dein febriculam incidit continuam.

Poſtea in lethargum.

Quare pupas cephalicas excitantes.

♃. *Fol. rut. Majoran. nob. Roriſmar. ana* M. ß. *Caſtor. optim.* ℥iij. *Aß. fœtid.* ℥ij. Contuſ. & conciſ. MS. Ex hac mixtura duas pupas confecerunt, quæ aceto calendulato fuere irroratæ; aſt nihil fere levaminis inde ſecutum.

Naribus & temporibus oleum ſuccini & ſpiritum ſalis armoniaci adhibuere.

Tempora & nares oleo ſuccini inunximus aſt fruſtra: dein ſpiritum ſalis armoniaci ſubtiliſſimum in philiola contentum, qui talibus in caſibus maximè conducit, ægrotantis ipſius naribus continuò admovimus, unde parum perexcitabatur; aſt mox profundè iterum dormiebat: tum vero ſequens clyſma præſcripſimus.

Dein bis terve clyſma injectū fuit.

♃. *Decoct. emoll. & carmin. vulg.* ℥viij. *Elect. diacathol.* ℥iß. *Caſtor. optim.* ℈ij. *Trochiſc. alband.* ℈j. *Sal. gemm.* ℈ijß. MS. F. Clyſma ſtatim iniiciendum.

Verum pauco cum levamine.

Quo injecto bis alvum depoſuit, excitatuſque alloquio ſomno fuit prohibitus: quare clyſma veſperi fuit iteratum cum levamine. Ob doctiſſ. D. Dematii diſceſſum accerſiverunt experientiſſimum Virum Dominum Franciſcum de le Boe Sylvium Practicum ſummum, tumque una clyſma iterandum judicavimus, ac ſequentem mixturam ſingulis horis cochleatim uſurpandam præſcripſimus.

Quare mixturam cephalicam aſſumpſit.

♃. *Aq. puleg. Beton. ana* ℥ij. *Antiepileptic.* ℥j. *Tinctur. caſtor.* ℈ij. *Spir. ſalis armon. gutt.* xxv. *Ol. ſuccin. gutt.* iij. *Syrup. ſtœchad.* ℥j. MS.

Et à lethargo liberatus, omniū memor.

Hujus & clyſmatis beneficio, unde ter alvum depoſuerat, tertio quartove die à lethargo fuit liberatus, omnium actorum memor. Febris illa continua ſemel biſve ſubinde exacerbeſcens nondum fuit curata, imo quibuſcumque antifebrilibus præſcriptis, neuti-

tiquam tamen eam ſuperavimus. Appetitu interim redeunte bis ſponte alvum quotidie depoſuit. Levis quoque venæ ſectio unanimi conſilio fuit inſtituta, aſt fruſtraneo eventu; tandemque fatis ceſſit.

Manente febri continuâ, & tandem fatis ceſſit.

Paralyſis.

4. Paralyſis, quo in affectu Alexander Maſſaria lib. 1. Practic. cap. 16. vehementiora medicamenta purgantia exhibenda docet, materiam, dicens, peccantem expurgandam in paralyſi, & quidem per medicamenta purgantia non levia, non lenientia, ut multi facere ſolent, ſed per φάρμακα καθαρτικά vehementiora, quæ ab intimis & remotis partibus materiam nempe viſcidiorem & tenaciorem nervos vel obſtruentem, vel iiſdem infarctam, ſicque motum & ſubinde ſenſum vel tollentem, vel ſaltem impedientem ac minuentem, incidendo ac ſolvendo elicere ac expurgare valent.

Tumor linguæ.

5. Tumor linguæ (i), quem affectum Galenus lib. 14. method. medend. 8. p. m. 747. curavit valido medicamento purgante (catapotiis videlicet ex aloe ſcammonio & colocynthide confectis, ac veſperi exhibitis) in initio porrecto. Intumeſcit plerumque pars ob humores quantitate, ac ſubinde ſimul qualitate in corpore peccantes, quorum cauſas internas externaſque qui deſiderat, adeat Chirurgiæ Scriptores. Res quoque cum ita ſe habeat, meritò purgantia initio, antequam nempe ſtagnatione acriores fiant extravaſati humores, aſſumenda præſcribuntur. Tumor vero morâ cum indureſcere incipiat, merito καθαρτικὰ φάρμακα tum rejiciuntur.

Angina.

6. Angina, eaque etſi κυνάγχη, vel παρακυνάγχη, συνάγχη vel παρασυνάγχη ſit, (haſce anginæ differentias videſis apud D. Paulum Barbette Praxeos ſuæ lib. 2. cap. 1. cum notis & obſervationibus noſtris. p. 45.) ut teſtatur Clar. Franciſcus Joel lib. ſecund. phyſiolog. ſect. 5. ubi de excretis & retentis agit p. m. 119. quia

(i) Duplex occurrit apud Galenum tumoris linguæ ſpecies. Etenim in lib. de different. morbor. 9. tumorem præter naturam, ſed non toto genere (quod linguæ incrementum dicit) citra aliquam ſubſtantiæ mutationem proponit. At vero 14. metho. 8. tumor verus & inflammatorius, tamquàm ille, qui ſucco lactucæ adhibito curatus fuit, ab ipſo traditur. Hinc quemadmodum illa linguæ intumeſcentia rectè Galeno ipſius incrementum ſimpliciter dicitur; ita iſta magis propriè tumor appellari poteſt. Prioris autem tumoris exemplum præbet Bartholinus hiſtor. Anat. lib. 2. in Puella Leydenſi, cui lingua adeo excrevit, ut manus magnitudinem æquaret. Elegans quoque eſt hiſtoria illa apud Dolæum in ſua Encyclopedia chirurg. cujuſdam Fœtus in Svedia, cui lingua ex ore exerta inſtar canis venatici propendebat. In hujuſmodi vero linguæ incremento fruſtra à catharticis curationem expectabimus, ſed omnino illa Chirurgi manu abſolvenda erit, quæ ſuperfluam partem abſcindendo ita linguam conformat, ut ad juſtam magnitudinem redeat: quo pacto loquendi facultas tum Puellæ Leydenſi, cum Svedico Fœtui reſtituta dicitur. Verus autem linguæ tumor, qui ab humore aliquo in tubulis ejus ſtagnante fit, licet plerumque inflammatione conjungi ſoleat (ſanguinis enim magna copia linguæ ſubſtantiam perfluit, qui in canalibus compreſſis facilè ſubſiſtit) tamen non ſemper vel inflammatorius eſt, vel pura inflammatio, ſed nonnumquam & œdematoſus (qui ſpeciatim Ranula dicitur) raro ſcirrhoſus eſſe ſolet. In his itaque tumorum linguæ ſpeciebus catharticum permitterem, licet magis in Ranula, & in linguæ Scirrho, quàm in ipſius legitima inflammatione conveniat.

quia, inquit, eſt ægritudo periculoſa, imo & acuta. Statuit quoque Hippocrates ſect. 1. aphor. 24. in acutis morbis in principiis

Et quidem in principio

medicamentis purgantibus utendum: & ſect. 4. aphor. 10. purgandum in valde acutis eodem ipſo die; malam enim in talibus

Imo eodem ipſo die.

procraſtinationem: ſect. 2. aphor. 29. (hujus aphoriſmi ut & aphoriſmi vigeſimi ſecundi ſectionis primæ explicationem videſis apud Johannem Walæum in ſua medendi methodo p. m. 35. & 36.) & incipientibus morbis, ſi quid movendum videtur, movendum eſſe; vigentibus autem, quieſcere multò præſtare. Quod quoque Galenus libr. *quos purgare oporteat*, & commentar. in lib. prorrhet. text. 37. confirmat: purgandi, inquiens, occaſio in acutis morbis datur ſolum circa principia, imo nullis etiam concoctionis ſignis apparentibus, ut Dorncreillius lib. de purgat. quoque ſtatuit: imo ſemper in morbi principio tutò fieri poſſe ſcriptum reliquit Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. axiomate 1097. quod quoque conteſtatur Galenus lib. 3. de judiciis cap. 5. Contingit ut plurimum, alvo adſtrictâ ut laborent Anginoſi; quare convenit vel clyſter injectus, vel purgans ſimul viſcidos pituitoſoſque humores incidens exhibitus: ſed in primis ſtatim (notandum purgantia in majori doſi eſſe exhibenda, aliàs planè non, vel parum operatura) ſi vires, ægrotantiumve ſtatus, anni tempus, conſuetudo &c.

Et quidem in majori doſi, & vena quoque mox ſecanda.

aliquantum concedant, vena ut ſemel biſve &c. ſecetur. Oritur enim ut plurimum vel à ſanguine abundantiâ ſuâ peccante, vel quoque eodem viſcido & pituitoſo: qui ſi pituitoſus, & calor quidam, exercitatio, motuſve plus ſolito majores præcedant, unde ſolvitur liquidiorque redditur, aut pituita viſcida, ſicque ſoluta ſanguini miſcetur, ac una cum ſanguine per totum corpus magis ac citius movetur ac circulatur; aut ſanguis antea jam pituitoſus viſcidus exiſtens, quiquè tum ab aere frigidiore ambiente, aut ore patulo hauſto, aut cereviſiâ frigidâ &c. affatim ac repente deglutitâ in tonſillis, uvula, muſculis laryngis & œſophageis contentus coagulatur, ac in motu ſiſtitur, angina excitatur. Hippocrates quoque de victu acutorum text. 39. p. m. 300. à fluxione glutinoſâ viſcidâ anginam fieri ait. Meritò ergo purgantia in anginæ principio (k) præſcribuntur: primò, ne morbus augeatur & peccan-

(k) De inflammationum genere Angina eſt, eaque admodum gravis ratione partis, quam occupat, ut pauciſſimos ex illa evadere in lib. de morbis dixerit Hippocrates. Modo enim deglutitio, modo ſpiritus introitus, ſine quo vita ad longiora intervalla conſiſtere non poteſt, intercipitur. Sanguis etenim, qui interceptis viis, quibus itur ad venas, in faucium, vel laryngis tubulis ſubſiſtit, ex alio affluenti ità tumultuatur, ut ejus particulæ fere, ac quiſquiliæ in radiis ſolaribus inter ſe volitare ſolent, agitantur: ac proinde partes illæ ſubinde extuberant, ut nec aer ingredi, neque cibus per œſophagum deſcendere poſſit. Hinc quum ſanguis, qui transfluit ac refluit per compreſſa colli vaſa detineatur, ſæpe morbus ad pulmones vel cerebrum proſerpit, & Homo ſine ſpiritu ac ſenſu moritur. Hæc quidem eſt hujus morbi natu-

cantes humores è corpore exturbentur. Deinde, quia ſi incidentia ſpirituoſa ſemper fere purgantibus talibus in affectibus addantur, ipſa vaſorum obſtructio non rarò ſolvitur, quotidiana experientia teſte. Tertiò ipſe muſculorum, faucium, tonſillarumque tumor tollitur vel ſaltem imminuitur, ſicque ad ulteriorem curationem jucundior citior imo tutior via paratur.

Mulier quinquaginta præter propter annos nata, melancholica, alvo adſtrictâ utplurimum laborans, ſitibunda ob carnes ſalitas nimis avidè aſſumptas, cereviſiam frigidam immoderatius hauſit, circa mediam noctem primò levis horror, deinde calor moleſtus, ſitiſque intolerabilis ſubſecuta eſt. Quare ſummo mane ſurgens cereviſiâ immodice hauſtâ, lectum repetiit; friguſque per univerſum corpus, & deglutitionem quodammodo difficiliorem ſenſit. Quæ tamen flocci pendens, circa decimam matutinam domo exivit, cælo quodammodo nebuloſo, hinc brevi dolorem ſummum tumoremque levem circa fauces & deglutitionem difficiliorem contraxit cum febris quadam exacerbatione. Vocatus mox venam ſecari juſſi, ſequentemque hauſtulum purgantem præſcripſi; quem licet non niſi guttatim deglutire poſſet, ejus tamen beneficio ſexies alvum depoſuit, verum abſque ullo levamine.

Mulier poſt cereviſiam frigidam avidè hauſtam.

Incidit in frigus per totum corpus &c.

Febrem & faucium dolorem ac tumorem.

Quare vena fuit aperta, & purgans præſcriptū.

℞. *Electuar. hydragog. D. Sylvii p. 123. deſcript.* ℥ß. *Spirit. ſalis armoniac. gutt.* xij. *Aq. cichor. q. ſ.* MS. F. hauſtus brevis.

Interim gargariſmate ex rapis, ficubus, floribus ſambuci, & aquæ pluvialis ſufficiente quantitate cocto, additis lapide prunellæ & vini ſpiritu uſa fuit: & externè ſequens cataplaſma fuit adhibitum.

Gargariſmate uſa fuit.

℞. *Radic. alth.* ℥j. *Lilior. albor.* ℥jß. *Folior. malv. Biſmalv. Menth. aquatic. rubr. ana* M. ß. *Flor. ſambuc. p.* ij. *Nid. Hirundin. no.* j. *vel* ij. *pro magnitudine*. *Cæpar. ſub cineribus coctar. no.* ij. Conciſa & contuſa coquantur in ſ. q. cereviſiæ tenuioris dulc. Denuo contuſis add. *Farin. ſemin. lini q. ſ.* Pro cataplaſmate.

Et cataplaſma externè adhibitum.

Reverſus omnia penè in eodem ſtatu, aſt febrem majorem & anxietatem imo deglutitionem magis impeditam obſervavi. Quare ſtatim hoc enema iniici, & venæ ſectionem ſub lingua inſtitui juſſi.

 ℞. De-

natura, pro cujus curatione nulla, niſi generoſa, expoſcitur medicina, quum breviſſima etiam cunctatio valde periculoſa eſſe ſoleat. Licet autem catharticum pharmacum id genus medicamentum videatur eſſe, attamen rationalis Diſciplina illud in Angina reſpuit, tamquam id quod, ut ait Hippocrates, * de inflammato nihil aufert, ſanasque ſubſtantias colliquefacit, & ex quo ſanguis vehementius commotus validiori impetu affectam partem ferit, unde dolor & reſpirationis difficultas immane quantum ſævirent. Malè ergo in Angina cathartica pharmaca ab Auctore noſtro commendantur: atque omnino loca illa Hippocratis, quæ ſibi favere putat, alium habent ſenſum, quàm ut poſsit ex iis erui, purgationem in principio Anginæ inſtituendam eſſe.

* lib. de rat. vict. in acut. n. 36.

Et enema injectum fuit.

℞. *Decoct.emollient.& carminat.vulgar.*℥jx. *Electuar.diacatholic.*℥ij. *Sal.gemm.*ʒij. MS.F.clyſter pro Fœmina.

Verum ſine levamine.

Ter ab hoc enemate alvum depoſuit, verum parvo cum levamine. Inter gargarizandum reſpiratio tam difficilis reddebatur, ut jam jam ſuffocatum iri putarent Amici & Adſtantes. Quare una cum Chirurgo Juſto Eenſaam laryngotomiam ſummè neceſſariam judicavi, imo ſummum adeſſe ſuffocationis periculum Amicis indicabam, omnibus internis externiſque remediis incaſſum adhibitis; eaque de cauſa nonniſi unicum & ultimum reſtare remedium nempe laryngotomiam (de qua inſpiciatur M.A.Severinus de efficaci Medicina, necnon Thom.Fienus libr.chirurgic.12.p.m.35.& ſeq.ut & D.Antonii Nuckii obſervationes ſ. experimenta chirurgica) attamen non vulgari methodo, ſed mox delineandâ, ſi inſtituatur, anceps eſſe remedium juxta Corn.Celſum potius, quàm nullum adhibendum. Conſanguinei cum ægra locuti, laryngotomia ut fieret aſſenſere quidem, quia reſpirare nullo modo amplius poſſet, eòq; ſingulis momentis mors proſpicienda: ſed ſimul rogabant, aliud ne reſtaret remedium, antequam ad ultimum illud, nempe laryngotomiam, deveniremus. Reſpondi itaque injectionem per ſyringam nondum eſſe tentatam, quam ideo etiam mox in uſum revocavimus, ſyringâ paulo inferius depingendâ, cujus ope decoctum ſequens ſingulis horæ quadrantibus vel ſemihoris bis terve fuit injectum.

Quare de laryngotomia mentio fuit facta.

Verum injectione per ſyringam.

℞. *Radic.alth.recent.*℥j. *Folior.malv.* M.j. *Flor.ſambuc.p.* iij. Coquant. ſ.a.in ſ.q.cereviſiæ dulcis, ad colaturæ pint. j. add. *Mell. virgin.*℥jß. *Spirit. vin.*ʒiij. *Salis armoniac.gutt.*xxx. MS.pro injectione.

Quam injectionem tali cum ſucceſſu uſurpavimus, ut mox imo ab unaquaque injectione levamen obſervaret ægra. Immediate autem poſt injectionem magnam ſalivæ viſcidæ ac tenacis quantitatem ex ore excrevit, nauſeâ ſummâ affecta, verum nunquam tamen vomuit; ac intra horam reſpirationem & deglutitionem faciliorem, anxietatem præcordiorum minorem, & dolorem valde diminutum referebat: ſingulis diebus clyſter fuit injectus, ac intra octiduum curata fuit. Poſtea ſæpius graviſſimâ in angina hac injectione per ſyringam fuimus uſi, tali cum ſucceſſu, ut brevi fuerint quoque tales ægri curati. Quare inſtrumentum, quo laryngotomia facilè & abſque periculo perficitur, & ſyringam hac in ægra adhibitam &c. delineare conſultum duximus.

Intra octiduum fuit curata.

Methodus utendi ſyringâ in angina.

A. Ægra angina laborans, & maximè ob reſpirationem difficiliorem anxia.

B. Os quodammodo apertum, verum ob dolorem & tumorem

rem ulterius aperire nequiens. TAB. III. FIG. III.

C. Syringa uſque in fauces protruſa, cujus beneficio decoctum mox præſcriptum calidè fuit injectum.

D. Manus ſiniſtra Chirurgi ſyringam continens.

E. Manus dextra ejuſdem manubrium comprimens.

* 1. Syringa ex cupro vel ſtanno facta — *Syringæ delineatio.*

2. Manubrium

3. Fiſtula ſ. tubulus inſtar roſtri incurvatus.

4. 4. 4. 4. Foramina ad latera, ut eò melius quaquaverſum liquor contentus compreſſus per eadem efflueret. FIG. IV.

5. Foramen anterius occluſum, ne omnis liquor in ſyringa contentus unâ vice in ſtomachum propelleretur, & partes affectæ vix attingerentur.

6. Pars rotunda, ne circumjacentes partes læderentur.

* α Cannula alata rotunda ex argento &c. confecta, unius pollicis latitudine longa, una cum acu rotundâ acuminatâ, qua laryngotomia facili negotio citò & abſque ullo periculo premendo & circumrotando in larynge intra tertiam & quartam cartilaginem inſtitui poteſt, tumque ſtatim liberius reſpirare queunt anginâ graviſſimâ laborantes, quæ cannula alata tamdiu abſque acu relinquitur, donec tumor vel reſolutus ſit, vel abſceſſus ſponte, vel phlebotomo apertus, vel angina ſit curata, & occluſo cannulæ foramine liberè ſpiritum ducere poſſunt ægri: tumque facilè iterum vulnus, extractâ cannulâ alatâ, conſolidatur balſamo copaivæ, Peruviano, & hypericonis mixto, & emplaſtro diapalmæ ſuperimpoſito ad cicatricem perducetur. — *Cannulæ alatæ, cujus beneficio laryngotomia perficitur, delineatio.* FIG. V. *Vulnus conſolidandi modus.*

β.β. Circumferentia & magnitudo alatæ cannulæ.

γ.γ. Foramina duo in ala, in quibus ligamenta duorum digitorum lata, quorum beneficio collo alligatur cannula, ne extrudatur vel moveatur.

* δ. Cannula alata ſola, multis foraminibus ad latera, & abſque acu depicta. FIG. VI.

ζ.ζ. Foramina ad latera, ut aer eò melius & facilius tranſire queat.

* ε. Acus rotunda acuminata extra cannulam poſita. FIG. VII.

In primis quoque hæc cannula alata convenit in hydropis ſpecie aſcite, & in hernia aquoſa ſcroti, emittendi aquas gratiâ: hæc cannula una cum acu circumrotando ſimulque premendo intruditur uſque ad cannulæ alam, poſtea acus retrahitur, & cannula ſola ad alam intruſa in abdomine, vel ſcoto relinquitur, donec omnis — *Quæ etiam convenit in aſcite & herniâ aquoſâ ſcroti.*

aqua &c. ſit effuſa. Verum non unâ vice, alioquin enim ſæpius conqueruntur de lumborum dolore, ſed partitis vicibus, quod apprime quoque notandum, foramine interim ſubere clauſo.

Angina curata cucurbitulis in cruribus poſitis.

Anginam παρακυνάγχην curatam vidimus, univerſalibus externis interniſque nempe præmiſſis, ſed fruſtraneo eventu, cucurbitulis ſcarificatis ſupra genu internè poſitis: verum de intolerabilibus doloribus ægra conquerebatur.

Aſthma.

7. Aſthma, à pituita viſcida nempe ſi oriatur, tumque liquida purgantia, ſi ſpiritus ſalis armoniaci & aqua hyſſopi aut ſimilia ſpecifica admixta fuerint, multum præſtant. Inciditur enim hac ratione pituita viſcida in pulmonibus contenta & obſtruens, reſpirationemque difficiliorem & breviorem efficiens, inciſâque hac ratione facilè ſubinde tollitur illa difficilis reſpiratio, ac pro tempore curatur æger, liberiuſque reſpirat. Quare ſequentem de aſthmate hiſce inſero hiſtoriam.

Vir ex pleuritide aſthmaticus.

Vir quiſpiam quadraginta quinque circiter annorum ex levi pleuritide aſthmaticus factus. Quare ſemper fere ſingulis diebus, in primis circa autumnum, non itidem in æſtate aut vere, croci pulveriſati ſemi-ſcrupulum cum vitello ovi aſſumpſerat: quod in principio imo per ſex ſeptemve quidem annos ipſi multum profuit, aſt tandem nihil emolumenti, etſi ſcrupulum croci aſſumeret, inde habuit. Alvo adſtrictâ ſimul laborans ad nos venit, qui ipſi præſcripſimus laxans quoddam ex prunis, foliis ſennæ, & ſemine aniſi, &c. poſtea redeunti petentique purgans quoddam, ſequens dedimus.

Ex croco benè ſe habuit.

Poſtea purgante.

℞. *Elect. hydragog. D. Sylvii* ℥iijß. *Flor. ſulphur.* ℈j. *Sp. ſalis armon. vel ſalis volatil. oleoſi gutt.* xvj. *Aq. hyſſop. q. ſ.* MS. F. hauſtus.

Et tincturâ croci cum ſale volatili &c.

Ac balſamo ſulphuris aniſato curatus.

Quò aſſumpto optimè alvum depoſuit, ac tali cum aſthmatis levamine, ut curatum ſe crederet, quem hauſtum aliquoties imo ſemper fere cum reſpirationis difficilioris levamine uſurpavit: aliàs in reſpiratione difficillima nonniſi tinctura croci cum ſpiritu ſalis armoniaci vel ſalis volatilis oleoſi in vino Hiſpanico utebatur, aut quoque ſubinde guttulâ unâ atque alterâ balſami ſulphuris aniſati in ſyrupo papaveris erratici, aut de hyſſopo, aut tuſſilaginis.

Pleuritis.

8. Pleuritis (1), quam purgatione indigere ſtatuit Galenus in lib. 6.

(1) Ad Pleuriticos curandos bina propoſuit Hippocrates generoſa remedia in lib. de ratio. vict. in acut. purgationem nempe, & venæ ſectionem, quorum tamen uſum circumſtantiis quibuſdam limitavit, ut nec utraque ſimul uſurpentur, neque in ea Pleuritide alterutrum fiat, quod tantum in alia convenire poteſt. Ait enim, ſi dolor verſus claviculas vergat, ſive potius dorſo inhæreat, tunc liberalior ſanguinis miſſio inſtituenda erit. Si vero ille ad præcordia deſcendat, ſive potius ſit circa coſtas ſpurias, tunc purgatio tantum adhibenda. Quod & Galenus non improbavit, licet tutius eſſe duxerit, ſanguinem in Pleuritide ſemper mittere, & ingenioſè demonſtravit Proſper Martianus in commentaria ejus loci expoſitione. Verum

lib.6.aphor.commentar. 5. nempe ſi dolor ad ὑποχόνδρια deſcendat. Quod quoque ipſe Hippocrates in libro de victu acutorum docuit, & expreſſis quidem verbis libro de veratri uſu p.612. & Joel lib.ſecund. phyſiolog. ſect. 5. quia, inquit, eſt morbus acutus, citòque curſum abſolvens. Aſt Petrus Foreſtus lib. 16. obſervat. ſchol. 33. notat, Pleuriticis medicamenta purgantia non exhibenda, ſi ſint validiſſimis febribus correpti; aliàs purgantia & poſſe dari, ac quoque convenire.

Vir quiſpiam triginta ſeptem octove circiter annos natus, plethoricus, tuſſi catharrali diu fuerat afflictus, omnia fere ejus curandi gratiâ hujus illiuſve conſilio præparata ſumpſit, aſt fruſtraneo eventu. Tandem poſt ſolito majorem motum incaluit, ac ſtatim dolor punctorius ſupra ſiniſtram mammillam vehementer inſurgens, ſimulque febris gravis ac capitis dolor diſtendens, hominem corripuit, tuſſiſque inde maximè adaucta. Quare vocatus ſtatim venæ ſectionem in ſiniſtro brachio inſtituendam curavi, poſt quam reſpiratio liberior dolorque capitis diſtendens & punctorius circa mammillam remiſſior redditus, mox de ſequenti pulvere ſcrupulos duos cum aqua hyſſopi & ſyrupo papaveris erratici aſſumpſit.

Vir poſt tuſſim.

Et motum majorem.

In pleuritidem incidit.

Quare vena ſecta fuit.

℞. *Rad.bardan. major.*℥ij. *Glycyrrhiz. Taraxic.ſicc. Flor. papav.errat.ana* ℥j. *Sulphur.*ʒiij. *Sem.card. Mariæ. Ocul. cancr.ana* ℥ß. *Lap.prunell. Antim. diaphor. Croci optim. Corall. rubr. præparat.ana* ʒij. MS. F. pulvis tenuiſſimus, cujus doſis à ʒß. ad ʒj. in aqua hyſſopi &c.exhibitus, multum in pleuritide præſtat.

Et pulverem antipleuriticū aſſumpſit.

Poſt pulveris uſurpationem omnis dolor, febris, reſpiratio difficilis &c.evanuit, multaque phlegmata ſanguinolenta excrevit. Noctu tamen ingraveſcebat iterum dolor punctorius; quare mane iteravi pulverem, & ſequentem mixturam, de qua ſingulis horis cochleare unum alterumve aſſumeret, præſcripſi, venæque ſectio levis iterum cum levamine fuit inſtituta.

Dolorq;&c. evanuit.

Recidivam paſſus.

Venæ ſectione, pulvere, & mixturâ pectorali.

℞. *Aq.hyſſop.*℥iv. *Theriac. ſimplic. Prophylactic. ana* ℥ß. Hujus deſcriptio & preparatio exſtat apud Clariſ. Virum D. Franciſcum de le Boe Sylvium in ſua Praxeos medicæ idea nova lib.1.cap.28.§. 31.p.402. & 403. & apud D. Paulum Barbette in ſua Praxi lib.3. cap.3. de febribus. *Pulver. antipleuritic.* ʒij. *Spir. ſalis armoniac. gutt.*

rum rem hanc luculentioribus documentis illuſtravit Georgius Baglivus in ſua Praxi Medica in append. ad Pleuritidem, ut nulla eſſe poſſit ſuſpicio de purgatione in Pleuritide infera inſtituendâ. Putat enim morbi fomitem, putrem nempe cacochymiam in præcordiis ſive potius in meſenterio latere, quæ quotidie fermenteſcens repetitis ſanguinis circulationibus ad thoracis partes exundat, morbumque facit ac fovet. Unde ſicuti in Aſthmate à primis viis oriundo repetita tantum purgantia adhiberi debent, ita Pleuritis à meſenterii putredine originaria purgatione curanda erit. Non negligendum autem Foreſti monitum ab Auctore noſtro adnotatum, quod ſi vehemens febris cum morbo conjungatur, tunc ab omni purgatione abſtinendum; ac proinde clyſteribus tantum putrem illam cacochymiam tunc educere ſtudeamus.

gutt. xv. Laud. opiat. gr. ij. Syrup. è ſucco florum papaveris erratici expreſſo parat. ℥iß. M S.

Item linctum ſequentem continuò aſſumendum.

Necnon linctu.

℞. *Syr. papav. errat. è ſucco nempe expreſſo parat. Diacod. de Hyſſop. ana* ℥j. *Flor. ſulphur. optimè lævigat.* ʒiß. MS. F. linctus.

Pilulis contra tuſſim.

Poſtea ſingulis noctibus duas aſſumpſit pilulas ob tuſſim gravem, moleſtam, ac inveteratam, deſcriptas pag. 38. quorum medicamentorum beneficio & phlegmata optimè excrevit, dolor evanuit, febriſque remiſit, manente ſolummodo tuſſi. Quare pilularum dictarum uſum inſtauravit, aſt fruſtra. Appetitus vero cum non rediret, & tamen in urina ſigna concoctionis reperirentur, purgans præſcripſi ſequens.

Et hauſtu purgante.

℞. *Electuar. hydragog. D. Sylvii* ℥ij. *Cholagog. p. 123. deſcript.* ʒiß. *Flor. ſulphur.* ℈j. *Aq. hyſſop. q. l.* MS. F. hauſtus.

Curatus fuit.

Quo optimè alvum depoſuit, iterumque pilulas dictas uſurpari juſſi, quarum quoque beneficio brevi tum ab inveterata illa tuſſi fuit curatus.

Febres continuæ & intermittentes.

Sed tum ſpecifica febrifuga admiſcenda.

9. Febres tum continuæ tum intermittentes (m), in quibus purgationem neceſſariam ſtatuit Hartmannus in baſilicam Crollii cap. de febribus: imo purgantia in febribus, aſt non in paroxyſmis & quidem vehementibus, ut rectè docuit Senex libro de purgantibus text. 5. p. m. 609., & lib. de veratri uſu p. 612. aſt paulò remiſſis, magnum ſæpius habent uſum, in primis ſpecifica febrifuga ſi admiſceantur. Joubertus lib. 2. Practic. cap. 5., in cauſo, inquit, purgandum omnino die ſecundo; quippe tertius, quo exacerbatio fieri ſolet, minus eſt opportunus: & idem cap. 4. ejuſdem libri, in febre ſynocho putri mane purgans aſſumendum, idque poſt φλεβοτομίαν. Præſtat ſanè in hac febre impuri ſanguinis ali-

(m) Cathartica pharmaca omnibus indiſcriminatim Febribus non conveniunt, neque illa eodem ſemper tempore adhibenda ſunt. In Febribus enim intermittentibus modo præſtat purgantia antifebrilibus, modo hæc purgantibus præmittere, modo vero ſimul mixta exhibere. Si enim ventriculi cruditas (unde omnium intermittentium Febrium origo) ſit recens, tunc cathartico ſtatim propinato plerumque & Febris ſimul proſcinditur. At vero ſi inveteratum ſit ſtomachi vitium, viſcidiſque cruditatibus primæ viæ, & meſenterii ductus ſint infarcti, tunc vel antifebrilia ante purgantia, vel ſimul nupta præſcribere utilius erit. Verum id reticendum non eſt, quod egregia earum Febrium medicina in vomitu conſiſtat ob id præſertim, quod inter vehementes ventriculi ſubſultus, & validiores diaphragmatis ac muſculorum abdominis contractiones vaſa viſcerum excretoria reſerentur, & in cavum inteſtinorum ſuam ſarcinam tranſmittant. Unde mirum eſt, quot laudibus emetica in Febrium intermittentium cura à probatis in praxi Viris efferantur. Ardens vero Febris purgantium uſum limitat. Quum enim ſanguis in ea adeo ferveat, ut partes omnes tàm internæ, quàm externæ intenſiori purpura ſuffundantur, non ſecus ac Eryſipelate laborarent; nihil profecto gravius eſt, quàm furentem ita ſanguinem novis ſtimulis percellere. Quare ſi opus ſit, bilis ad inteſtina confluentis, quæ in hiſce febribus ob tumultuarium ſanguinis motum ſolet excitari, nimiam copiam educere, id præſtabit potius injectis clyſteribus, quàm cathartico medicamento efficere. In Febribus vero malignis omnibus fere Medicis purgantia malè audiunt, ne lethalis Diarrhœa, quæ plerumque ſponte erumpere ſolet, provocetur; idque magis quum cutanea excretio exoptatur. Itaque in hujuſmodi Febribus emeticum cathartico præferrem, quod non modo curationi, ſed etiam earum præſervationi ſummopere inſervit.

In tertiana quarto die purgans exhibendum.

aliquam partem haurire, quod vero ſupereſt expurgare medicamento: hæcque niſi intra triduum fiant, commodus purgationi locus non dabitur. Tertiana febris ſi corripiat ægrum, ſiquidem videatur tibi non purgatus eſſe, quartâ die pharmacum ei dato, ac diebus intermiſſionis utatur cibis per alvum ſecedentibus, ut monuit Hippocrates libro de affectionibus textu 18. p. 171. & textu 19. Si vero, inquit, quartana occupaverit nondum purgatum, primum caput ei purgato, & interpoſitis tribus aut quatuor diebus, pharmacum ſurſum verſus purgans dato in ipſa apprehenſione; & interpoſitis diebus rurſum aliud deorſum purgans dato in ipſa occupatione. Joubertus libro citato cap. 2. providendum, inquit, in quartana, ut καθαρτικὸν aſſumatur pridie ante acceſſionem, aut ipſo acceſſionis die, ſi ardens magis fuerit paroxyſmus. In quartana non ſemper & perpetuò ſigna concoctionis eſſe expectanda, antequam purgans medicamentum exhibeatur ſtatuit Petrus Foreſtus lib. 3. de febribus obſerv. ſchol. 34. Vehementem tamen evacuationem in initio quartanæ minus convenire, quod humor, qui hanc efficit, tractatu contumax eſt, idem ibidem docuit. In metu, nota, febris malignæ optimum eſſe evacuare, antequam illa generetur, & dum virtus adhuc conſtat, docuit Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. axiom. 1060. inſpiciat ſtudioſus Lector Hippocratem lib. de affectionibus text. 13. & 14. p. m. 169. Nec mirum, purgantia enim ſpecificis ac incidentibus mixta, & materiam morbificam exturbant, obſtructiones ſolvunt, atq; plurimas febres curant.

In quartana.

Ipſo acceſſionis die.

Febris quartana ſemper fuit curatu difficilis.

Febrem quartanam ſimplicem, duplicem, triplicemve, ſive intermittentem ſive continuam à longo abhinc tempore curatu fuiſſe difficillimam, in primis autumnalem & hyemalem; non tantum tota Antiquitas teſtatur, ſed & quotidiana experientia comprobat, eaque de cauſa quoque opprobrium Medicorum audit. Quare Medici in eo fuerunt toti, imo penè omnes in eo deſudarunt, ut poſſent excogitare vel invenire ſimplex quoddam vel compoſitum ex regno minerali, animali, aut vegetabili, quod huic febri ſit curando. Et quidem plurimi gloriati ſunt hoc illòve medicamento ſpecifico jam purgante, jam diaphoretico, vomitivo, vel corroborante &c. quo febris hæc quartana ſit ſuperata vel in ipſa hyeme; idque ut ſecretum ſecretorum ſibi hucuſque ſervarunt, vel neſcio quibus fictis nominibus ac obvelamentis, verbiſque obſcurioribus tradidere. Quos inter in primis excellunt nonnulli chymici, & qui fere numquam praxim exercuerunt, verum ad trutinam ſi omnia redigantur, inventos quos putant theſauros meros carbones eſſe, & nihil omnino profeciſſe eos hactenus fuit obſervatum. Omnia quoque Antiquorum vel Neoticorum Medicorum ſcripta, annotata, & obſer-

Ac eâ de cauſa in eo fuerunt toti, ut invenirent ſpecificum antiquartanarium.

Plurimorum ſecreta contra quartanam mera ficta &c. fuere.

ſervata Græca, ſive Arabica, Latina, Hiſpanica, Anglica, Gallica, Belgicave &c. de febri quartana ejuſque curatione, ſi quis in epitomen modo redigere vellet, magnum volumen edere deberet: quibus tamen omnibus hæret aqua, nam methodicè & duce ratione à quartana ſimplici duplicive &c. curati ægri, facilè recidivam patiuntur, tempore hyemali in primis, ſi non rectam diætæ rationem obſervent. Quare quoque plurimi imo graviſſimi Medici hactenus judicarunt, nihil ſic qui agunt, optimè agere, modo bonam obſervent diætam, & à frigore, ac acidis, auſteris, crudis, piſcibus, carnibus ſale conditis, aut fumo induratis, difficilioriſque concoctionis, ſaltem nimiâ horum ingurgitatione caveant, donec verno tempore aer temperatior ſit, aut ex hac illave Regione ſeptentrionali in aliam calidiorem ac puriorem demigrare poſſint, tumque ſponte & abſque ullo medicamento plerumque à febre quartana liberantur. Verum quibus tali cum hoſte vel quotidie vel bidui triduive factâ intermiſſione, tantoque ſubinde cum frigore, horrore, tremore, pandiculatione, nauſeâ vel vomitu, & ſimilibus ſymptomatibus concomitantibus, moxque inſequente calore, ſiti, dolore, ſudoreque &c. conflictandum eſt, rectè conqueruntur de ſumma ejus impudentia: quippe qui non invitatus audacter in ipſum muſæum vel cubiculum intrare audeat, ideoque promiſcue nunc hoc nunc illo medicamento utuntur, quo veluti miſſo quodam ſibi auxilio in fugam eum conjiciant.

Quia methodicè etſi curati facilè recidivâ patiuntur.

Sponte ſæpius liberantur, bonâ obſervatâ diætâ.

Aëre in primis calidiore vel mutato.

Quare quoque P. Jeſuitæ è longinquis Regionibus, & vel ex ipſis Indis orientalibus aut occidentalibus, quos Religionis ergo, uti ferunt, Fidei nempe catholicæ Romanæ inter Ethnicos propagandæ gratiâ adeunt, inter alia medicamenta ante annos aliquot corticem quendam Peruvianum, Chinam chinam dictum, adportarunt; cujus drachmis duabus pro unica doſi exhibitis mox febris quartana incantamenti inſtar ſuperabatur. Verum poſt tres quatuorve ſeptimanas recidivam patiebantur plurimi ægri (aſt denuo eodem cortice exhibito febris quidem ſublata eſt) ſed manente ſæpius ventriculi quadam gravitate ac diſtentione, una cum reſpiratione difficiliori; tumque nonniſi per duas treſve ſeptimanas erant ἀπυρετοι, imo poſt tertiam exhibitam doſim unâ vel duabus ſeptimanis liberi erant à febre, quibus exactis tamen recurrebat. Atque à nonnullis Practicis obſervatum fuit, febrem hecticam poſt dictum corticem toties aſſumptum ſecutam fuiſſe, in primis univerſalibus neglectis: nonnulli obſtructionem hepatis, lienis &c. notarunt, imo hydrope quoſdam fuiſſe extinctos. Quare quoque illius uſus penè fuit abolitus, donec in Gallia, Anglia, Scotia &c. denuo à nonnullis in uſum fuerit revocatus hic cortex ſummo cum effe-

P. Jeſuitæ corticem chinam chinam adportant.

Cujus beneficio quartana ſtatim ſuperatur.

Sed facilè recidivam patiuntur, cum reſpiratione difficiliori.

Imo & hecticâ febri, & pluribus aliis ſymptomatibus poſtea extinctos obſervarunt Practici.

effectu: ac ea de cauſa nonnulli hujus corticis Peruviani vim, & qua ratione febrem ſuperaret & quidem primâ vice, idque tempore hyemali, omnibus modis indagarunt (n). Plurimi adſtrictione vel quadam fixatione quaſi febrem quartanam ſuperare putant, ex alvi adſtrictione & pluribus obſtructionibus id colligentes. Alii vero vi quadam ſpecificâ, aut amaritudine. Alii à ſale, quo cortex ille præ aliis ſcatet. Alii vero aliis ſignis & obſervatis id probare ſunt conati, tradentes qua ratione, quo tempore, & an ſubſtantiâ, vel infuſione, vel extracto, & quoties exhibendus eſſet hic Peruvianus cortex. Verum omnes diſcrepant, hi in ſubſtantia, ſed majori doſi & ſæpius exhibendum multis rationibus &c. Medici imo graviſſimi in Anglia & Scotia probare conantur: alii vero in minori doſi autumant: ille in tinctura magis conducere obſervavit: hic vero tincturam cum vini ſpiritu paratam probat. Alius in vino infuſum laudat, alius cereviſiam recentem cortici pulveriſato affundit, & ſic fermentare, & pro potu ordinario optimè conducere putat. Nonnulli quoque tantum ante paroxyſmum exhibendum, plu-

Nonnulli in majori doſi & ſæpius exhibendum judicant.

Jam in ſubſtantia, vel tincturâ &c exhibent.

(n) Corticis Peruviani natura, quo nullum inter Febrifuga elegantioribus titulis ac laudibus in Medicorum ſcriptis effertur, unum ex iis eſt, quæ potius admirari, quàm intelligere licet. Etenim adeo occultæ ei ſunt vires, tamque latens ipſius agendi ratio, ut celebrium quoque Medicorum ingenia fruſtra exercuerit. Ea namque eſt hujus corticis indoles ac mos, ut ipſo vel ſemel exhibito Febris periodicæ furor conquieſcat, & interdum plane extinguatur, quod de quocumque alio remedio ſine falſi crimine affirmari vix poteſt. Cætera enim opem, quam ſpondent, re ipſa præſtant, ſed nullum celerius illo cortice promiſſum ſolvit. Id vero admirandum magis eſt, quod cortex ille nullâ ſæpius promotâ evacuatione febres diſpellat: rarum ſiquidem ac fortuitum eſt, ſi ab ejus exhibitione aliquid per vomitum, vel per alvum ſecedat. Itaque in re adeo obſcura nihil auſim pronunciare; ſed nonnulla tantum circa rectam ipſius adminiſtrationem, quæ Auctor noſter præteriit, ſubjungam. Cortex quidem Peruvianus licet quacumque formâ exhibeatur, febres ſemper abigat, tamen ne ſanguinis craſim labefactet, viſcerum obſtructiones pariat, eorumque fermenta obtundat (quod ab hoc medicamine ſæpiſsimè fieri animadverti) illum ſimul cum volatilibus, aut vulgò dictis digeſtivis, præſcribendum eſſe puto. Unde factum, ut nec convenientius pro hoc cortice exhibendo vehiculum à ſanioribus Practicis habeatur, quàm vinum generoſum; neq; congruentius pro ejus tinctura extrahenda menſtruum eligi poſſit, quàm vini ſpiritus ſale armoniaco acuatus. Quoniam vero Febris per corticem illum ſupprimitur potius, quàm curatur, idcirco ad ejus recidivam præcavendam, poſtquam ex toto intermiſerit, conveniet ejuſdem corticis uſum per intervalla repetere, & aliquoties alvum leniter ſubducere: ſi enim major cathartici pharmaci vis foret, tunc Febris ſtatim recrudeſcet. Id vero reticendum non eſt, quod Peruvianus Cortex non ſtatim, ac Febris Hominem corripuit, exhibendus ſit, ſed poſtquam iſta pluribus paroxyſmis vires ſuas contriverit: neque porrigendus ei, cui venter cathartico aliquo non fuerit ante expurgatus. Præterea in ejus corticis uſu tum ſexus, tum regionis, cum maximè temperamenti delectus eſt habendus. Minus enim convenit Mulieribus, Monialibus præſertim intra ſua clauſtra concluſis, quàm Viris: quos inter qui magis operoſi ac laborioſi ſunt, facilius ejus uſum perferunt, quàm qui otio diffluunt. Sæpius obſervavi, Febres per Peruvianum Corticem ſublatas Ruſticis nunquam rediiſſe, qui ſtatim poſt earum diſceſſum ad conſueta opera reverſi ſunt; ſecus domeſticorum Larium amantibus Febres ſæpiſſime redire. In gravidis vero Mulieribus, dum periodicis Febribus conflictantur, neceſſarius eſt ejus corticis uſus, ne concuſſio illa, quæ earum paroxyſmum præcedere ſolet, Fœtum ab utero excutiat. Minus etiam ſaluber eſſe ſolet hujus Febrifugi uſus in humida & craſſiori aeris conſtitutione, quàm in ſicca; atque minus ab illo læduntur, qui bilioſo corporis habitu, quàm qui pituitosâ temperie præditi ſunt. His quidem limitibus Peruviani Corticis uſus circumſcribitur, quos tranſire ſummum eſſet in Medico nefas. Unde liquet, nec corticem illum in omnibus indiſcriminatim Febribus exhibendum eſſe, neque tutum adeo eſſe ejus uſum, ut pejora mala, quàm eſt Febris ipſa, parere non poſſit.

rimi vero immediate poſt paroxyſmum aſſumendum præſcribunt.

Verum aliquando *olitor & opportuna locutus*. Quare mea quoque (ſalvis aliorum Medicorum Practicorum judiciis & obſervatis) hiſce dictis addam, prætereundo Regionem, in qua invenitur & creſcit, arborem, ejuſque genus, ſpeciem, colorem, odorem, ſaporemque &c. plurimi enim ſatis hac de re ſcripſere: & tantum quoad uſum medicum, & quid in praxi obſervaverim paucis referam, dictaque obſervatione unâ vel alterâ comprobabo.

Ante quindecim circiter annos multi quartanâ laborantes.

Ante quindecim præter propter annos hiſce in Regionibus in primis in hac Civitate multi quartanâ laborantes jam hiſce, jam illis, tincturis nempe, vinis medicatis deobſtruentibus, vel ſimul laxantibus, extractis, pulveribus &c. diaphoreticis, antifebrilibus, amaricantibus nempe, ſtomachumque ſimul corroborantibus medicamentis pro tempore à febribus fuere liberati. Verum plurimi recidivam quia paſſi, nonnullis poſt univerſalia præmiſſa corticem chinam chinam ſine ullo additamento ad drachmas duas ter quaterve cum vino, & quidem ad pintam unam, quintâ ante paroxyſmum horâ exhibui, & omnes febri quartanâ ſimplici intermittente laborantes liberabantur: duplici vel triplici vero afflictis quinquies ſexieſve propinavi; verum effectus in omnibus non fuit idem. Nam in nonnullis obſervabam nauſeam, in nonnullis vomitum, in aliis quoque ſudorem ingentem, in aliis vero purgationem per alvum, in aliis vero nullam mutationem notabilem. A febre jam liberati nonnulli conquerebantur de ventriculi tumore, præcordiorum anxietate, totius corporis gravitate: nonnulli vero de reſpiratione difficiliori, hi de appetitu nimio, illi de appetitu abolito vel diminuto, alii vero nihil mali jam ſenſiſſe ſe teſtabantur. Plurimi poſt quatuor vel quinque ſeptimanas recidivam, & quidem graviorem patiebantur, imo ſimplici qui antea laboraſſent quartanâ, jam duplici vel triplici affligebantur; vel qui duplici aut triplici, ſimplici poſtea fuere correpti. Præterquam qui poſt aſſumptum corticem diarrhœam quaſi fuiſſent paſſi, quorum fæces inſpiciens, obſervavi particulas corticis minores materiâ quadam viſcoſâ ac pituitoſâ tenaci pellucidâ quaſi obvelatas, plerumque inſtar ſeminis raphani, vel naſturtii hortenſis per biduum triduumve terræ mandati, viſciditate quadam ante germinationem obducti; & hos omnes liberos à febre manſiſſe, nec unquam de hoc vel illo ſymptomate vel incommodo conqueſtos obſervavi. Quare juxta venerandum Senem aphor. 21. ſect. 1. quò maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia, ſemper purgantia addidi, tali cum ſucceſſu, ut plurimi recidivam vel non fuerint paſſi, vel nunquam poſt tali modo exhibitum pulverem hecticam, aſcitem, obſtructiones hepatis, lienis

Chinâ chinâ curati.

Verum poſt quinque vel ſex ſeptimanas recidivam paſſi.

Præter illos, qui diarrhœâ poſt chinam afficiebantur.

Quare purgantia ſemper addidi optato cum ſucceſſu.

nis &c. vel nominata ſymptomata obſervaverim.

Porro immediate poſt paroxyſmum, & die ſequenti ſi dictum corticem exhibuiſſem, feliciores effectus, & citius ſuperatam fuiſſe febrem quartanam, ac quoque diutius febre fuiſſe liberos, comperi. Poſt paroxyſmum & die ſequenti exhibeda china china

Denique tincturis per ſpiritum vini factis additis itidem purgantibus levibus, optatum me ſemper habuiſſe effectum teſtor: ut & ſi idem eodem modo in vino Rhenano vetuſtiori, vel Gallico infundatur, & in majori quantitate ac diutius in uſurpatione continuetur. Sed quod apprime notandum, non in principio, ſed poſtquam aliquandiu febris quartana duraverit. In primis quoque in tinctura.

Ultimò chinam chinam in forma extracti, vel pilularum, ſed purgantibus itidem, aſt in parva doſi additis, ſummo cum emolumento exhibui. Aliquando vero una cum radice gentianæ & raſurâ ligni colubrini cum ſpiritu vini extractam, & in forma pilulari exhibitam, optimo cum ſucceſſu non tantum in febribus quartanis ſimplicibus duplicibuſque &c. ſed & univerſalibus præmiſſis in aliis febribus propinavi. Vel extracto, additis itidem levibus purgantibus. Non tantū in quartana ſed & in aliis febribus.

Spontaneas mutationes in febribus quartanis maximas obſervavi circa ſolſtitium hybernum & æſtivuum: liberantur enim nonnulli hoc tempore à febre, etſi nulla aſſumpſerint medicamenta: nonnulli vero duplicem acquirunt febrem triplicemve, vel duplici laborantes priori quartanâ liberantur, manente & adaugeſcente ultimò quæ advenit. Nonnulli jam liberati à febre, recidivam patiuntur: ſic quoque quæ incipiunt circa æquinoctium autumnale, finiuntur quoque ſæpe circa æquinoctium vernale; & ſi hoc tempore non mutentur, plerumque diutius tum prolongantur, aut per annos aliquot durant. Sic per octo annos duraſſe quartanam jam ſimplicem, jam duplicem, triplicemve obſervavi. Mutationes in quartanis ſpontaneæ quando fiūt.

Vir quadraginta octo annos præter propter natus, melancholicus, ſæpius moroſus, poſt varios & plus ſolito labores, de ſiti maxima & appetitu abolito conquerebatur, quare ſpiritum nitri in potu aliquandiu aſſumpſit, & brevi quoque ſitis fuit ſublata, ac appetitus rediit. Verum circa æquinoctium autumnale de dolore & tumore in hypochondrio ſiniſtro conqueſtus eſt; quare ſuâ ſponte elixir proprietatis Paracelſi uſurpavit, verum abſque ullo levamine: nam exactâ ſeptimanâ unâ atque alterâ febri quartanâ ſummo cum frigore adventante laboravit. Qua de cauſa poſt tertium paroxyſmum meum imploravit auxilium, & ſtatim enema vulgare præſcripſi, per quatriduum enim alvus fuerat adſtricta, & præcordiorum anxietas ſumma, quo injecto cum levamine benè alvum exoneravit. Verum paroxyſmo priori modo revertente, ſequens vinum medicatum, necnon maſſam pilularem dedi. Vir poſt inſolitos labores. Tumorem & dolorem in ſiniſtro hypochondrio. Et brevi quartanam obſervavit

 ℞. Ra-

Quare vinum medicatum aperiens antifebrile.

℞. *Radic. zedoar. Gentian. Calam. aromat. ana* ℥iij. *Galang.* ʒvj. *Summitat. abſinth.* M.ß. *Centaur. minor.* p.iij. *Folior. menth. criſp.* M. j. *Calaminth. montan.* M. ß. *Raſur. lign. colubrin.* ʒvj. *Aloes lucid.* ʒiij. *Flaved. cortic. aurantior. Semin. fœnicul. dulc. Tartar. Rhenan. ana* ʒijß. *Limatur. chalyb. in petia ligat.* ʒß. Conciſa & contuſa dentur pro vino medicato, affund. *vin. Gallic. pint.* vj.

De quo poſt triduum aſſumpſit ter quotidie uncias tres, unde optimè ſe habuit, & aſſumptum cibum poſtea benè digeſſit.

Et pilulas purgantes ſimul & aperientes.

℞. *Gumm. ammonic. præparat.* ℈ij. *Reſin. jalapp. Diagrid. ana* ℈j. *Myrrh. rubr. Tartar. vitriolat. Sal. volatil. corn. cerv. ana gr.* xv. *Ol. cortic. aurantior. ſtillat. gutt.* v. MS. F. Pilul. no. v. ex ℈j. deaurent.

Bis in ſeptimana quinque aſſumpſit, quarum beneficio quater quinqueſve alvum depoſuit.

Tribus ante paroxyſmum horis hunc vel ſequentem dedimus pulverem.

Necnon pulverem febrifugum diaphoreticum.

℞. *Antimon. diaphor. Oculor. cancror. pulveriſ. Sal. abſinth. ana* ℈ß. *Croc. optim. gran.* v. MS. F. Pulvis tenuiſſimus pro una doſi cum vino calido aſſumendus.

Et regulum antimonii medicinale.

℞. *Regul. antimon. medicinal.* (hujus deſcriptionem videſis in ſequentibus) ℈ß. *Croc. optim. gr.* v. MS. F. Pulvis tenuis.

Fruſtra aſſumpſit.

Quare chinam chinâ uſurpavit.

Et à febre liberatus.

Quibus omnibus adhibitis, febris jam minor, jam iterum major: quare ipſi auctor fui, ut chinam chinam aſſumeret; ſtatim annuit. Atqui in ſubſtantia ſolam chinam chinam pulveriſatam ad drachmas duas cum vino die poſt paroxyſmum exhibui, hocque ter iteravi, & nihil præter nauſeam ac ſemel vomitum, ſubſequente ſudore, obſervavit. Poſt primam aſſumptionem à febre quartanâ fuit liber: de alvo adſtrictiore quia conquerebatur, ſubinde dictis pilulis fuit uſus, & benè ab ipſis alvum exoneravit: attamen de præcordiorum quaſi intumeſcentiâ & corporis quadam gravitate conquerebatur, imo inter ambulandum de reſpiratione difficiliori.

Poſt recidivam imo graviorem paſſus.

Quibus intellectis recidivam verebar, quod quoque ità evenit: nam quintâ poſt aſſumptum pulverem ſeptimanâ, febri ſed graviori non tantum, ſed duplici correptus fuit; & quod notandum, tum nec de præcordiorum intumeſcentiâ, nec corporis gravitate, nec reſpiratione difficiliori conqueſtus eſt: quare iterum chinam chinam uſurpavit.

Denuo uſus fuit eodem ſucceſſu.

Liberato à febre, dicta ſymptomata in dies denuo adaugeſcebant; quamobrem aerem mutandum neceſſarium duximus, juſſis obtemperavit, ac Noviomagum profectus eſt: tum vero nonniſi vinum Gallicum chinæ chinæ una cum foliis ſennæ mundatæ aſfuſum, & ſequenti modo paratum præſcripſimus.

Sed Noviomagum profectus.

℞. *Cort.*

♃. *Cort. chin. chin.* ℥vj. *Folior. ſenn. mundat.* ℥vj. *Flaved. cortic. aurantior.* ℥ß. Leviter contuſis affund. *vin. Gallic. pint.* vj. Stent vaſis clauſis in digeſtione per triduum, dimidio jam uſurpato, affundantur denuo pint. ij.

Vino chinato (ut ita dicam) purgantibus mixto brevi curatus fuit.

De hoc vino bis quotidie uncias tres aſſumpſit, atque brevi non tantum à febre fuit liber, verum de ſupradictis ſymptomatibus non amplius conquerebatur, & reverſus ſanus vixit.

Nota, nonnullos in alias Regiones profectos, & à quartana liberatos ac jam curatos, reverſos recidivam denuo paſſos; quod ter quaterve in iiſdem ægris vidi & obſervavi.

Vir quadraginta annorum, naturâ bilioſus, poſt multos labores, quammaximè de corporis gravitate & laſſitudine ſpontaneâ, inprimis poſt ſomnum (reliqua ſymptomata prætereo, imo in ſequentibus præteribo, idque brevitati quia ſtudeo) conquerebatur: quare diaſcordium Fracaſtorii ad drachmas duas aſſumpſit, & benè ſudavit cum levamine. Verum poſt triduum benè pranſus levi febriculâ cum pandiculatione & frigore correptus aſt: quare ſcrupulum diaſcordii clariſſimi Domini Sylvii in ſua Praxeos medicæ idea nova lib. 1. cap. 58. deſcripti uſurpavit, benè dormivit, & ſudavit. Verum poſtridie dolorem diſtendentem & ſubinde gravativum, duritiem, ac poſtea tumorem in hypochondrio ſiniſtro obſervavit: quare ſequente uſus fuit hauſtulo purgante.

Vir bilioſus de corporis ſpontanea laſſitudine &c. conquerens.

Ex diaſcordio Fracaſtorii & Sylvii benè ſudavit.

♃. *Electuar. cholag. D. Sylv. Hydrag. ejuſd. ana* ℨij. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xx. *Aq. fœnic. q. ſ.* M. S. F. hauſtus.

Hauſtum purgantem.

Quo aſſumpto, ſexies alvum depoſuit cum multis flatibus, & ſummo levamine quoad dolorem diſtendentem: aſt immediatè poſt febris cum frigore eum invaſit, ſudore finiens in quartanam degeneravit: quare ſæpius jam ante, jam poſt paroxyſmum ſequentem pulverem aſſumpſit.

♃. *Regul. antimon. medicin.* ℈ß. *Sal. abſinth. Card. bened. Croc. optim. ana gran.* v. MS. F. Pulvis tenuiſſ.

Et regulum antimonii medicinalem.

Cujus beneficio optimè ſudavit cum febris quidem diminutione, verum neutiquam ſublatione. Quare chinam chinam cum radice ſerpentariæ virginianæ ex vino Gallico uſurpavit.

Tandem chinam chinam cum radice ſerpentariæ virginianæ aſſumpſit.

♃. *Cortic. chin. chin.* ℨij. *Radic. ſerpentar. virginian.* ℈j. F. Pulvis.

Quem ter, ſex, ſeptemve poſt paroxyſmum horis iteravimus, & ſponte octies imo decies alvum copioſè depoſuit, & febris dolorque diſtendens ac gravativus cum tumore & duritie in ſiniſtro hypochondrio evanuere, & hucuſque curatus manet.

Et curatus eſt.

Juvenis viginti duo circiter annorum poſt febrem tertianam duplicem incidit in quartanam ſimplicem: quare vomitorium, vi-

Juvenis quartanâ

laborans, variis fruſtra adhibitis.

num medicatum purgans, vinum abſinthites ſolum, & ſubinde cum elixire proprietatis & ſale volatili oleoſo mixtum, ut & ſequentes pilulas ſæpius fruſtra aſſumpſit.

℞. *Extract. febrifug. noſtr. in ſequentibus deſcribend. Radic. gentian. ana gran.* xij. *Sal. abſinth. gran.* vj. MS. F. Pilul. no. vij. deaurand.

Qua de cauſa die ante paroxyſmum chinam chinam levibus purgantibus mixtam adhibui, ſequenti modo.

Chinam chinam purgantibus mixtam propinavi.

℞. *Cortic. chin. chin.* ʒij. *Reſin. jalapp. gran.* v. *Ol. Cortic. aurantior. ſtill. gutt.* ij. MS. F. Pulvis.

Quo aſſumpto, quinquies ſexieſve, ni fallor, alvum exoneravit, ac ſequenti die fuit liber à febre: bis itaque terve eundem pulverem iteravimus, nec recidivam paſſus eſt, etſi in aere frigidiore totâ hyeme fuerit verſatus.

Et curatus eſt hyeme.

Purgantia in minori doſi chinæ quare admiſcenda.

NOTA, ne purgantia in majori doſi addantur, aliàs nimis citò ex corpore exturbatur, vel ſimul cum purgantibus expellitur ſupra dictus cortex.

Plurimos quartanâ ſimplici laborantes in primis circa æquinoctium vernale ſequenti electuario curavimus, ſingulis diebus cum vino calido drachmam unam exhibendo.

Electuarii antifebrilis deſcriptio.

℞. *Radic. gentian. Contrayerv. Zedoar. Serpentar. virginian. Cortic. lign. guajac. ana* ℥j. *Chin. chin. Raſur. lign. colubrin. Folior. ſcord. ana* ℥ij. *Dictamn. Cretic.* ʒx. *Croc. optim. Sal. armoniac. ana* ℥ß. *Opii ſolut. & inſpiſſat.* ʒij. F. omnium pulvis, & fiat cum triplo mellis deſpumati electuarium antifebrile.

Puella quartanâ variis ſymptomatibus concomitante laborans.

Puella octodecim præter propter annos nata, melancholica, pituitoſa, poſt febrem quotidianam continuam circa autumnum primò in febrem ſimplicem, dein duplicem, imo quartanam triplicem intermittentem incidit, menſtruis ſimul ſuppreſſis cum tuſſi, reſpiratione difficiliori, tumore & duritie in hypochondrio ſiniſtro, nauſeâ, & ſubinde vomitu pituitoſorum viſcidorum, appetitu abolito, imo tantâ corporis macie, ut omnes phthiſi vel tabe affectam judicarent. Vocatus rem periculo plenam judicavi, in primis quia tempus erat hybernum, & à plurimis medicamentis ita abhorrebat, nulla medicamenta aſſumere poſſe aſſeverans præter liquida clara & pilulas. Quare ſequentes pilulas purgantes ſimul & deobſtruentes præſcripſi.

Pilulas purgantes aperientes.

℞. *Gumm. galban. aceto præparat.* ʒß. *Vitriol. martis ad albedin. calcin. Myrrh. rubr. Diagrid. ana* ℈j. *Aloes lucid. gran.* xv. *Tartar. vitriolat. Sal. volatil. ſuccin. ana* ℈ß. *Ol. ſabin. ſtillatit. gutt.* vj. MS. F. Pilulæ v. ex ſcrupulo uno. De quibus bis in ſeptimana quinque aſſumpſit, & ter quaterve plerumque alvum exoneravit.

Hy-

Hypochondrio ſiniſtro cerotum ex emplaſtro de mucilaginibus oleo de capparibus malaxatum imponendum juſſi, ac ſequens vinum medicatum præſcripſi.

Cerotum hypochondrio.

♃. *Rad. gentian. Ariſtoloch. rotund. Rub. tinctor. ana* ℥iij. *Fol. hyſſop. Menth. criſp. Sabin. ana* M. ß. *Summitat. abſinth. Centaur. minor. ana* p.iij. *Raſur. lign. colubrin. Baccar. laur. Semin. leviſtic. Fœnic. dulc. ana* ℥ß. *Flaved. cortic. aurantior.* ℥iij. Conciſis atque contuſis affund. *vin. Gallic. pint.* v. Stent ſimul in digeſtione per quatriduum.

Et vinum medicatum antifebrile deobſtruens &c.

De quo ſingulis diebus bis terve uncias tres inſtillatis unicuique doſi guttulis viginti ſalis volatilis oleoſi elixiri proprietatis abſque acido (ejus loco oleo tartari per deliquium addito) mixti per duas treſve ſeptimanas uſurpavit: quorum omnium beneficio nauſea imo vomitus ſublatus fuit, appetitus rediit, durities & intumeſcentia in hypochondrio ſiniſtro valde diminutæ fuere. Sed jam ab omnibus medicamentis abhorrens, imo pilulas, nec vinum medicatum ulterius, aut nonniſi ſummo cum faſtidio aſſumens, mentionem feci de tinctura quadam chinæ chinæ cum ſpiritu vini paratâ, de qua tantum cochleare unum vel alterum bis quotidie tantum aſſumeret, quod tandem aſſumpturam ſe annuit, modo ultimum foret, quod uſurpatura eſſet, ac ea de cauſa hoc modo illam tincturam præparavimus.

Cum elixire oleo tartari per deliquium &c. parato, fruſtra uſurpavit.

♃. *Cort. chin. chin.* ℥iij. *Radic. hellebor. nigr.* ʒvj. *Serpentar. virginian. Folior. ſenn. mundat. ana* ℥ß. *Sabin.* M.j. *Flaved. cortic. aurantior.* ʒv. Conciſis atque contuſis affund. *Spirit. vini pint.* iij. Stent in loco calido vaſis optimè clauſis per biduum.

Tandem tincturâ chinæ chinæ &c.

De quo mane & veſperi duo cochlearia aſſumpſit tali cum ſucceſſu, ut quotidie bis terve alvum depoſuerit, & intra tres quatuorve ſeptimanas non tantum curata fuerit, & libera à febre, & cæteris dictis ſymptomatibus, imo ſana & jam obeſa ſæpius me ſalutaverit.

Intra tres ſeptimanas curata fuit.

Nonnullos quartanarios curavimus ſolâ tincturâ per ſpiritum vini corticibus chinæ chinæ, raſuræ ligni colubrini, & radicibus jalappæ, vel foliis ſennæ affuſum paratâ.

Nonnulli curati tincturâ chinę, ligni colubrini & jalappæ.

Mulier quædam triginta octo annos nata ex conſanguineis meis, melancholica, alvo adſtrictiori, etſi ſana, ut plurimum laborans (ut in hiſce Regionibus ſæpius obſervatur) poſt diuturnam jam ſimplicem, jam duplicem febrem quartanam intermittentem, incidit in quotidianam continuam, & ſummam debilitatem, virium proſtrationem, præcordiorum anxietatem, vigilias, imo delirium febri exacerbatâ; urinis crudis abſque ullo ſedimento, aut odore, alvo adſtrictâ, ſiti &c. Quare ei clyſter ſubinde fuit injectus exi-

Mulier ex quartana incidit in febrem continuam, aphthas &c.

guo

guo ſemper cum levamine. Tandem aphthis apparentibus, hanc mixturam, emulſionem, ac pulverem ſequentem ſubinde uſurpavit.

Quare mixturam cardiacam.

℞. *Aq. meliſſ. Card. bened. ana ℥iß. Cinnamom. ʒvj. Lapid. prunell. Antim. diaphor. Margarit. præpar. ana ℈ß. Confect. alkerm. abſque moſcho & ambra ʒiß. Julap. roſat. ʒv.* MS.

Decoctum raparũ &c.

De qua ſubinde cochleare aſſumpſit, & parum ſudavit: os interim decocto raparum, vel aquâ roſarum cum vitello ovi, & ſaccharo canto mixtâ colluendo; omnia calefacta aſſumpſit. Verum inſtante paroxyſmo ſequenti uſa fuit pulvere, & benè ſemper ſudavit.

Et pulverem diaphoreticum.

℞. *Antim. diaphor. gran.* xv. *Margarit. præparat. Sacchar. perlat. Oculor. cancror. ana gran.* vj. MS. F. Pulvis tenuiſſimus cum hac emulſione aſſumendus.

Sæpius de hac emulſione hauſtulum uſurpavit.

Ut & emulſionem.

℞. *Hord. mundat. ad crepat. coct. ʒv. Semin. 4. frigid. major. ana ʒß. Papav. alb. ʒiß. Lini recent. ʒj.* F. cum ſ. q. aq. decoct. hord. emulſ. ad ℥xiv. add. *Julap. roſat.* ℥j. MS.

Lapidem bezoardicũ orientalem fruſtra uſurpavit.

Verum horum omnium beneficio nihil vel parum profecit, quare lapidis bezoar orientalis ſcrupulum unum veſperi ipſi dedimus; parum ſudavit, verum nullo cum levamine: tandem conſultum duximus ad ſacram quaſi anchoram confugere, nempe ad infuſionem lapidis vulgò Pedro del Porco dicti (de quo in ſequentibus fuſius & accuratius) qua exhibitâ tribus ante febris exacerbationem horis optimè ſudavit, alvum bis depoſuit, benè dormivit, abſque ulla exacerbatione: quare iteravimus eandem infuſionem die ſequenti, idque ter quaterve, & brevi aphthæ curatæ fuere, ac libera ab omni febre per ſex ſeptemve, ni fallor, ſeptimanas fuit. Animi gratiâ cum nonnullis amicis, cęlo ſereno, maris littora petiit, piſceſque marinos comedit: domum reverſa febrem cum horrore quodam, oſcitatione, & pandiculatione, ſudore ſubſequente obſervavit: verum ea omnia floccipendens, & piſces marinos, quos comederat, cauſſata, nihil quidem mali die ſequenti ſenſit. Verum febris quartanæ ante febrem continuam jam dictam memor, diem paroxyſmi præcedentis quartanæ intellexit, (quare optimè Corn. Celſus loco antea notato, diu diei paroxyſmi meminiſſe ſuadet) imo paroxyſmus ſequens multo gravior fuit. Sed ab omni medicamentorum genere ita abhorruit, ut quidquid proponerem vel in forma pilularum, decocti, tincturæ, vini medicati, vel pulveris &c. omnia recuſaret; imo mox nauſeam & animi quaſi deliquium ſentire ſe referebat, non tantum quando medicamenta aſſumere vellet, verum & quando ipſa modo odoraretur, aut alius de medicamentis his illiſve mentionem modo faceret. Quare cereviſiæ

Quare infuſionem lapidis vulgò pedro del porco dedimus.

Ac brevi curata fuit.

Maris littora poſt ſeptimanas aliquot petiens.

Priori quartanâ fuit afflicta.

viſiæ jam jam coctæ & nondum fermentatæ quædam ſimplicia amara infundi poſſe propoſui: reſpondit, amaricantem cereviſiam libenter ſe bibere, & in primis amare, quare & forſan talem ſe bibere poſſe. Ea igitur de cauſa ſequens puppa vaſi cereviſiâ recenti impleto fuit injecta, unde ſolâ hac poſt ſeptimanam uſa eſt cereviſiâ, & brevi curata fuit, manſitque hactenus miſera & diu afflicta ægra.

℞, *Cortic. chin. chin.* ℥viij. *Radic. ſerpentar. virginian. Folior. ſenn. mundat. ana* ℥iiß. *Summitat. centaur. min.* M.iij. *Flaved. cort. aurantior.* ℥ij. Conciſa & craſsè contuſa indantur ſacculo rarioris texturæ. — Ac cereviſiâ chinatâ (ſi mihi licitum ſit hoc verbo uti) curata.

Sic quoque ſolo chinæ chinæ extracto per ſpiritum vini parato, & ad conſiſtentiam pilularum evaporato, plurimos non tantum febri quartanâ & aliis febribus laborantes curavimus, & curatos ab aliis vidimus, atque ex aliorum Medicorum ore audivimus: attamen meo judicio præferrem tincturam per ſpiritum vini, vel vinum corticibus illis Peruvianis infuſum, vel in ſubſtantia exhibitum purgantibus levibus nempe ſimul additis. Et hæc ſunt, quæ de china china, ejuſque uſu, benevole Lector, dicenda mihi propoſueram. — Pilulæ ex china paratæ in febribus optimæ

10. Fames à ſaliva viſcidiori & pinguiori, pituitâve viſcidâ, bileve pinguiori diminuta aut abolita. Horum humorum peccantium maleficio obtunditur blanda in ventriculo contenta, ac ſuperius ſtomachi orificium ſuaviter vellicans aciditas, ſicque fames diminuitur; aut cauſæ dictæ ſi graviores, famem tollunt. Rectè ergo purgantia medicamenta talibus in affectibus præſcribuntur, quia illorum beneficio peccantes humores è ſtomacho corporeque expelluntur, ſicque tutior ac jucundior breviorque via curationi paratur. — Fames diminuta vel abolita.

Vir quiſpiam quadraginta quinque circiter annorum, macer, inveteratâ tuſſi maximè vexatus, phlegmata viſcoſa ac tenacia incredibili quantitate in dies excernens, poſt longum & gravem periculoſumque morbum appetitus abolitionem ſenſit, qua per tres circiter menſes fuerat vexatus, & quidquid contra hanc aſſumeret, ne quidem leviſſimam mutationem inde ſenſit, medicamentis omnibus effectu carentibus. Quare ſingulis ſeptimanis bis pilulas angelicas veſperi aſſumendas præſcripſi, ac diebus intermediis mane in hydromelite guttulas viginti quatuor elixiris proprietatis uſurpandas. In quorum medicamentorum uſurpatione per duas treſve hebdomadas optimo cum ſucceſſu continuavit: tumque ipſi mixturam ſequentem cochleatim uſurpandam dedi. — Vir inveteratâ tuſſi laborans. — Incidit in appetitus abolitionem. — Quare cum hydromelite elixire proprietatis &c. fuit uſus.

℞. *Aq. menth.* ℥iij. *Tinctur. ſtomach. noſtræ* ʒvj. *Ol. menth. criſp. gutt.* iij. *Syr. menth.* ℥j. MS. — Ut & mixturâ.

Acida ob tuſſim maximè moleſtam non addidi; hujus tamen poſt uſurpationem appetitus rediit. Ultimò ob mixturæ averſationem ſequens veſperi uſurpavit conditum ad nucis moſchatæ quantitatem, quo etiam eſt curatus: nam appetitus rediit, ac ingeſtos cibos optimè digeſſit.

Ac condito ſtomachico curatus.

♃. *Conſerv. menth. criſp.* ℥iß. *Roſar. rubr.* ʒvj. *Rad. enul. campan. condit.* ℥ß. *Zinzib. condit.* ʒij. *Lap. prunell.* ʒj. *Ol. menth. criſp. gutt.* vj. *Syrup. menth. q. ſ.* MS. F. conditum.

Tinctura ſtomachica jamjam nominata.

Tincturæ ſtomachicæ noſtræ deſcriptio.

♃. *Rad. enul. campan.* ℥iß. *Zedoar.* ℥j. *Calam. aromat. Angelic. Galang. ana* ʒvj. *Zinziber. Liquirit. ana* ℥ß. *Lign. aloes* ʒv. *Fol. menth. criſp.* M. ij. *Bacc. junip.* ℥j. *Lauri Sem. fœnic. dulc. ana* ℥ß. *Aniſi Carvi ana* ʒiij. *Cortic. winteran. ſ. Cannellæ alb.* ʒvj. *Cinnamom. acutiß. Santal. rubr. ana* ℥j. *Piper. nigr. Extrem. cort. aurant. Cardamom. minor. Nuc. moſchat. ana* ʒij. Conciſis atque craſsè contuſis affund. *Spirit. vini Rhenan. ſtop.* iß. Miſceantur ac digerantur per octiduum, tumque tinctura decantetur, & iterum affundantur *Spirit. vini Rhenan. pint.* iij. Digerantur per octiduum, tinctura decantetur, ac priori tincturæ affundatur, & uſui ſervetur.

Icterus flavus.

11. Icterus flavus (o), quare Galenus commentar. in ſect. 4. aphor. 62. di-

(o) Icterus, quem ſub arquati morbi nomine Plinius hiſt. natur. lib. 22. cap. 24. protulit, ad veterum omnium Medicorum mentem ex hepatis obſtructione, unde vel bilis ſecretio impeditur, vel ipſius curſus intercipitur, fieri dicebatur. Verum quum in multis Ictericis poſt mortem ſanum deprehenſum fuerit hepar, biliarii ductus nullâ ſabuloſâ aut viſcoſâ ſubſtantiâ referti, & ipſa fellea veſica calculorum inanis; nihil clarius deinceps videbatur, quàm Icterum ſine ulla hepatis culpa conſiſtere poſſe. Unde motus præclariſſimus Sylvius, cujus veſtigiis Auctor noſter fere numquam non inhæret, bilis ad ſanguinem redeuntis immiſcibilem naturam pro Icteri cauſa redarguit. Ait enim, ſi ſpiritus nimium volatilis ei ſe nectat, tunc cum reliquis ſanguinis elementis intimè conſociari inepta erit; ac proinde, veluti oleum in aqua, in ſanguine fluctuat, ab eoque facili negotio ſecedit. Sylviana hæc hypoteſis potiſſimum ei innititur, quod bilis in veſica fellea contenta per biliarios ductus ſanguini in hepatis ſubſtantia affundatur: quod tam improbabile eſſe, quàm quod maximè, pulchro experimentorum anatomicorum apparatu demonſtravit Malpighius. Hiſce itaque miſſis, quæ Icteri naturam fere nihil aperiunt, ea nobis manet Animo ſententia, Icterum inter cachecticos affectus eſſe, & ab omni alia cachexia ratione originis non diſcrepare. Quemadmodum enim ſanguinis craſis diverſimodè figurata varios colores ſuperficiei corporis imprimit; ita felleus color, qui in habitum erumpit, non protinus viſceris labefactati indicium eſt, quum ſine ulla hepatis læſione hujus affectus ſemina in ſanguine ipſo latere compertum ſit. In ſanguine enim omnis generis particulæ reperiuntur, ſed ſuo quæque centro incluſæ, nec antea ſenſibus noſtris occurrunt, quàm turbatâ harmoniâ in actum emerſerint. Quantum enim biliosa ſit Hominis temperies, nulla idcirco in ſanguine amaritudinis ſigna, nulla bilis ad ſenſum indicia erunt. At ſi fluidi mutetur textura, protinus flavus color in cute & in urinis apparebit. Sed vix umquam fluidi textura mutatur, niſi ſolidis quoque vitium adſpergat: unde mirum eſſe non debet, ſi vitioſam illam ſanguinis craſim hepatis quandoque pathemata, ſuorum nempe ductuum infarctus, vel calculorum in veſica fellea concretio, ſequantur. Si enim bilis juſto tenuior ſit ac volatilior, tunc uberior ipſius copia in glandulis hepatis ſecedit, ut proinde vel bilioſæ dejectiones, vel ſaturatior in alvi fæcibus tinctura obveniat. Si vero craſſior ac viſcidior,

62.dixit, humores bilioſos per alvum evacuatos, ſanare morbum regium. Doctam & accuratam de ictero qui vult deſcriptionem, adeat clariſſ.doctiſſimique Viri D. Fr.de le Boe Sylvii Praxeos medicæ ideam novam cap. 40. p.m.790. & ſeq.

Mulier poſt varia alimenta pinguiora, &c.

Mulier quædam quadraginta duos annos nata, melancholica, poſt varia diuque aſſumpta viſcidiora ac pinguiora alimenta incidit in alvi adſtrictionem, ac circa præcordia dolorem maximè compreſſivum ac graviter afficientem, ac ſemper circa veſperi anxietates præcordiorum ſummas, itaut præ dolore ac anxietate multas noctes inſomnes traduceret. Urinæ erant obſcurè rubentes, alvi vero excrementa fere albicantia, & quarto vocationis die vix erant mutata. Vocatus ſtatim ſequentem hauſtum purgantem præſcripſi.

In præcordiorum dolorem compreſſivum.

Imo icterū incidit.

Quare hauſtum purgantem.

℞. *Elect. cholagog. Sylvii p. 123. deſcript. Hydragog. ejuſd. p. 136. ana* ʒiß. *Spir. ſalis armon.* ℈ß. *Tinctur. croci* ʒj. *Aq. gramin. q.ſ.* MS. F.hauſtus.

Quater ab hoc purgante cum doloris compreſſivi, & præcordiorum anxietatis levamine alvum depoſuit. Quo facto ſequens dedi apozema aperiens, de quo quater quinquieſve aſſumpſit ad uncias tres quatuorve pro vice.

Apozem aperiens.

℞. *Rad. rubiæ tinctorum* ℥j. *Urticæ* (ex mente Geſneri, qui ſummis laudibus hanc radicem in ictero extollit) *Gramin. Curcum. Chelidon. major. ana* ℥ß. *Fol. marrub.* (de marrubio, ejuſque ſucco ex foliis expreſſo inſpiciatur Foreſtus lib. 19. obſervat. 19. in ſcholiis, qui ibidem refert nonnullos uſu ſyrupi ex ſucco marrubii confecti fuiſſe perſanatos, cum multa alia remedia fruſtra uſurpata fuiſſent.) *Cuſcut. ana* M.j. *Flor. geniſt. p.ij. Sem. cannab.* ℥ß. *Aquileg. Petroſelin. ana* ʒiij. Coq. ex vini albi tenuioris, & aquæ puræ q.ſ. in colat. unciis xxxvj. diſſolv. *Syr. cichor. cum rheo.*

 Diacni-

dior, quod ſæpius evenit, ægrè per contextum hepatis tranſit, donec invaleſcente ob ſanguinis viſciditatem glandularum obſtructione omnino repellitur, alvique excrementa prorſus alba dimittat. Itaque hepatis obſtructio à materia viſcida & ſabuloſa modo Icterum jam factum ſequitur, modo illum præcedit. Etenim quemadmodum urinæ ſecretione in renibus interceptâ ſeroſus humor in ſingulis partibus corporis exundat; ita bilioſi humoris ad hepar tranſitu omnino impedito, perinde ſanguinis craſis pervertitur, ut omnia colore flavo inficiat. Hinc nullo fere negotio colligi poteſt, quomodo ira aut triſtitia Icterum excitet. Non aliter enim ac ex inopinato timore univerſum corpus ita palleſcit, ut vix ad priſtinum deinde reſtitui poſſit; ita ſpirituum furor, impetus, ac indignatio perinde ſanguinis craſim evertit, ut bilis ab eo facilè ſecedat, & ſuperficiem corporis colore ſuo infamet. Quumque omnium venenorum id proprium ſit, ut texturam ſanguinis corrumpant, mirum non eſt, ſi viperæ ictus protinus bilem ex reliquis ſanguinis elementis extricet, & cutem flavo colore commaculet. Neque diſſimilis eſt ratio Icteri, qui Febribus repente ſupervenire Hippocrati * dicitur, niſi fortè ille ex hepatis inflammatione oriatur. Unde liquet, quod quemadmodum Icterus non ſemper ab hepatis infarctu deſcendat, ita quoque cathartica pharmaca in omni Ictero promiſcuè adhibenda non ſint. Quod religioſè magis in iis ſervandum, qui Febribus agitati Ictero corripiuntur, quibus cathartica Hippocratem caviſſe ex verbis iis in lib. de loc. in Homi. concludit Martianus: *Regio morbo affectis purgantia ne dato, ne corpus magis conturbes.*

* Sect. 4. aphor. 62. & 64.

Diacnicu. ana ʒij. *Tinctur.croci* ʒij. *Spir.ſalis armon. vel Tartar. fœtid.*ʒjß. MS.pro apozemate.

Hujus apozematis beneficio omnia evanuere ſymptomata, urinas fere nigricantes multas excrevit, tandemque ſequenti uſa fuit medicamento (quo ſolo poſt purgationem ſimul incidentem & aperientem multos colore fœdiſſimos perſanavimus) ad guttulas viginti ex vino ter quaterve de die.

Et ſpiritũ ſalis armoniaci &c. aſſumpſit, & curata eſt.

℞. *Spir.ſalis armon.*ʒiij. *Tinctur.croci* ʒij. MS. Hujuſque beneficio ac vi percurata fuit, ac incolumis manet.

Vir poſt fructus horarios avidè aſſũptos incidit in febrem tertianam intermittentem.

Vir quadraginta octo annos natus, pituitoſus, fructus horarios autumno avidè cum uſurpaſſet, poſt ſeptimanas aliquot in febrem tertianam intermittentem incidit. Verum poſt tertium, ni fallor, paroxyſmum de præcordiorum anxietate graviſſimâ, imo dolore gravativo ac tumore quodam in hypochondrio dextro, cum nauſea in primis matutino tempore, omnium membrorum imo totius corporis gravitate ac laſſitudine, & veſpertino tempore reſpiratione difficiliori, alvo adſtrictiori, fæcibus alvinis induratis nonnihil albicantibus, urinâ intenſe rubrâ imo penè nigrâ, ſiti intolerabili, & vigiliis conqueſtus eſt, ac tali ictero afflictus, ut ſi leviter modo ſudaſſet, omnia fere linteamina colore flavo quaſi tincta viſa fuiſſent. Vocatus rem periculo plenam (juxta Hippocratem aphor.64.ſect.4.& Coac.prænotion.1.p.173.) judicavi, idque Amicis indicavi, ac ſtatim præſcripſi hunc hauſtulum purgantem, quo ſubinde fuit uſus.

Imo icterum graviſſimum.

Quare hauſtum cholagogum.

℞. *Electuar.cholagog.D.Sylv.*ʒij.*Extract.rhei,Scammon.ana gr.*v. *Tinctur.martis aperitiv.*℈j.*Tartar. vitriolat.*℈ß. *Aq. chelidon. major.q.ſ.* MS. F. hauſtus.

Quo aſſumpto, octies vel decies alvum depoſuit cum levamine quoad præcordiorum anxietatem & dolorem gravativum. Ob ingentem & intolerabilem ſitim ſæpius de die uſurpavit hunc pulverem cum decocto graminis.

Pulverem ob ſitim.

℞. *Lap.prunell. Sal.tartar.ana* ℈j. MS. F.Pulvis.

Cujus beneficio ſitis brevi fuit ſublata. Interim ter quotidie de ſequenti apozemate uncias tres quatuorve uſurpavit.

Et apozema maximè deobſtruẽs uſurpavit.

℞. *Rad.lapath.acut.*ʒjß. *Rub.tinctor. Chelidon.major. Cichor. Apii.ana* ʒß.*Fol. agrimon. Marrub. Eupator. cannabin. ana* M. ß. *Flor.geniſt.p.*iij. *Sem.aquileg.Petroſ.Aniſ.ana* ʒij.*Tartar.crud.*ʒijß. *Limatur. chalyb. in nodulo ligat.* ʒv. Coq. ex vini & aquâ anaticâ quantitate ad colatur.ʒxxxvj. in quibus diſſolv, *Syr. cichor. cum rheo.*ʒij. *Quinque radic.*ʒjß. *Spirit.ſalis armon.gutt.* LX. MS.pro apozemate. Semel biſque de die aſſumpto hoc apozemate fæces reddidit vel penè nigricantes, vel ex cæruleo-fuſco colore tinctas, idque

Et fęces ex cærulæo-fuſco colore tinctas excrevit.

que cum levamine; quod ſemper obſervavi poſt chalybeata in quantitate vel ſæpius aſſumpta.

Nonnumquam etiam cum decocto hunc pulverem veſperi exhibui, unde ſemper optimè ſe habuit, & liberiorem reſpirationem minoremque præcordiorum anxietatem &c. tunc obſervare teſtabatur.

℞. *Limatur. chalyb. præpar. & ſubtiliſs. lævigat. gr. xij.* *Sal.* (ex capite mortuo, poſt deſtillatum ſalis armoniaci ſpiritum, filtratione & exhalatione facti) *à D. Sylvio Febrifugi dicti Croc. optim. ana gran. jv.* MS. F. pulvis tenuiſſimus. Ac ſummo cum levamine pulverem ex chalybe &c.

Hypochondrio indurato & intumefacto mane & veſperi inunximus ſequens linimentum.

℞. *Vnguent. martiat.* ℥iij. *Ol. de capparib. Lilior. alb. ana* ℥ß. *Philoſoph.* ℈ß. MS. F. linimentum. Hypochondrio indurato &c. linimentum.

Poſt inunctionem hoc cerotum impoſuimus.

℞. *Emplaſtr. de mucilaginib. Melilot. ana* ℥j. *Ol. de capparib. q. ſ.* Pro ceroto ſuper alut. rub. extend. Et cerotū fuit adhibitum.

Quibus omnibus per ſeptimanas aliquot continuatis, omnia ſymptomata in dies valde diminuebantur. Ex vino Rhenano tenui ſubinde quoque veſperi uſus fuit, ob vigilias, ſale volatili oleoſo opio depurato affuſo & tincto ad guttulas præter propter viginti.

Diæta erat aperiens, flatus diſcutiens, alvum laxans, juſcula in primis cum endivia, apio, vel cichorio cum uvis Corinthiacis &c. parata.

Ultimò nonniſi decoctum radicum lapathi acuti cum tinctura martis aperitiva uſurpavit, & tandem quoque curatus fuit. Tandem decocto lapathi acuti &c. curatus eſt.

Nonnullos ictericos, hypochondrio non indurato, ſolo decocto lapathi acuti cum tinctura martis aperitiva, purgatione per cholagoga prægreſsâ, curavimus: quare decoctum illud ut ſpecificum in ictero commendo.

Nota: nonulli venæ ſectionem in ictero inſtituunt juxta mentem, & ſententiam Aetii & Avicennæ &c. qui ſtatuere, duo eſſe maxima curandi icterum remedia, venæ ſectionem nempe & purgationem. Galenus vero tantus ille phlebotomiæ amator in libro de purgantium vi, ſi, inquit, morbo regio laborantibus ſanguinem miſeris, extremam in perniciem ages. Non quoque venæ ſectio in ictero qua ictero convenit; indicat enim vel humorum quantitate qualitateve peccantium exturbationem, aut correctionem; nonnunquam vero volatilium levem fixationem &c. Semper & ubique ſervanda, numquam vero negligenda dicta Hippocratis aphor. 62. ſect. 4. & coac. prænotion. 1. p. 172. quibus per febres, inquit, morbus regius ſupervenerit ante diem ſeptimum, malum: & Venæ ſectio in ictero an inſtituenda.

aphor.

Icterus febricitantibus ſuperveniens quando bonum vel malum.

aphor. 64. ejuſdem ſectionis, & coac. prænotion. 1. 173. quibus per febres morbus regius die ſeptimo, aut nono, aut undecimo, aut quartodecimo ſupervenerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium durum ſit, alioqui minimè bonum: quod C. Celſus quoque lib. 3. cap. 24. de morbo regio p.m. 175. ſtatuit: inſpiciat ſtudioſus Lector caput illud vigeſimum quartum libri tertii C. Celſi, lectu eſt jucundum & digniſſimum; necnon aph. 42. ſect. 6. Hippocratis. Non rarò enim evenit febricitantibus, ut icterus ſuperveniat, illique ea de cauſa varia præſcripta medicamenta uſurpent, imo purgationem & venæ ſectionem tolerent: aſt loco curationis hydropicos factos morboſve chronicos inde exortos, ſummis ac potentiſſimis etſi poſtea uſurpatis medicamentis, vix imo vix curatos novimus, quod variis hiſtoriis & obſervationibus comprobare poſſemus.

Morbi meſenterii.

12. Morbi meſenterii(p), aſt purgatio ne ſit larga, neque continens, & aſſidua, multo minus moderatæ purgationis limites tranſcendens docuit Matthæus Martini in tractatu ſuo doctiſſimo lectuque digniſſimo de morbis meſenterii & malo hypochondiaco. Non enim talibus in morbis ab obſtructione & humoribus qualitate peccantibus præſertim excitatis conveniunt φάρμακα καθαρτικά, niſi poſt incidentia deobſtruentia, humorumve qualitatem peccantem temperantia antea ſint uſurpata: ſicque juxta Hippocratem aphor. 22. ſect. 1. concocta non vero cruda medicamento purgante educenda. Docuit enim Senex aph. 9. ſect. 2. quod corpora quum quis purgare volet, ea fluxilia facere oporteat.

Infans poſt tertium nativitatis diem.

Miram quandam de infantulo hiſtoriam narrare placet. Huic tertio poſt nativitatem die epidermis omniſque cutis de corpore erat

(p) Ex variis ſuccis, quibus perluitur, meſenterium varios contrahere ſolet affectus. Modo enim fervidiori ſanguine in ſuis vaſculis intercepto inflammatur, quod ſæpiſſime in abſceſſum tranſit: modo chylo viſcidiori glandulæ ipſius extuberant, unde ſcirrhus tandem emergit. Idque in Pueris frequentius, in quibus licentior diæta, & effrænis voracitas chylum ipſius ætatis indole, legeque naturæ craſſum ſegniorem reddunt, & nimis impurum, adeoque aptiſſimum qui in meſenterii glandulis ſubſiſtat. Ubi autem hoc malum Pueros corripuit, protinus univerſo corpore contabeſcunt, ut proinde quoties eorum atrophia medicam manum eludit, nihil certius ſit, quàm immedicabile illud malum adeſſe, quemadmodum ex repetita cadaverum anatome innotuit. Sæpius vero lympha, quæ à reliquis partibus corporis ad meſenterium confluit, terreſtribus & ſalinis particulis nimium fœta in ipſius glandulis inſpiſſatur, & affectum eum conſtituit, quem Latini Strumas, & Scrophulas appellarunt, quarum in meſenterio latentium evidens eſt indicium, eas in colli glandulis apparuiſſe. Præter autem hæc mala, quæ meſenterii magis propriè dicuntur, ingens aliorum morborum claſſis, qui ad partes alias pertinere videntur, ex eo malè affecto exſurgit. Plerumque enim Febres, ſive periodicæ ſive continuæ, ex putri cacochymia in meſenterio congeſta oriuntur, quod vel ex earum contumacia ac diuturnitate, vel ab alvi egeſtionibus conferentiâ nullo fere negotio judicabimus. Quandoque vero meſenterium dolorum inteſtinalium auctor eſt, ſive quia inteſtinis contagio ſuo vitium adſpergit, ſive quia nervorum conſenſu nerveas eorum fibras exagitat. Ex hac porro nervorum conſpiratione, quæ per paris vagi ramos inter meſenterium & cæteras abdominis ac pectoris partes reperitur, mirum eſt quot ſymptomata in Hypochondriacis, & fortè etiam Mulieribus hyſtericis deſcendant. Ex omnibus vero hiſce meſenterii affectibus obſtructio magis ac putris humorum colluvies purgationem expoſcunt, quæ tamen mitiori cathartico, & digeſtivis interpoſitis erit inſtituenda.

erat quaſi abrupta & avulſa, ſequente magnâ ſanguinis copiâ. Ita per menſem circiter excoriatus vixit, ejulatus præ dolore continuò edens. Adverſus hunc autem affectum nihil præter oleum raparum cum creta mixtum fuit adhibitum. Quo tempore macie confectus vix oſſibus hæſit quatuor integros menſes, atque inde convaleſcere cœpit, cumque in modum recuperare carnem atque pinguefieri, ut nemo mortalium, qui infantulum antea tam miſerè afflictum viderat, eundem eſſe crederet. Annum vero cum exceſſiſſet, incidit in abdominis duritiem ac tumorem non vulgarem, quicquid ea de cauſa in uſum revocarunt Parentes, oleum & operam perdiderunt. Duravit illa abdominis durities, illeq; tumor fere per quadrimeſtre, tum vero diarrhœâ graviſſimâ per quatuordecim dies fuit afflictus; quæ tamen ſponte fuit ſedata, omnique abdominis duritie ac tumore evaneſcente, brevi iterum poſt cholerâ correptus fuit tam gravi cum febre, ut mox moriturum Adſtantes putarent. Singulam febrilem exacerbationem per quadraginta octo horas miſellus habuit, qui octiduo, quod decubuit, nil fere alimenti aſſumpſit: uſurpavit denique tribus morbi ultimis diebus parum de ſequenti mixtura ſingulis horis.

Excoriatus per menſē vixit.

Poſt pinguefieri cæpit.

Poſt annum in abdominis duritiē &c. incidit.

Diarrhæâ ſpontaneâ curatus.

Choleram & graviſſimam febrim denuo paſſus.

℞. *Vin. Rhenan.* ℥ij. *Aq. cinnam.* ℥iij. *Sacch. optim. q. ſ. ad gratam dulcedinem.* MS. Qua mixturâ aſſumptâ & vomitus & alvi fluxus ceſſavere, jamque hilaris & ſanus vivit.

Vino Rhenano aquâ cinnamomi &c. curatus.

13. Affectio hypochondriaca & melancholia, juxta Hippocratem aphor. 9. ſect. 4. melancholicos, inquit, infra vehementius purgabis: quod Galenus libr. *quos purgare oporteat* & Heurnius lib. 3. method. ad Praxin cap. 8. confirmant. Numquam tamen hiſce in Regionibus καθαρτικὰ φάρμακα in initio ſunt præſcribenda, niſi prius auſteri illi ac inconcocti humores ſint præparati & temperati. Lippis ac tonſoribus enim notum eſt, melancholicos à vehementioribus purgantibus medicamentis toties non deiicere alvum, quàm quidem aliis humoribus ſcatentes, etſi eadem purgantia ipſis exhibeantur, imo καθαρτικὰ φάρμακα exhibita melancholicis, illos vix turbare: bilioſis, pituitoſiſve, aut ſeroſis, ſi in eadem quantitate ac doſi præſcribantur, maximè & vehementer illos turbare ac purgare; quod ſit ob humorum melancholicorum cruditatem, ut & quia auſteri humores purgationem ſiſtunt. Cum vero purgantia vehementiora melancholicis exhibeantur, aut non operantur, aut parum ſummis cum torminibus, doloribus contorquentibus, præcordiorumque anxietate: quare potius ſpirituoſis, ſalibus volatilibus & præſertim oleoſis, ac lenientibus utendum, quàm hac ratione injucundè praxis exercenda.

Affectio hypochondriaca & melancholia.

Et quare.

Matrona quædam quinquaginta annos circiter nata, intra

bien-

Matrona quinquagenaria.

biennium menſtrua non paſſa, tamen ſana ac hilaris vixit; tumque ob filiam non ex voto viro nuptam incidit in graviſſimum animi mœrorem, ſemper tamen præſentibus domeſticis ac aliis maximè hilaritatem ſimulans; locis vero in ſolitariis cum modo eſſe poſſet, ex imo pectore hauſta ſuſpiria duxit, moxque lacrymas plurimas fudit, filiæ miſerrimum ſtatum deplorans: ita ſemeſtre tranſegerat, antequam dolor ejus Marito aut Domeſticis ex clamoribus ac ſuſpiriis innoteſceret. Noluit tamen melancholiæ rationes aperire, ac brevi poſt tantâ melancholiâ laboravit, ut domeſticis, amicis, aliiſve, ſatis evidentia ſigna ejus proderet. Gravem hunc tollendi affectum gratiâ duo accerſiti ſunt Medici, qui hiſtoriâ affectus intellectâ hauſtum melanagogum validum ex radicibus hellebori nigri & foliis ſennæ &c. præſcripſerunt: poſt hauſtum aſſumptum parum tantum (talem quoque vel ſimilem hiſtoriam de Practico quodam narrat Walæus in ſua medendi methodo. p. m. 50. qui melancholico cuidam ter quaterve purgans exhibuerat, qui tamen alvum minimè depoſuerat) ſummis cum ventris doloribus contorquentibus dejecit, tertio die in Salvatella vena ſecta eſt. Quo facto, apozemata refrigerantia imo acidis mixta ſunt præſcripta, & ſingulis ſeptimanis iteratus hauſtus purgans ex ſenna, & helleboro nigro, aſt in ſingulis vicibus minus & majori cum dolore, imo ultimò maxima cum præcordiorum anxietate alvum depoſuit, ac intra menſem deliravit. Nihil inde medicamenti amplius aſſumpſit, per ſemeſtre fere delirans: totoque hoc tempore ſingulis noctibus ne quidem per horam unam atque alteram dormivit, ſemper Filia mea, Filia mea miſera clamitans. Animi gratiâ hinc eò profectus, fortè fortuna Maritum compellavi, qui inter alia dictam hiſtoriam de quadam ſibi notâ mihi narravit, meumque auxilium imploravit, quod tamen ob temporis penuriam denegare debui: acriter tamen cum inſtaret, conceſſi, ac ſtatim propriam Uxorem eſſe dixit. Circa veſperi viſitandi gratiâ cum veniſſem ægram, horrendum in modum nil præter, Filia Filia mea cauſa eſt, clamantem, ac torvo vultu Adſtantes domeſticos aſpicientem inveni: mox vero rogavit quinam ille adſtans, non enim novi? Amicum quendam eſſe Maritus retulit, & ulterius quærenti reſpondit, affectum tuum gravem curandi cauſâ, ſi Deo ita placeat, huc venit: utinam, reſpondit, hoc fiat, ac Deo optimo maximo viſum ſit. Moderatiora videbantur inde omnia, itaut nobiſcum cœnaret. Hanc miſerè afflictam Matronam vix febricitantem inveni, aſt maximè tum de præcordiorum anxietate ac cordis quaſi contorſione ac conſtrictione, & appetitu fere inſatiabili conquerebatur, & quod mirum, ſingulis fere diebus alvum deponebat. Hiſque me aliquoties compellebat verbis: utinam dormire poſſim, uti-

Graviſſimo animi mœrore afflicta

Imo ſummè melancholica facta.

Hauſtulum melanagogum validum ſæpius aſſumpſit.

Fruſtra vena ſecta fuit.

Ac brevi deliravit.

Vix tamen febricitans, maximâ de cordis anxietate & conſtrictione conquerens.

utinam hanc præcordiorum anxietatem doloremque cordis poſſis tollere, curata forem, omnia à te præſcripta & præſcribenda libenter aſſumam. Quare ipſi granum unum laudani opiati cubitum ituræ aſſumendum præſcripſi: ea igitur nocte per tres circiter horas dormivit, & mane ſurgens longè alia videbatur. Quare duas veſperi aſſumendas pilulas rogavit, quod tamen ei non conceſſi, aſt loco grani unius laudani opiati emulſionem ipſi præſcripſi ſequentem, de qua dimidium cubitum itura uſurpavit, ac circa mediam noctem alteram emulſionis partem dimidiam, ac benè inde dormivit.

Ui & de vigiliis.

Quare granum laudani opiati.

℞. *Hord.mund.ad crepaturam coct.*℥ß. *Sem.papav.alb.*℈ij. *Quatuor.frigid.major.ana* ʒß. F. cum ſ.q. aq. decoct. hord. emulſio ad uncias ℥viij.add. *Syr.papav.alb. Aq.roſar.ana* ʒvj. MS F.emulſio.

Et emulſionem ex hordeo, ſemine papaveris &c. cum ſucceſſu uſurpavit.

Quam emulſionem non aſſumpſit niſi ter quaterve in hebdomade: inde profectus ſequentia medicamenta niſi, & quidem primò de ſequenti pulvere aſſumpſit doſim ſingulis biduis.

℞. *Ocul.cancr.pulv.*ʒj. *Vitriol. martis ad albedinem calcinat.* ℈ij. *Sal.armon.*℈j. *Ol.cort.aurant.gutt.*vj. MS. F. pulvis tenuiſſimus in ſex doſes dividendus.

Poſtea pulverem &

Secundò de ſequenti pilulari maſſa ſemel tantum in ſeptimana mane quinque aſſumpſit pilulas, unde ter quaterve alvum depoſuit: excrementa fere nigra erant, ut & urina, quod in melancholia hypochondriaca, & ſcorbuto ſæpius obſervavi.

Pilulas aperientes aſſumpſit.

Urina in melancholia & ſcorbuto nigra.

℞. *Gumm.ammon.aq.roſarum ſolut.& inſpiſſat.*ʒß. *Myrrh.rub.* ℈ß. *Vitriol.martis ad albedinem calc.* ℈ij. *Croc.optim. Reſin.jalapp. Diagrid.ana* ℈j. *Ol.macis ſtill.vel Cort.aurant.ſtill.gutt.* vj. MS.F.pilulæ no.XLV.deaur.

Tertiò, ſiti urgente uſurpavit ſpiritum nitri dulcem floribus roriſmarini & roſarum infuſum, ſicque rubicundi imo jucundiſſimi evaſit ille affuſus ſpiritus coloris, de quo pro vice cereviſiæ inſtillavit guttulas duodecim, ſubinde lapidem prunellæ ad ſcrupulum.

Ob ſitim uſa fuit ſpiritu nitri dulci floribus roriſmarini &c. affuſo.

Ultimò præſcripſimus ſequens apozema, quo fuit uſa ad finem curationis: aſt anxietate præcordiorum urgente aſſumpſit pulverem prædictum: dolore autem quoque ingraveſcente granum unum laudani opiati, unde ſemper quoque levamen ſenſit.

℞. *Rad.aſparag. Cichor. Polypod.quercin. recent. ana* ℥j. *Fol. agrimon. Ceterach. Cichor. Fumar. ana* M.j. *Flor.geniſt. Bellid. ana* p.iij. *Cort.fraxin. Tamariſc. ana* ʒß. *Bacc. junip. Limatur.chalyb.in nodulo ligat.ana* ʒvj. *Sem.aniſi Fœnic.dulc. ana* ʒiij. *Flaved.cort.aurant. Nuc.moſchat. ana* ʒij. Conciſa atque contuſa coquantur ex aquæ puræ q.ſ. ad colaturæ ℔iij.vel quatuor, in quibus diſſolv. *Syrup.cichor.cum rheo Diacnicu ana* ʒijß. *Spir. ſalis*

Tandem apozema aperiens & incidens præſcripſi.

armon.℥j. MS.pro apozemate, optimè ſubere &c.claudendo.

Et curata fuit.

De quo ſingulis diebus mane uſurpavit uncias tres, poſtque ſex ſeptemve circiter ſeptimanas fuit curata. Curata per ſeſquimenſem vixit, circa quod tempus turbulenta valde fuit, ac in melancholiam & delirium iterum incidit, & medicamentis aſſumptis nihil proficiens, fatis ceſſit.

Recidivam ex ira paſſa fatis ceſſit.

Diarrhœa bilioſa incipiens.

14. Diarrhœa bilioſa incipiens, correctâ nempè prius vel ſimul bilis acrimoniâ ſalinâ, ac fluiditate ipſius diminutâ, vel pituitæ ſalivaris, ſuccive pancreatici, aliuſve ex glandulis conglomeratis ſucci aquoſitate emendatâ.

Dyſenteria ſed in principio.

15. Dyſenteria ſed incipiens (q), abundantibus ſcilicet humoribus: quare quoque Alexander Maſſaria lib.3.Practic.cap.22.dixit, qui curandæ dyſenteriæ gratiâ ſolventibus ac purgantibus utun-

tur

(q) Inter Diarrhoicos affectus reponenda quoque eſt Dyſenteria, verum minus appoſitè illa Diarrhœa cruenta nonnullis dicitur. Toties enim ſanguis per alvum funditur abſque torminibus abſque ventris cruciatu, ſine quibus Dyſenteria numquam conſiſtit. Sæpius vero inteſtinorum tormina non ſanguinis fluor, ſed crebra aquarum excretio comitatur, cujus generis fuit illa epidemica Dyſenteria apud Williſium, quæ anno 1670. Londinum irrepſit. Celſus vero per tormina inteſtinorum morbum illum notavit, quod Tullii exemplo feciſſe reor, qui Torminoſos dixit, quos vulgò Dyſentericos appellamus. Nullum autem eſt eo nomine aptius, ſive ad vocis Græcæ ſenſum retinendum, ſive ad morbi naturam explicandam. Hujus namque affectus initia ſunt inteſtinorum tormenta, dolores, & cruciatus, quos cruenta & mucoſa ventris proluvies plerumque ſequitur. Vix autem exigua requies datur, quin tormenta & excretorii ſpaſmi redeant, ut fere jugibus egerendi ſtimulis Patientes agitentur. Hinc numquam eſt Dyſenteria, niſi doleant inteſtina: atque ubi morbus eò proceſſit, ut putridus & nigricans ſanguis, qualis ex emortuis partibus prodire ſolet, ſine eorum dolore egeratur, rectius inteſtinorum ſphacelus, quàm indolens Dyſenteria dicitur. Tanti quidem mali cauſa eſt humor quicumque acris, qui ſuis cuſpidibus, totidem veluti ligonibus, mucum inteſtinis extructum ſuffodit, bombycinum eorum ſubtegmen detergit, atque minuſculis plagulis inteſtina cruentat; tum ſi morbus diutius duraverit, acrior fortè ac copioſior ex tot fervidis ſuccis confluentibus redditus, latius atque latius gliſcit, inteſtina ipſa fodicat, cuniculos agit, eaque in ramenta ſecta per alvum dimittit. Id vero ſcire magis intereſt, quod acris ille humor modo ex pravis eduliis in primis viis oriatur, modo ex ſanguine ipſo vitioſè effervеſcente per arteriarum oſcula inteſtinis ſuppeditetur: illa benigna dici ſolet Dyſenteria, ut pote quæ ægri vires minus deiicit, & mitioribus affligit cruciatibus; hæc vero maligna, quæ tum Febris adjunctæ mali moris, cum maximè contagii ratione Practicis malè audit. Verum ſi ſeroſus corporis humor orgaſmum contrahat, & per tubulos hydragogos inteſtinis inſertos cum impetu feratur, tunc ad inſtar acris lixiviæ eorum oſcula corrodet, inteſtinorumque tormina non cruoris fluor, ſed aquarum proluvies excipiet: cui affectui magis, quàm cruentæ dyſenteriæ illud Aureliani nomen quadrat, *Rheumatiſmus inteſtinorum*. Ut vero de curatione hujus morbi Lectorem noſtrum quoque moneamus, id præcipuè notabimus, primariam curandi rationem non à ſanguinis fluxu, ſed à torminibus deſumi debere: ſanguis enim eouſque funditur, quouſque ventris tormina permanent. Quantum vero ad id valeat oleum amygdalarum dulcium recens expreſſum, vel ipſis Medicinæ Tironibus compertum eſt: quod tamen licet morbi initio toties cum ægrorum emolumento adhibuerim, nihilominus in progreſſu ab eo abſtinui, ne inteſtinorum vulcera vulterius ſordeſcerent. Tantum vero dictum oleum merito ſuo commendari debet in morbi hujus infantia, ut ipſis opiatis præferendum ſit: hæc enim acrem materiam ſimul cum ſanguine comprimunt; illud vero inteſtinorum tormina ſedat, & morbi cauſam per alvum educit. Neque vero cathartica nonnulla pharmaca alia ratione Dyſenteriæ medentur, niſi quia acrem mucum inteſtinis impactum abſtergunt, & fervidum humorem per alvum diſpellunt. Eorum etenim vis adſtringens, quæ à ſimplicioribus Medicis effertur, unum ex iis eſt, quæ illa cautione indigent, quam ſuis calculis Arithmetici adiicere ſolent, *ſalvo errore*. Verum circa purgantium uſum id obſervandum velim, ut magis illa in Dyſenteria benigna, quàm maligna uſurpentur, ne acrium humorum affluxum ad inteſtina concitemus: in hac quippe ſudor largius fluens egregia eſt medicina, ac proinde diaphoretica temperantibus ac opiatis nupta exhibenda ſunt.

tur medicamentis, (nota ſimul adſtringentibus ut rhabarbaro) & rei naturâ, & probâ medendi methodo duci videntur. Plurimum enim ab humoribus quantitate, nonnumquam vero ſimul & qualitate peccantibus dyſenteria excitatur: meritò ergo purgantia leviter ſimul adſtringentia in initio exhibentur, facilèque tum & citius curatur. Non vero ita purgantia conveniunt, cum diu jam duraverit dyſenteria; tum enim nonniſi dolores veneris ſummos, & majorem fluxum, vel ob acredinem, qua purgantia vulgo prædita ſunt, vel quia nimium tum agitantur & ſolvuntur humores, excitant: quare potius tum deſiſtendum à purgantibus, & corroborantia leviterque adſtringentia, humorumque acrimoniam peccantem temperantia, ulcuſque &c. ſanántia uſurpanda.

Præfectus militum quadrageſimum quartum agens annum, bilioſus, audacioriſque naturæ, diu caſtra aere humidiore ſecutus, ſæpius ſub jove frigido ac humido dormiens, in lienteriam abſque ullo tormine vel ventris dolore incidit: verum appetitu vigente, nonnumquam juſſu Chirurgi rhabarbarum in ſubſtantia cum nuce moſchata aſſumpſit, ac per biduum triduumve liber, denuo recidivam patiebatur à quacumque cereviſiâ aſſumptâ, & quidem cum ventris dolore, & quadam corporis debilitate. Quare Medici Caſtrenſis auxilium petiit, qui eundem penè pulverem præſcripſit, à quo ſæpius ſummis cum doloribus alvum depoſuit, & de ſequenti condito ter quotidie ad nucis moſchatæ magnitudinem devoravit.

Præfectus militum diu caſtra ſecutus.

In lienteriam incidit, poſt rhabarbarum curatus.

Recidivam paſſus.

Idem aſſumpſit.

℞. *Conſerv. roſar. rubr. antiq. Miv. cydonior. antiq. ana ℥jß. Diaſcord. Fracaſtor. ℥ß. Corall. rubr. opt. ʒi. Corn. cerv. uſt. & præpar. ℈ij. Syrup. myrtin. q. ſ.* MS. F. conditum.

Ut & conditum adſtringens.

Verum nullo cum ſucceſſu, alvi enim dejectiones plures & ſummo cum dolore, aſt fæces minores ſed acriores: diæta præſcripta erat ex acidis adſtringentibus, & quò plus dictis utebatur, eò acriores dejectiones, dolores majores, & vires minores; donec tandem ſanguinolentas imo purulentas fæces, & deiiciendi continuum conatum obſervaverit. Caſtra ſequi impotens, noſtras imploravit opes: præſcriptis aſſumptis, fæcibus &c. rite examinatis, veram dyſenteriam eſſe Amicis indicabam, qui omnem ut navarem operam rogabant. Quare diætam mutandam primò judicavi: muco namque, quo inteſtina plerumque ſunt obſeſſa, & obvelata, ut plurimum ſublato, mirum videri non debet, quod de continuis doloribus, fæcibus ſanguinolentis &c. conquereretur æger, in primis diæta quia ex acidis & ſubadſtringentibus conſtabat, ac ſæpiſſime alvus purgata fuerat. Juſcula ergo ex cornu cervi raſpato, ac pedibus, vel extremitatibus vitulinis, ovillis cum vitellis ovorum præ-

Verum nullo cum levamine.

Tandem dyſenteriâ affectus.

Quare juſcula vitulina ex pedibus, C.C. &c. uſurpavit.

ſcripſimus, ac ſæpius ſequens enema fuit injectum ac diu retinendum.

Enema ex lacte, terebinthina &c. injectum.

℞. *Lact.bubul. dulc.* ℥viij. *Terebinth. Venet.* ℥ß. diſſol. *Vitell. ovor.no.*ij. *Mell.roſar.*ʒiij. MS.F. clyſter pro viro.

Semper poſt dicta juſcula, & hunc clyſterem dolores & dejectiones ſanguinolentas ac purulentas minores obſervavit. Hanc quoque emulſionem præſcripſi.

Emulſionē aſſumpſit.

℞. *Hord.mundat. ad crepat. coct. Amygdal. dulc. excortic. ana* ℥vj. *Sem.papa.alb.*ʒij.F.cum ſ.q.aq. decoct. hord. emulſ. ad ℥xjv. add. *Aq.cinnamom.*℥ß. *Syr.papav.alb.*℥j. MS.

De qua octavâ veſpertinâ quartam partem, circa mediam noctem, & ſextâ matutinâ uſurpavit, verum parvo cum levamine; præterquam quod toties alvum non exoneraverat, & plus minuſve magis dormiverat: verum fæces & ſanguinolentas & purulentas mane obſervavi, quare clyſteri addidi diaſcordii Fracaſtorii drachmas duas, & balſami ſulphuris aniſati primò ſcrupulum, imo uſq; ad duos ſcrupulos; quorum beneficio etiam dolores minores, ſed dejectiones eædem. Quare conſultum duximus hunc & ſequentem bolum præſcribere.

Enemati diaſcordiū & balſamus ſulphuris aniſatus additus.

Bolo diaphoretico adſtringente.

℞. *Diaſcord.Fracaſtor.*ʒj. *Sanguin.dracon. Lapid.hæmatit.ana* ℈ß. *Balſam.ſulphur.aniſ.gutt.*iij. MS. F. bolus.

Ac corroborante.

℞. *Electuar.anti-dyſenter.noſtr.p.126.deſcript.*ʒj. *Specier. diamargar.frigid.*℈j. *Ol.cinnamom.ſtillat.gutt.*j. MS.F.bolus.

Jam hoc jam illo veſperi uſus cum vino Hiſpanico rubro, quo ſubinde etiam cum pane ſaccharato uſus fuit: purulentæ vero quia adhuc conſpiciebantur fæces, ſequens apozema vulnerarium præſcripſi, de quo ter quaterve quotidie uncias tres calidè hauſit, quorum omnium etiam beneficio curatus fuit.

Et decocto vulnerario uſus fuit, & curatus eſt.

℞. *Radic.conſolid.majoris, vel potius Sarracenic.Polypod.quercin.ana* ℥ß. *Folior.alchymill. Pyrol. Heder.terreſtr.ana* Mjß. *Sanicul.maris* Mß. *Flor. hyperic. p.*iij. *Raſur. corn. cerv. Caſſ.lign. morſu elect.ana* ℥ß. Coq.ſ.a.vaſis clauſis in ſ.q. aq. ferrat. in colat. ℥xxxvj.diſſolv. *Syrup.de althæa Fernel.*℥iij.*Balſam. ſulphur. aniſ.* ʒß. MS.

Poſt tres ſeptimanas denuo recidivam paſſus.

Poſt tres circiter ſeptimanas cereviſiam dulcem recentem avidè hauriens, noctem inſomnem traducens, mane alvum ter quaterve depoſuit, verum abſque dolore & tormine, poſt meridiem ſæpius alvum depoſuit cum dolore. Vocatus bolum ultimò præſcriptum dedi, ſed abſque levamine; quare veſperi enema præcedens præſcripſi. Mane optimè ſe habuit, & benè dormivit, jamque ſe curatum eſſe putabat: ſed circa octavam veſpertinam ſæpius iterum alvum cum exoneraſſet, me denuo vocavit, & fæces alvinas

nas ſanguinolentas obſervavi. Plurima medicamenta quia leve vel nullum fere levamen attulere, mentionem feci de radice quadam à nonnullis Hippekoana(r) dictâ, de qua multa & penè inaudita in dyſenteria referunt, & me jam ipſam in parva quantitate nactum eſſe, ſed me tamen adhucdum in uſum non revocaſſe dicebam: quo audito, ſtatim libentiſſime ipſam aſſumere dicebat, quare ſequenti modo veſperi cubitum ituro exhibui.

Variis fruſtra uſurpatis.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒj. *Radic. hippekoan. ſubtiliſſ. pulveriſ.* ℈j. MS. F. bolus.

Aſſumpſit radicem hippekoanam.

Quo aſſumpto, illâ nocte benè dormivit, & mane nonniſi ſemel alvum depoſuit: ea de cauſa horâ ſeptimâ veſpertinâ eundem bolum exhibui, ac iterum optimè dormivit, nullos dolores ſenſit, nec alvum depoſuit, ſicque terve quaterve bolum aſſumpſit, & curatus manet.

Et brevi curatus eſt, & manet.

Poſtea ter in dyſenteria exhibui, cæteris medicamentis nil vel parum juvantibus, ſed ad ſemidrachmam, & optimo quoque cum ſucceſſu.

A nonnullis Medicis audivi, ſummum & unicum eſſe in dyſenteria etſi graviſſimâ remedium, etſi ſola exhibeatur ex juſculo à ſcrupulo ad drachmam unam: verum nullibi penè proſtat, ex Braſilia hùc advehitur, & maximo conſtat pretio.

De hac radice Hippekoana ſ. Hippoacannâ nigrâ, Xipo de Cameras ita in dictatis & obſervatis Clariſſimus & Doctiſſimus Vir Dominus Paulus Hermannus Botanices Profeſſor ordinarius in hac Academia Lugduno-Batavâ Celeberrimus: Hippoacanna eſt radix digitum & amplius longa, flexuoſa, calamo tenuior, nodoſa & quaſi geniculata, in ſuperficie ex numeroſis ſonulis vel annulis exaſperata, foris fuſca, intus pallida; ſaporis ſubacris, amari & ingrati quodammodo nauſeoſi; in ſicciſſimis ac petroſis locis creſcit, eſt alba & nigra, nigram commendat Macrovius: qui abhorret rhabarbarum, illam non abhorrebit: conſtat blando ſale volatili. Vis conſiſtit in cortice, qui quo recentior, eò potentior, datur ad ʒiß. ex vino vel alio liquore, humores per ſeceſſum blandè educit, relinquens in fine vim abſtergentem & abſorbentem, in dyſenteria hoc nomine ſpecificum eſt.

16. Hydrops(s), hujus curationem ſequenti modo tradidit Gale-

Hydrops.

(r) De radice Ipecacuanha nihil hic adijciam, quum in capite de emeticis p. 90. triplicem ejus ſpeciem ex Domini Pomet recenſione jam notaverim, ejuſque uſum tum in Dyſenteria, cum in aliis ſanguinis fluxibus aperuerim.

(s) Nullus alius eſt morbus, in cujus curatione imperiti Medici Theoriæ defectu turpius decipiuntur, quàm Hydrops. Putant enim, nimias in hoc affectu aquas luxuriari, iiſq; ſimul congeſtis partes corporis in tumorem inſignem prominere: unde repetitis ſemper ac validioribus catharticis pharmacis earum copias educere ſtudent, ſicque ſibi ſuiſque Patientibus ine-

lenus lib. *quos purgare oporteat*, hydropicos, inquit, evacuamus prius ſanè per inferiorem ventrem, dein per vomitum, tertiò per apophlegmatiſmos. Juxta quorundam Medicorum opinionem in hydrope fortiſſima ſunt præſcribenda purgantia, quod quoque concedit, non tamen laudat Johannes Walæus in ſua medendi methodo p.43. & 44. Quia enim, inquit, hydrops vel in eo ſtatu verſatur, ut aliis medicamentis ſerum evacuari poſſit, ſic ergo non opus eſt hiſce vehementibus: vel in eo jam deventum eſt, ut nullo alio medicamento, niſi vehementiſſimo, materia peccans obediat, hìc cum natura jam proſtrata ſit, pharmacaque fortia vires magis adhuc abſumptura ſint, tutò etiam non adhibentur. Fortiora illa καθαρτικὰ φαρμακὰ ſi exhibenda, in principio, dum vires adhuc conſtent, præſcribenda ipſa eſſe judicamus. Rationi tamen magis convenit quod Lazarus Riverius Prax. lib.11. cap.6. de hydrope p. m. 45. ſcriptum reliquit, in omni; inquit, purgantium adminiſtratione obſervandum eſt, purgantia ſaltem validiora non eſſe frequentius uſurpanda, ut docet Galenus lib.9. κατὰ τόπους, quia corpus debilitant, ut poſtea major aquarum proventus exoriatur. Ideo roborantia & aperientia frequentius, quàm purgantia erunt præſcribenda: & experientia nos docet, evacuationem in hoc morbo, quæ fit per urinas melius ſuccedere eâ, quæ fit per alvum. Dein fortiora purgantia corpus quia debilitant, & major aquæ ſerique proventus inde exoritur, ſicque neceſſariò minor excitatur in corde efferveſcentia, indeque crudior & ſeroſior provenit ſanguis: quare potius corroborantia, aperientia, diuretica & ſudorifera frequentius propinanda: ſubinde tamen, aſt conſtent vires, purgans ſolito fortius propinari concedimus, non tamen frequenter. Aſcitis miram curationem hiſce addere libet.

Et quidem in principio

Nonnulli tamen diuretica & diaphoretica &c. præferunt.

Puella quædam viginti circiter annorum, poſt febres varias erraticas ſcorbutum, tumque quartanam longam, incidit in hydropis ſpeciem aſcitem dictam ſummo cum crurum pedumque tumore, imo tali, ut meare pedibuſque ſtare vix poſſet, coactaque eſſet ſemper fere decumbere. Quicquid in initio uſurparit, nonniſi Penelopis telam texuit: quare varia vulgaria non tamen contemnenda medicamenta, fruſtraneo vero eventu, aſſumpſit. Inter alia remedia ſequenti quoque vino medicato paululum mutato per menſem circiter fuit uſa. ♃. *Rad.*

Puella poſt quartanam.

In aſcitem.

Et crurum pedumque tumorem graviſſimũ.

ineptè ſatisfaciunt. Namque vix prior ſarcina deponitur, nova iterum ac ſtupenda aquarum quantitas prodit, quæ renovandæ purgationis neceſſitatem ipſis imponit: quod toties repetunt, donec cum aquis vita ſimul effundatur. Hydropis itaque curandæ ratio non conſiſtit in catharticis, ſed iis abſolvi debet medicaminibus, quæ inertiam ac ſegnitiem humorum diſpellunt, ſanguinis fermentationem inſtaurant, cordis robur reficiunt, obſtructa viſcerum vaſa recludunt, & conſuetas corporis excretiones promovent. Verum non idcirco cathartica omnino reijcio, ſed illa parcius exhibenda, & Prudentis Medici conſilio præſcribenda malim.

℞. *Rad. ireos noſtrat. Apii Petroſelin. ana* ℥iij. *Jalapp.* ℥ß. *Cort. medi an. ſambuc. Fol. ſennæ ana* ʒiijß. *Agrimon. Soldanell. ana* M. j. *Bacc. laur. Junip. Rhabarbar. ana* ℥ß. *Cinnamom. acut.* ʒiij. *Macis Sem. fœnic. dulc. Extrem. cortic. aurant. ana* ʒiß. Conciſis atque contuſis ſacculoque incluſis affundantur *Vini Rhenani generoſioris, vel Gallici* pint. vj. De quo ſingulis mane ægra uſurpavit uncias tres, inſtillatis nempe unicuique doſi ſpiritus ſalis armoniaci guttulis viginti.

Fruſtra vino medicato.

Subinde quoque hunc ſequentem pulverem exhibui, de quo ſemper optimè alvum depoſuit, & multas urinas excrevit.

℞. *Rad. jalapp. reſinoſ. pulveriſ.* ʒj. *Magiſter. gumm. gutte Tartar. vitriolat. ana gr.* vij. *Sal. ſambuc. ex ligno ſambucino parat.* ℈ß. *Ol. macis ſtill. gutt.* ij. MS. F. pulvis tenuiſſimus.

Et pulvere purgante hydragogo.

Varios quoque apophlegmatiſmos lympham ſeroſiorem tollendi gratiâ præſcripſi: item ſequentem bolum ſudoriferum, ex quo optimè ſe habuit, ac copioſè ſemper urinas reddidit.

℞. *Rob ſambuc.* ʒj. *Gumm. guajacin. Juniperin. Lap. prunell. ana* ℈ß. *Sal. ſambuc. gr.* vj. MS. F. bolus.

Nec non bolo ſudorifero uſa fuit.

Hæc omnia, & plura alia cum fruſtra fuiſſent exhibita ac uſurpata, Paracentheſim propoſui, quia nulla remedia juverant, & nullum ſignum contraindicans in hac ægrâ obſervaveram. Primò enim appetitus neutiquam erat diminutus aut vitiatus, neque debilis admodum ægra, & ſemel biſve tantum alvum deponebat; excrementa non nimis liquida nec nimis ſicca exiſtebant; unde nonniſi interna viſcera ſana (t) eſſe concludere poteram. Præterea neutiquam abdomen flatibus erat diſtentum; quod ex contactu ventris & aquæ inter viſcera fluctuantis ſonitu, quoties corpus toro circumvolveret ægra, obſervari licebat. Sed nec ipſa ægra nec conſanguinei ejuſmodi curationi ſubſcribere voluerunt. Aſt ſtudioſe Lector, poſt duos circiter menſes varias ſummo cum pruritu obſervavit ægrotans puſtulas ex lympha extravaſata ſalſa procul

Quare paracentheſim ſuaſi.

Verum ægra & amici recuſabant.

(t) In Paracentheſi abdominis inſtituendâ id oportet, præcipue conſideret Medicus, an naturalium viſcerum conſtitutio ſana ſit, an vero labefactata. Perſæpe enim diuturnâ aquæ præſentiâ ita illa ſunt corrupta, ut ad priſtinum ſtatum redire non poſſint: in quo caſu ventris pertuſio fruſtra inſtituitur, eâque inſtituta celerius Patiens interit. Non aliter enim ac ſemiputrida in aquis ligna ſi ab iis extrahantur, citius ab aere corrumpuntur; ita abdominis viſcera, quibus aqua jam labem adſperſit, protinus marceſcunt, ſi aer cum impetu irruens humorum in iis ſtagnantium fermentationes excitet. Hinc quibus, viſceribus ita conſtitutis, Paracentheſis in abdomine fit, poſtquam aquæ eâ copiâ fluxerunt, ut illa jam ex aquis relictis emerſerint, levis accedit febricula, quæ putreſcentium viſcerum, & mortis jam imminentis indicium eſt, quemadmodum duplici obſervatione clariſſimus noſter Auctor confirmat. Cæterum ſi firma adhuc maneat viſcerum compages, nulla Paracentheſi præſtantior ad aquas educendas eſt ratio: quam licet nonnulli pertimeſcant & damnent, tamen ejus utilitatem digito veluti natura ipſa monſtravit, quæ toties per umbilicum in tumorem elatum & reſeratum ab Aſcite, imo præſenti morte, Patientem liberavit.

Poſt duos menſes crura puſtulis cum intolerabili pruritu ſcatebant.

cul dubio oriundas, circa femora, quas unguibus vehementer imo fere continuo ita ſcalpſit, ut brevi tota femora laniata apparerent: unde tanta humoris ſeroſi ſubſalſi copia effluxit, ut intra duas ſeptimanas aſcite, quæ nullis remediis poterat ſuperari, fuerit curata, quæ ſana adhuc vivit, & ſana ſæpius ſalutem mihi precata eſt. Similes fere hiſtorias videſis apud Clariſſ. & doctiſs. D. G. Fabritium Hildanum Chirurg. obſervat. centur. 1. obſervat. 48. p. m. 43. de aſcite per ſcrotum evacuatâ ac curatâ, ubi omnia quoque interna fruſtra erant adhibita; & obſerv. 47. ejuſdem centuriæ p. 42. hydropicum per umbilicum ſponte apertum, humoriſque ſeroſioris inde effluxum, curatum: &c.

Quas ſcalpendo aperuit & maxima ſeroſi humoris copia effluxit & curata fuit.

Mulier poſt febrem tertianam intermittentem poſtea duplicem.

Mulier quadraginta octo annorum, quinque liberorum mater, melancholica alvo adſtrictâ, verum ſana, menſtruis deficientibus, circa autumnum febri tertianâ intermittente ſummo cum frigore paroxyſmo adventante correpta, cum ſiti intolerabili: quare ſerum lactis cum acetoſa, aut cum tamarindis coctum affatim in ipſo frigore hauſit, appetitu jam adaucto jam diminuto, oleum vitrioli cum cereviſia ſæpius aſſumpſit; quo potu ſitis quidem fuit ſublata, & appetitus rediit, verum febris majori cum frigore acceſſit, tanto cum corporis ac omnium artuum dolore gravativo, ut cogeretur à Medico auxilium petere, qui ſtatim (uti retulit ægra) purgans præſcripſit, quod intra octiduum alvum non depoſuerat. Verum purgante aſſumpto vigeſies quidem alvum exoneravit, ſummo cum levamine, & ſequenti die diaphoreticum aſſumpſit ante paroxyſmum, cujus etiam beneficio tertiâ vice fuit liberata febre. Verum poſt menſem circiter eodem modo febre primò tertianâ nempe intermittente majori cum frigore ac ſiti fuit afflicta, quare oleum vitrioli ad guttulas aliquot cum ſero lactis ſæpius aſſumpſit, cujus beneficio & ſitim & febrem diminutam imo quaſi ſublatam putabat Maritus, aſt latebat anguis in herba. Nam intra quatriduum non tantum tertianâ intermittente ſimplici ſed duplici, ſumma cum præcordiorum anxietate, omnium artuum dolore gravativo, & brevi poſt veſperi in primis, pedum quâdam intumeſcentiâ. Quare iterum ad prioris Medici auxilium confugit, qui ſtatim idem purgans & diaphoreticum præſcripſit, tali iterum cum ſucceſſu, ut febres quidem brevi ſuperarentur, & artuum dolor gravativus, ſed tamen maneret pedum intumeſcentia, & quicquid in uſum revocarent, in dies quammaximè augeretur tumor; ita ut intra menſem hydrope aſcite graviſſimâ affecta fuerit. Quare plurima à plurimis Medicis, Chirurgis, Agyrtis &c. fruſtra fuere adhibita remedia, purgantia, diuretica, diaphoretica, aperientia, imo neſcio quæ non interna externave, verum fruſtraneo eventu.

Sitim maximam.

Frigus maximum &c

In pedum tumorem incidit.

Et brevi aſcitem graviſſimam.

tu.

tu. Tandem etiam ad me venit, & geſta cum retuliſſet, plurima item variorum Medicorum remedia cum indicaſſet, vidiſſem ac examinaſſem, inter omnia hæc præcellebant.

Omnibus fruſtra adhibitis.

℞. *Electuar. hydrag. D. Sylvii* ℥iß. *Magiſter. gumm. gajamb.* ℈ß. *Tinctur. rad. jalapp.* ℥iß. *Tinctur. vitriolat.* ℈ß. *Ol. baccar. junip. ſtill. gutt.* jv. *Aq. petroſel. q. ſ.* MS. F. hauſtus.

Hauſtus purgans hydragogus in hydrope.

Sæpius hunc hauſtulum purgantem aſſumpſit, & multas aquas ſemper cum fæcibus reddidit.

℞. *Radic. apii Petroſel. Eryngii Aſparag. ana* ℥j. *Herb. rut. murar. recent.* M.ß. *Naſturt. aquatic.* M.j. *Semin. naſturt. hortenſ.* ℥iij. *Vrtic. Baccar. juniper. ana* ʒvj. *Flaved. cortic. aurantior.* ℥iß. Coq. ſ.a. in vini Rhenani, & aquæ anaticâ quantitate vaſis optimè clauſis ad colatur. pint. jß. in quibus diſſolv. *Lap. prunell.* ℥iij. *Sal. ſtipit. fabar.* ℥iß. *Syrup. quinque radic.* ℥iß. MS.

Apozema diureticum in Aſcite.

Ter de die uncias quatuor de hoc decocto calidè uſurpavit, & multas aquas reddidit. Per duas circiter ſeptimanas mane & veſperi ſequentem pulverem diureticum cum vino Rhenano calido aſſumpſerat.

℞. *Sal. ſtipit. fabar. Lapid. prunell. Ocul. cancr. ana* ℈ß. *Ol. bacc. junip. ſtill. gutt.* iij. MS. F. Pulvis.

Pulvis diureticus in hydrope.

Aliquandiu quoque apozemate diaphoretico uſa fuit, & plerumque benè ſudavit, quod

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥iß. *Saſſafras* ℥ij. *Cortic. lign. guajac. Rad. ſalſ. parill. ana* ℥iß. *Angelic. Irid. Florent. ana* ℥ß. *Corn. Cerv. raſpat. Baccar. junip. ana* ℥iij. Poſt infuſionem per viginti quatuor horas coq. vaſis arctiſſimè clauſis per ſex horas lento igne, ad colat. pint. vj. add. *Tinctur. Croc.* ℥ß. *Rob ſambuc.* ℥iij. MS.

Decoctum diaphoreticum incidens &c. in aſcite.

Sic quoque allium, raphanum ruſticanum, corticem medium ſambuci, & braſſicam rubram, hanc vino Rhenano, illum vero ſpiritu baccarum juniperi & c. infuſum uſurpavit; verum omnia fruſtraneo eventu. Quare unicum, meo judicio, ſed anceps reſtare remedium Marito & Amicis dixi, nempe Paracentheſim. Rogabant Amici ut & ipſe Maritus, hoc uxori ipſi indicarem, ſimulque corpus nudum inſpicerem, quia metuebant brevi ruptum iri. Quod cum viderem, obſtupui, & cum Amicis & Marito idem metuebam, obſervabam enim hinc inde inſtantis diſruptionis indicia, ac venter ita diſtentus erat, ut trium ulnarum ſpatium excederet, pedes item & crura in tantam molem erant extenſa, ut movere nec flecti poſſent. Vultu alioquin ſana videbatur, appetitus adhuc vigebat, alvum quotidie deponebat, ſitis non quidem magna, hypochondria neutiquam indurata, ſomnus quidem naturalis ſed interruptus, in quem tamen facilè denuo relabebatur.

Abdomen ita diſtenſum, ut jam jam diſrupturum videretur.

Quare de paracentheſi mentio fuit facta.

Hæc ægra cum de Paracentheſi audiebat, ſtatim an valde dolorifica eſſet hæc operatio rogabat. Verum cum dixiſſem, vix eſſe dolorificam, ſed dubiam eſſe curationem, inde enim forſan brevi morituram vel evaſuram; ſtatim reſpondebat, & junctis manibus rogabat Marito & Amicis adſtantibus, nonne vos, tuque in primis chariſſime Marite hanc mihi miſerrimæ gratiam facere mavultis, concedendo hanc operationem, quàm me triſtiſſimam & juxta omnium Medicorum judicium nullis medicamentis ac remediis curabilem diutius aſpicere? Omnes me brevi diſruptam iri, & nonniſi mortem ſubitaneam exſpectandam fore videtis: concedite ergo, concedite, ut dubiam potius ſanè aleam ſubeam, quàm diutius inter ſacrum & ſaxum conſiſtam. Quare quoque Maritus uxoris manus tenens, lacrymiſque quaſi diffluens annuit: rogatus anne ſtatim operationem inſtituerem? reſpondi Chirurgi hoc eſſe, & ſequenti die una cum Chirurgo me adventurum pollicitus ſum. Quare una cum clariſſimo viro D. Johanne Smaltzio D. Noachi filio p. m. in arte ſua peritiſſimo, Lithotomo quondam celeberrimo, viſitavimus hanc ægram, & Paracentheſim inſtituit D. Smaltzius, verum non ordinario inſtrumento, quo uſus fuit & delineavit D. Paulus Barbette in ſua Chirurgia, ſed tantum acu incurvatâ oblongâ cum filo lanoſo contorto ab una parte tenuiori, craſſiori ab altera, & quidem hoc modo: dextrâ manu acum dictam tribus digitis tranſverſis ab umbilico & infra eundem pertundebat abdomen, & acum verſus muſculum tranſverſum, ſiniſtrâ manu eam partem comprimens, protrudendo abdomen denuo pertundebat, & abſciſsâ acu, per filum lanoſum contortum lympha in abdomine contenta nonniſi guttatim nocte dieque exſtillavit. Verum inter hanc operationem unciæ tres quatuorve lymphæ effluxere: aſt ægram nec querentem nec clamantem audivi, tantum rogabat, anne jam peracta eſt operatio? vobis gratias ago ſummas, dolorem vix aut ne vix ſenſi, imo levamen quoddam quoad diſtenſionem ſentire me videor. Intra viginti quatuor horas pintam circiter lymphæ vel effluxiſſe obſervavi, ſi minus, filum de craſſiori latere ad alterum tenuius fuit retractum, ac vice verſâ. Interim diæta erat corroborans, per vices non affatim ſimul ſumpta: ſæpius quoque cochleare unum vel alterum aſſumpſit de ſequenti mixtura cardiaca.

Quam D. Smaltzius acu incurvatâ annexo filo lanoſo contorto inſtituit.

Cujus beneficio lympha ſ. aqua ex abdomine guttatim exſtillavit.

Et quidem intra 24. horas pinta una effluxit.

♃. *Aq. meliſſ.* ℥jv. *Fœnic.* ℥j. *Vit. Mathiol. Cinnamom. ana* ℥ß. *Vini Rhenan. vetuſtior.* ℥jß. *Confect. hyacinth.* ʒij. *Julap. roſat.* ℥jß. MS.

Interim continuò mixturam cardiacam uſurpavit.

Omnia ex voto procedere videbantur, quotidie alvum ſemel deponebat, pulſus ſatis robuſtus nec febricitans, ſingulis diebus levamen obſervare teſtabatur. Verum ſexto die horâ nonâ veſpertinâ le-

Levamen ſenſit, verum ex levi febricula mortua.

levi febriculâ fuit correpta, & eâdem nocte fatis ſubitò & inopinanter conceſſit.

Simillem paracentheſin inſtituimus eodem quoque eventu.

Talem quoq; Paracentheſim cum D. Smaltzio juniore inſtituimus in Ruſtica prope pagum Alphenſem. Huic mirâ etiam craſſitie diſtentum erat abdomen, ſed quoque levi ex febricula cum ſiti diem obiit.

Dicta ut Lector benevolus eò melius intelligat, conſultum duximus, figura omnia illuſtrare.

Dicta paracentheſis figurâ illuſtrata.

A. Ægra aſcite graviſſima laborans.

B. Venter maximè diſtentus trium ulnarum craſſitiem ſuperans.

C.C. Hypochondria.

D.D.D.D. Inſtantis quaſi diſruptionis indicia admodum pellucida.

TAB. III. FIG. VIII.

E. Umbilicus.

F.F. Introitus & exitus acus beneficio factus.

G.G. Extremitates fili lanoſi contorti extra abdomen pendentes, ab una parte tenuior, ab altera parte craſſior.

H. Acus.

I. Filum lanoſum contortum verſus acum paullo craſſior.

L. Lympha extillans.

M. Crura intumefacta, & divaricata.

N. Pedes itidem valde tumidi.

17. Menſes decolores aut ſuppreſſi, nec eodem tempore (citius nempe, tardiuſve) prodeuntes, juxta Hippocratem aphoriſm. 36. ſect. 5. mulieri, inquit, menſes decolores, nec eodem ſemper modo & tempore prodeuntes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.

Menſes decolores aut ſuppreſſi &c.

Varias puellas, viduas, ac maritatas curavimus ſequenti maſſâ pilulari, vino medicato, & pulvere.

Pilulæ menſtrua provocantes.

℞. *Maſſ. Pilul. fœtid. major. Aloes lucid. ana* ℥ij. *Myrrh. rubr. Reſin. jalapp. ana* ℥ß. *Caſtor. Croci optim. Diagrid. Trochiſcor. alhandal ana* ℈j. *Tartar. vitriolat. Extract. rad. gentian. Sal. volat. ſuccin. Armon. vel Fuligin. ana gr.* xxv. *Ol. ſtillat. menth. criſp. gutt.* viij. *Sabin. gutt.* vj. *Origan. cretic. gutt.* iij. Poſt redactionem in pulverem tenuiſſimum f. cum ſ. q. elix. proprietatis Paracelſi maſſa pilularis, de qua ex ℈j. f. Pilulæ no. v. Harum tum doſis eſt v. vel vij. quas bis ut plurimum in hebdomade aſſumpſerunt.

Vinum medicatum ad menſtrua ſuppreſſa.

℞. *Rad. angelic. Ariſtoloch. rotund. Galang. Rub. tinctor. ana* ℥iij. *Fol. puleg. Menth. criſp. Sabin. ana* M.j. *Bacc. lauri Juniperi ana* ℥ß. *Sem. leviſtic.* ℥iij. *Sinapi Fœnic. dulc. ana* ℥ij. *Croci optim. Cinnamom. acut. ana* ℥ß. *Caryophyll. Flaved. cort. aurant.* ℥jß. Conciſis atque contuſis, cantharoque lapideo inditis affund.

*Vini Gallic.pint.*v. Poſtque infuſionem per octiduum ſingulis vel alternis matutinis de hoc vino medicato uſurparunt uncias tres, inſtillatis unicuique doſi ſpiritus fuliginis, vel ſalis armoniaci guttulis ſexdecim vel octodecim.

Pulvis ad menſes efficax.

℞. *Sal.arthemiſ.*℈ij. *Borac.Venet. Tartar.vitriol. ana* ʒß. *Croci optim.*℈j. *Ol.ſuccin.vel Sabin.Menth.criſp. ſtill.ana gutt.*iij.MS. F.pulvis in 6. doſes dividendus, de quo pulvere ſingulis veſpertinis doſim cum vino medicato aſſumpſere.

Venter ſuppreſſus.

18. Venter ſuppreſſus, ut teſtatur C.Celſus lib.1.cap.3. ubi de dejectionibus agit, p.m.31.dejectio autem, inquit, è medicamento quoque petenda eſt, ubi venter ſuppreſſus, ex eoque inflationes, caligines, capitis dolores, aliaque ſuperioris partis mala increſcunt. Præterquam in peſte, omnibuſque affectibus malignis docuit Palmarius de morbis malignis ac febribus peſtilentialibus cap.23.

Cacochymia.

Purgantia alterantibus an præmittenda, vel vice verſâ.

19. Cacochymia, docente Fuchſio inſtitut. medicar. lib. 2. ſect.5.cap.16. Plerumque inter Medicos hæc quæſtio ſolet agitari, an ſcilicet alterantia in cacochymia, quæ etiam hic indicantur (eſt enim humorum, Nota, vitioſorum abundantia, & ſimul qualitate non raro aſt fere ſemper peccans,) purgantibus, an vero purgantia alterantibus ſint præmittenda?

Reſpondemus, purgantia tunc alterantibus eſſe præmittenda, 1. quando abſque ægrorum noxa exhiberi poſſunt. Aut 2. quando materia ſeu humor (intellige bilem, nullus enim humor in corpore ita turgere ſolet, quàm quidem bilis) turget; ut Hippocrates aphor. 10. ſect. 4. docuit, purgandum in valde acutis ſi turgeat materia, eodem ipſo die, differre enim in talibus malum. Aut 3. quando qualitate ſimul humor cacochymicus non peccat. Nam quatenus humores cacochymici qualitate ſimul peccant, eatenus crudi & inconcocti exiſtunt; & crudi ac inconcocti medicamento purgante non educendi juxta aph. 22. ſect. 1. Contra vero alterantia & humorum peccantium qualitatem vitioſam temperantia purgantibus ſunt præmittenda, quando talibus qualitatibus vitioſis peccant humores ſimul abundantes, ut ſine metu magni ægrorum incommodi per alvum exturbari non poſſint. Ex.gr. in peſte (ut ſtatim ex Palmario probatum) licet venenum illud peſtilentiale humoribus pituitoſis vel bilioſis turgentibus mixtum, ſicque totum cacochymicum quantitate & qualitate ſimul peccans in corpore exiſtat; tamen ſine maximi incommodi ipſiuſve mortis metu per alvum educi nequit, ob ſummam nempe acrimoniam, qua venenum illud peſtilentiale turgentibus humoribus mixtum eſt præditum. Si enim ad inteſtina ab ita præpoſtere purgantibus

mo-

moveatur, ſemper fere alvi fluxus lethalis ſequitur, ut multorum experientia teſtatur.

20. Morbi chronici, modo concoctio appareat: ſemper enim concoctionem expectandam docuit Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. Martinus Wendelinus vero lib. 3. axiomat. medicor. axiomat. 1059. ſtatuit, in morbo chronico nonnunquam concoctionem expectari non poſſe, videlicet ſi natura materiam peccantem non tolerat. Morbi chronici.

21. Morbi acuti (u), hiſce in morbis rarò & nonniſi per initia medicamentis purgantibus utendum, idque, Nota, diligenti ante adhibitâ circumſpectione faciendum, legitur apud Hippocratem aphor. 24. ſect. 1. & Galenum lib. *quos purgare oporteat*: & aphor. 10. ſect. 4. purgandum in valde acutis, ſi turgeat materia, (in nonnullis exemplaribus ſi ſuopte impetu ad excretionem humor feratur) eodem ipſo die; differre enim in talibus malum. Quare quoque Dorncreillius lib. de purgat. in ipſo acutorum, inquit, principio, in quibus nempe materia turget, corpora purgare convenit, nullis etiam concoctionis ſignis apparentibus. Ideo quoque Galenus in lib. 1. aphor. commentar. 22. & lib. 4. aphor. comment. 1. docuit, turgentes humores in morbi principio eſſe evacuandos. Morbi acuti ſed in iis rarò & nonniſi in initio.

22. Arthritis, videlicet in initio exhibenda φάρμακα καθαρτικά antequam doloribus, febribus, vigiliiſque vires ſint proſtratæ; aliàs peſſimè agunt, qui arthritidis curationem per purgantia aggrediuntur. In doloribus enim arthriticis ſi purgantia exhibeantur, nonniſi finito uno paroxyſmo, alter ſtatim & quidem ſæpius alia in parte paroxyſmus, plerumque duplo triplove vehementior excitatur. Qua de cauſa inſpiciatur J. Walæus in ſua medendi methodo p. m. 31. ut ſequens obſervatio abunde conteſtabitur. In initio vero optimè profuiſſe teſtatur Clariſſ. Daniel Sennertus de arthritide cap. 7. compertum eſt, inquit, arthriticos quoſdam è nullo medicamento alio tantam, quantam ex repetitis in initio purgationibus, percepiſſe utilitatem, imo purgantia ſæpe profuiſſe, ſine aliis medicamentis: plus enim ſpirituum reſolvitur doloribus arthriticis, ac vires magis conficiuntur, artuſque gravius infirmantur; denique totius corporis facultates magis atteruntur ab uno unius paroxyſmi in articulos humorum influxu, quàm à ſepties in initio, vel ante paroxyſmi invaſionem iteratis uſu compertis modera- Arthritis ſed quoque in initio.

ra-

(u) Circa purgationem in acutis & chronicis morbis adhibendam quæ fuerint Hippocratis documenta, & qualem ſe geſſerit, qui ſcire cupiat, videat, quæ ſuperius pag. 147., & 148. adnotavimus.

ratiſque medicamentis purgantibus. Et cap. 5. de arthritide monet, purgantia paulo fortiora eligenda eſſe, talia tamen, quæ ventriculum non offendant: & cap. 7. ſi, inquit, quis diligentiam in præcavenda arthritide adhibere velit, ter vel etiam quater ſingulis annis purgationem inſtituere poteſt, (quare inſpiciat Lector benevolus hiſtoriam & obſervationem cap. 3. p. 125. & 126. deſcriptam) quæ tum commodiſſimè inſtituitur vere & autumno, ut teſtatur quoque Galenus lib. de curand. rat. per ſanguin. miſſ. cap. 6. & in lib. Hipp. de humorib. commentar. 1. paulo nempe ante æquinoctium.

Purgantia ad arthritidem præcavendam conducunt.

Vir quiſpiam quadraginta quinque propemodum annos natus, pituitoſus, diu Bacchi caſtra ſecutus, incidit in appetitus diminutionem imo abolitionem, nec longè poſt crurum pedumque tumorem eximium, moxque in febrem quotidianam continuam horâ ſeptimâ veſpertinâ plerumque exacerbeſcentem; ſicque febricitans per menſem circiter decubuit, tumque appetitus rediit, crurum pedumque tumor tandem quoque evanuit. Curatus, cum Baccho divortium fecit, aſt flagrantius Veneris caſtra ſequi cœpit. Non longè vero poſt in arthritidem incidit, à qua beneficio ſpiritus vini, in quo parum camphoræ erat ſolutum, calidè impoſiti intra duas circiter ſeptimanas fuit liberatus. Verum poſt longum per pluvioſum aëra iter recidivam talibus cum doloribus, febribus, ac vigiliis in dies ingraveſcentem paſſus fuit, ut jam delirium inſtare dixiſſes. Conſilio Medici cujuſdam ſtatim venæ ſectio fuit inſtituta, ſequenti die purgans præſcriptum, tertio die ſudoriferum ex theriaca antiqua exhibitum, unde parum dormivit, & benè ſudavit. Quarto die partibus dolentibus ſpiritum vini imponi curavit: quinto die iterum purgans, quia dolores ingraveſcebant, aſſumpſit æger; (Nota ſublata cauſa tollitur quidem effectus, verum tamen antequam cauſa ſubinde tollatur, æger à ſymptomatibus urgentibus acriterque inſurgentibus augentibuſque non rarò de medio tollitur) quo aſſumpto majores exorti fuerunt dolores: quare æger nonniſi ſudoriferum ex theriaca antiqua, & vini ſpiritum, in quo parum camphoræ erat diſſolutum, uſurpare voluit, ſicque optimè dormivit, & dolores quotidie diminuti fuere. Tandem purgans iterum ſuaſu Medici aſſumpſit, ac ſequenti die dolores ita denuo erant adaucti, ut præ dolore altâ voce clamitaret ægrotans: quare ſtatim alium vocari juſſit Medicum, qui illi nonniſi pilulas duas ex laudani opiati grano uno cum ſemiſſi confectas veſperi aſſumendas dedit, ac ter tantum eaſdem aſſumpſit, partibuſque dolentibus nonniſi ſpiritum vini camphoratum impoſuit, ac brevi fuit curatus.

Vir diu Bacchi caſtra ſecutus

In febrem quotidianam continuam incidit.

Curatus Veneris caſtra flagrantius ſecutus arthritide corripitur.

Recidivam paſſus.

Poſt purgãs aſſumptum dolores acriores.

Tandem laudano opiato, & ſpiritu vini camphorato curatus.

23. Sca-

Scabies. Ejuſq; cauſæ & differentiæ.

23. Scabies (x), quæ jam è ſero ſalſo, jam bile acri, jam humore auſtero, ut nonnulli volunt, ac ſæpe ſimul pituitoſo &c. exoritur; hæcque humida, illa ſicca eſt, eſtque vel ſquamoſa, pruriginoſa, ſanioſa, fœda &c. Accuratam hujus affectus curationem qui deſiderant, legant Gordonium de cutis infectionibus part. 1. cap. 24. necnon cl. Samuelis Haſenrefferi πανδοχεῖον αἰολοδερμον, ut & Valeſcum de Chirurgia cap. 17. Hieronymum Mercurialem de morbis cutaneis &c. qui abunde ac optimè affectum illum pertractarunt. Cauſarum ſigna ut ea tradidit Petrus Foreſtus lib. 5. obſervat. Chirurgicar. obſerv. 10. in ſcholiis, illa, inquit, quæ aſpera eſt in ſe, & habet puſtulas in cute, quæ elevantur, & ſunt acutioris capitis, talis eſt acutioris humoris: aſt quæ habent puſtulas latas & magis profundas in carne, harum humor eſt minoris acuitatis. Si ſcabies ſit à ſanguine, cognoſcitur per ruborem membri, & plenitudinem totius, per mollitiem, per pruritum delectabilem, & per copioſam ſaniem, & citam generationem, & citò exit ſanguis ex unguium ſcalpellatione, & ſapor in ore ſentitur dulcis. Si autem ſit à phlegmate ſalſo, tunc locus flaveſcit, & quaſi ſquamæ exeunt ab eo. Sic Nobilem quendam vidimus, cujus totum corpus erat ſquamoſum, qui ſæpius per menſem unum vel alterum quaſi curatus, facilè recidivam paſſus eſt, aſſumptis nempe cibis ſalitis, piſcibus marinis, halecibusve fumo induratis: verum accuratius obſervatâ diætâ, & decocto mox ſecuturo, ut & bolo ſudorifero uſurpato, brevi iterum curatus fuit, imo immediatè poſt bo-

Signa cauſarum.

Facilè recidivam patiuntur.

(x) Inani prorſus labore veteres Medici ſe exercuere, qui in id vires ſuas collocarunt, ut inquirerent, num ſcabies pituitæ, melancholiæ, vel ſimilium humorum progenies foret, & an ex hepatis, vel lienis vitio deſcenderet. In eo etenim affectu plerumque ſanguis adeo levi eſt adſperſus labe, ut unico ſulphuris litu tum ipſius curetur diſcraſia, tum puſtularum in corporis ſuperficie ſeminium evaneſcat. Itaque morbi hujus proximior cauſa non ita latet, ut ad eam inveniendam ad penitiores corporis receſſus, vel ad viſcera ipſa opus ſit deſcendere, quum in cute ipſa protinus ſeſe offerat. Id enim veriſimile viſum fuit Williſio, lympham cutaneam, quæ è ſuis glandulis perpetuò ſcaturit, à naturali ſua craſi degenerem, & cum aliis ſanguinis recrementis, quæ perpetim ad cutem ablegantur, vitioſè efferveſcentem ejus morbi auctorem eſſe. Quod quidem præter alia illud confirmat, quod effectus iſte per merum ac leve contagium à corporibus quamvis ſanis ſive per manuum contrectationem, ſive ex decubitu in Scabioſi lecto facilè ſuſcipiatur. Verum non contagio dumtaxat morbus hic comparatur, ſed etiam ex Q. Sereno:

Illotus ſudor, & inopia nobilis eſcæ
Sæpe gravi ſcabie correptos aſperat artus.

Ex incuria etenim in cutis ſordibus detergendis plurima in cute congeruntur recrementa, quæ cum aliis ſuccis adventitiis, aut pertranſeuntibus efferveſcentia illam puſtulis exaſperant. Prava vero edulia, cujus generis ſolent eſſe ſalita & acria, ſanguinem reddunt valde impurum, unde ex copia & malitiâ recrementorũ cutaneæ lymphæ craſis pervertitur, fitque ad Scabiem producendam opportuna. Ex corporis quoque deſidia germinat hic affectus: qui enim otio nimis diffluunt, ſudorem minus emittunt, ac proinde liquor cutaneus aggeſtus diuturnâ ſtagnatione corrumpitur. Id vero circa praxim notabo, quod in Scabie recenti per contagium ſuſceptâ minus utilia ſint cathartica medicamenta; hæc enim ſulphureis ſivè externè ſive internè adhibitis facilè cedit. At ſi Scabies à prava diæta ortum duxerit, vel corporis cacochymia illam foveat, tunc ſine repetita corporis purgatione numquam illa curari poterit.

bolum ſudoriferum bis terve iteratum ſquamæ abunde è corpore decidebant. Verum quia toties hiſce in Regionibus recidivam patiebatur, noſtro ex præſcripto Italiam petiit, carnes viperinas aſſumendi gratiâ, quarum beneficio plurimos curatos fuiſſe Practicorum obſervationes teſtantur. Porrò mediocris eſt generatio ſaniei, & pruritus & magna delectatio, & in fine eſt magnus dolor. Si eſt à cholera, tunc adeſt ſiccitas, & ariditas membri & punctio, & ardor, & pruritus acutus, & valde pauca generatio ſaniei; locus citrini eſt coloris, cum magno pruritu, ſiccitate & ſciſſuris. Si eſt à melancholia, locus vergit ad nigredinem, & ſcabies eſt ſicca cum ſquamis, & ſine ſanie. At ſi humores ſint commixti, ſigna quoque mixta erunt. Purgantia hoc in affectu convenire, imo ſpecifica modo ſi admixta ipſis fuerint, etſi valde contumacem, hunc affectum curare ac curaſſe ſæpius teſtantur unanimiter qui de ſcabie ſcripſere unquam: non tamen incongruum erit præparantia ac humorum qualitatem peccantem temperantia prius exhibere, ſicque temperatis præparatiſque humoribus qualitate peccantibus tutò ad καθαρτικὰ φάρμακα ſpecificis mixta tranſire, hacque ratione citius, tutius, ac jucundius ſcabies etſi contumax ac diuturna curatur.

Quare carnes viperinæ cum effectu præſcribuntur.

Et ſpecifica purgantibus admiſcenda

Et alterantia iis præmittenda.

Vir quiſpiam quinquaginta circiter annos natus, poſt varia lacticinia, diuque eadem uſurpata, & pravam diætam, fructus horarios &c. incidit in ſcabiem ſanioſam, magnâ ſaniei copiâ in dies affluente, imo etiam tantâ, ut macreſceret æger. Cum multa ac varia jam hujus, jam illius conſilio fruſtra uſurpaſſet remedia, ad curam vocatus primò ſequens decoctum præſcripſi.

Vir poſt pravam diætam.

Incidit in ſcabiem ſanioſam.

Plurimis fruſtra adhibitis.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥vj. *Rad. aſparag. Polypod. quercin.* ana ℥ij. *Liquirit.* ℥ß. *Filic. Lapath. acut.* ℥ijß. *Fol. fumar. Taraxic. cum toto* ana M. j. *Senn. mundat.* ℥ß. *Tamarindor.* ℥jß. *Tartar. crud.* ʒiij. Conciſa atque contuſa infundantur per biduum in ſ. q. ſeri lactis dulc. tum per duas circiter horas coquantur, & colat. ℔iij. add. *Flor. ſulphur.* ʒij. *Syr. de cichor. cum rheo* ℥iij. MS. F. apozema.

Tandem decoctum.

De hoc apozemate ter de die aſſumpſit uncias tres quatuorve, poſt cujus uſurpationem ſequentes ipſi dedimus pilulas.

℞. *Extract. cathol. pag. 142. præſcript.* ℈j. *Mercur. ſublimat. dulc. Flor. ſulphur.* ana *gr. vj. Ol. fœnic. gutt.* ij. MS. F. pilulæ no. vij. deaur.

Et pilulas purgantes.

Harum beneficio optimè depoſuit alvum: interim linteamina ſequenti decocto calido imbuta impoſuit.

℞. *Herb. ſaponar. Scabioſ.* ana M. j. *Fol. nicotian.* ℥ß. *Rad. lapath. major.* ℥j. *Sulphur. crud.* ℥vj. Coq. in vin. Gall. pint. j. Colatura detur ad uſum.

Poſt

Poſt horum tam internorum quàm externorum medicamentorum uſurpationem ſanies admodum fuit diminuta. Tandem ſequentem bolum veſperi aſſumendum præſcripſimus.

Bolum diaphoreticum.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ʒj. *Trochiſc. Viperin. Antim. diaphor. Flor. ſulphur. Gumm. guajacin. ana* ℈ß. *Lap. prunell.* gr. xv. MS. F. bolus.

Quo aſſumpto valde ſudavit, poſtque triduum apozema iteratum fuit; ac poſtea ſæpius pilulis ſupradictis, necnon bolo ſudorifero fuit uſus. Ultimò ſequens linimentum pro inunctione uſurpavit, & tandem curatus fuit.

Ut & linimentum uſurpavit, & curatus fuit.

℞. *Unguent. alb. camphorat.* ʒijß. *Sapon. Venet.* ʒß. *Flor. ſulphur Lithargyr. aur. ana* ʒij. *Mercur. ſublimat. dulc. Tartar. crud. ana* ʒj. *Fol. nicotian.* ʒjß. MS. F. unguentum.

Lues venerea.

24. Lues venerea: (y) Trincavellus lib. 3. conſil. 120. in lue venerea, inquit, evacuandum corpus medicamento purgante opportuno; neque tamen admodum valenti, cum corpus jam plurimum videatur labefactatum, & ex priori decidiſſe, præſertim quoad ventriculum. Neutiquam in principio hujus gravioris affectus purgantibus utendum, quia hujus luis cauſa primaria humor acris acidus eſt, ſecundaria pituita viſcida, ut ſatis ſuperque ex ſymptomatibus concurrentibus innoteſcit: & acre acidum potius vetat, quam quidem indicat purgationem, ut in ſuperioribus probatum, indicat ve-

Sed non in principio.

Cauſa luis venereæ acre acidũ videtur.

(y) Venerea Lues venenatus morbus Gualthero Harris in ſua elegantiſſima de hoc morbo diſſertatione audit. Verum peculiaris ipſi ineſt natura, ut non ad inſtar ictus & morſus Animalium venenatorum vitam adimat, ſed aliquo temporis ſpatio infectos interimat. Licet enim omnia venena vim corruptivam habeant, & texturam corporis partium viventis evertant, fere ac muſculei ſeminis ſpiritus prolificus ovi contextum immutat; tamen non omnia eodem pollent robore, ut in momento vires ſuas exſerant. De horum quidem genere eſt Luis Venereæ venenum, quod adeo lento incedit gradu, ut ſæpe per multos annos nullum ſui indicium præbeat. Non aliter ac illa morborum ſeminia, quæ à noſtris Parentibus hauſimus, poſtquam ad multos annos delituerunt, cum impetu erumpunt, & incautos viriliter adoriuntur. Etenim quemadmodum Plantarum & Animalium ſeminibus quædam conſtituta eſt lex, ut germinent, ut flores emittant, ut fructus pariant; ita morborum ſemina ſuis coercentur legibus, nec antea vim faciunt, quàm determinata ætas acceſſerit. Nulli autem propemodum corporis parti Venereæ Luis venenum parcit, & vario nocendi genere fere omnes infeſtat, itaut mirum videri poſſit, ab unica hac cauſa graves & diſpares adeo morbos produci. Unde liquet hujus veneni energia, quæ haud ex inſigni aciditate vel acredine, ſed ex peculiari ipſius contextu repetenda eſt. Vix enim induci poſſumus, ut credamus, generoſa adeo venena huic vel alteri ſapori vim ſuam acceptam debere. Verum quæ ejus contextus ſit forma, quæve particularum contemperatio, omnino ſenſus noſtros latet, neque ullum occurrit argumentum, quamobrem ſperemus, poſſe rem illam manifeſtam fieri. Certè per hoc Luis Venereę venenum ipſo Peſtis veneno gravius audit, quod licet iſtud vires ſuas & veneficam formam amiſerit, illud vero nec ſenio nec medicamentis robur ſuum adhuc depoſuerit. Etenim falſa eſt illa opinio, quæ apud doctos quoque Viros obtinuit, ſævum illud venenum jam conſenuiſſe, & ſuis jam viribus fractis ad interitum vergere: teſtantur enim tot Juvenum mortes immaturæ, tot ægrorum horrendæ execrationes, an Venus creditâ illâ manſuetudine hodierna ſua mancipia excipiat. Hujus autem Veneni mercurius ſolus verus domitor eſt, qui neſcio qua virtute inſtructus, ejus contextum penitus evertit. Carthartica vero pharmaca ſymptomatibus ab eo pendentibus medentur, quatenus humores à veneno corruptos & infectos per alvum diſpellunt.

vero ſui temperationem & correctionem. Concedimus quidem, imo neceſſarium judicamus, temperatum illud acre acidum una cum aliis quantitate peccantibus humoribus expurgandum eſſe; non vero ubi intemperata adhuc omnia, & acria illa ſummo in vigore vel augmento exiſtant. Unum caſum unamque obſervationem de lue venerea hiſce inſeram, licet plures addere poſſem, niſi mutato ſaltem ægrotantium nomine me unum idemque dicturum metuerem.

Mulier ex impuro coitu primò in gonorrhœam incidit.

Mulier quædam quinquaginta jam annos nata, ante triginta annos ex impuro coitu in gonorrhœam incidit; qua non rectè curatâ ſemper dolores mediam brachiorum & crurum oſſium partem, & caput noctu & circa veſperam infeſtantes ſenſit. Flocci tamen hoſce pendens, præſertim quia non amplius ingraveſcebant, curatam ſe putavit, nec longè poſt viro nupſit. Maritus poſt aliquot annos ex coitu cum impura Meretrice in gonorrhœam virulentam incidit: brevi poſtmodum Uxoris dolores ingraveſcebant in dies, nulli tamen hoc innotuit, niſi poſt ſeptimeſtre circiter, cum Nepti indicaret, quæ Maritum præſente Uxore incuſat; poſtque varias incuſationes & excuſationes tandem Maritus confeſſus eſt. Quare ſtatim Chirurgum quendam clam acceſſivere, qui Maritum & Uxorem (ut putarunt Conſanguinei) curavit. Poſt duos vero circiter annos iterum dolores, magis tamen punctorii, non tantum brachia & caput, verum etiam tempora, & ſternum infeſtantes ingraveſcebant, quare brevi in pedes ſe dedit Maritus. Acceſſito iterum dicto Chirurgo, multa ac varia uſurpavit remedia, aſt fruſtraneo non tantum eventu, verum etiam ita malum adauxit, ut totum ſeptum narium excideret. Quare ſimul & Medicum acceſſivere, qui ſtatim ipſi per tres circiter menſes mercurium ſublimatum dulcem conſervæ roſarum mixtum ſæpius dedit, unde tanta & tamdiu durans ſalivatio fuit ſecuta, tantaque corporis macredo, ut ſceleton cute indutum dixiſſes, nec longè poſt ita vehementer exacerbati fuere dolores, ut intra octiduum nihil omnino dormire poſſet, totumque caput jam jam diſruptum iri putaret ægrotans. Acceſſitus ubi quæ geſta erant intellexeram, ſequentem bolum circa veſperam aſſumendum dedi.

Quaſi jam curata viro nupſit impuro.

Ac brevi luem veneream paſſa eſt.

Ita ut ſeptum nariū ſit elapſum.

Quare diu mercurio ſublimato uſa fuit, & magna ſalivatio ſecuta eſt.

Dein bolū diaphoreticum.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℨjß. *Antim. diaphor. Gumm. guajacin. ana* ℈j. MS. F. bolus.

Quo aſſumpto placidè dormivit, ac blandè ſudavit, quare alternis diebus ſæpius reiteratus fuit hic bolus, ac optimè ſemper inde ſe habuit. Porro uſa fuit ſequenti decocto, nihilque liquidi præter hoc decoctum accepit.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℔ß. *Saſſafras* ℥jv. *Cort. lign. ſanct.* ℥iij. *Rad.*

Rad.chinæ ℥ij. *Salſ. parill.* ℥iijß. *Glycyrrhiz. Polypod. quercin. ana* ℥jß. *Paßul.major. & minor. enucleat.ana* ℥ij. Conciſis atque contuſis affund. *Spir. vini optim. pint.* ß. Stentque mixta ſimul in arena tepida, vel Mariæ balneo per viginti quatuor horas, tum affund. *aq. puræ q. ſ.* Coq. & colatura detur uſui. Et decoctum guajaci &c. diu uſurpavit.

Poſtquam hoc decoctum per ſeptimanas aliquot uſurpaverat, ſubitò dolor palati atrociſſimus fuit exortus decocto neutiquam cedens. Quare ſupradictum bolum aſſumendum dedi, quo aſſumpto paucas intra horas dolor fere fuit ſedatus. Poſtea dimidium fere oſſis palati decidit, ac intra menſem duas partes non exiguæ magnitudinis oſſis zygomatici exciſas vel propriis digitis extractas mihi dedit, quas quoque huc uſque ſervavi, & multis oſtendi: cavitates illas decocto ut abluerentur juſſi. Plurima quoque poſtea ſubinde parva oſſicula decidere. Tandem in toto propemodum corpore puſtulæ ſquamoſæ multifariæ apparuere, quas nonniſi decocto ſupradicto fomentando curavit; nec longè poſt pilorum effluvium eſt ſecutum. Quare in uſurpando decocto admodum fuit diligens; non tamen niſi pedetentim ſymptomata fuerunt diminuta. Quare juxta nonnullos Medicos decocto addidi antimonii crudi pulveriſati ac in petia ligati uncias tres quatuorve, quo facto, mirum quàm brevi ſymptomata in dies diminuta ceſſarunt: tandemque ſexto nempe menſe curata fuit miserè hæc afflicta Mulier, menſe tamen poſt ex dyſenteria obiit.

Subitò dolor palati &c. atrociſſimus fuit exortus.

Et poſtea palati & zygomatici oſſis partes decidere.

Ac corpus puſtulis ſquamoſis deforme &c. ſupradicto decocto curavit.

Tandem curata ex dyſenteria obiit.

25. Vulnera: vulneratis ex alvo quæ inſunt ſubducito, pharmaco infra purgante exhibito, legimus apud Hippocratem libr. de affectionibus text. 37. p. m. 183. & libr. de ulceribus text. 4. p. m. 666. & 667. purgatio ventris deorſum confert in vulneribus, quæ ſunt in capite & in ventre & in articulis: quod Galenus lib. 4. method. medend. comprobat. Quare quoque Quercetanus de ſclopetorum vulneribus cap. 4. ſtatuit, purgationem æquè, ut ſanguinis miſſionem, in vulneribus, quæ ſclopetorum ictibus acciderunt, duabus de cauſis eſſe adhibendam, nempe propter morbi magnitudinem, & vitioſi ſucci abundantiam. Vulnera.

26. Ulcera: in ulceribus quæ exedunt, & quæ ſerpunt, quæ diuturna ſunt, & quæcumque deliganda ſunt, per alvum purgare convenit, itidem legitur apud Senem lib. de ulceribus, text. 4. pag. 666. depurgatio, inquit, ventris deorſum plurimum ulceribus confert; & text. 6. p. 668. in omni ulcere, igne ſacro accedente, corporis purgationem ſive ſurſum, ſive deorſum facere oportet, quam ſententiam comprobat Ambroſius Paræus in Can. ſuis Can. 30. Ulcera.

Conveniunt quoque purgantia incidentibus mixta in cache-

xia(z) & plurimis aliis morbis, quos brevitatis ergo non addidimus, & in Practicis quia ſatis ſuperque indicatur, quibus nempe in morbis φάρμακα καθαρτικὰ conveniant, Quare ad morbos contraindicantes, ſeu purgationem vetantes tranſeo.

Morbi purgationem vetantes ſunt.

Morbi purgationem contraindicantes ſeu vetantes ſunt ſequentes.

Hæmorrhagia in primis gravis.

1. Hæmorrhagia in primis gravis: φάρμακα enim καθαρτικὰ ſanguinem ſolvunt, exagitant, ac tenuiorem reddunt, ſicque ex ſanguine magis exagitato, ſoluto ac tenuiori reddito ejuſdem effuſio augetur; & hæmorrhagiam graviorem, ſanguinem ſolvendo, exagitando, ac tenuiorem reddendo, efficiunt graviſſimam, ac neutiquam medicamentis ſuperabilem. Præterea vel ſanguinem copiâ peccantem per venæ ſectionem minuendum, vel eundem aromaticis, ſpirituoſis, motuve &c. calefactum ac rarefactum refrigerandum, tenuioremve factum incraſſandum, vel acrimoniâ quâdam peccantem temperandum eſſe indicatur. Neutiquam ergo in gravi hæmorrhagiâ medicamenta purgantia conveniunt, quia contrarium in hæmorrhagia indicatur.

Vertigo.

2. Vertigo: neutiquam purgantia medicamenta vertiginoſis exhibenda ſtatuit Senex lib. de veratri uſu text. 1. p. m. 611. & 612. & lib. 1. prædicti. text. 9. p. m. 476. Acria enim quia ut plurimum καθαρτικὰ φάρμακα exiſtunt, humores magis magiſque moventur ac concitantur, indeque ſpiritus quaſi circumrotantur, ſicque vertiginem non curant, aſt potius augent, ac curatu difficiliorem reddunt. Quare potius in uſum revocanda nimiam humorum rarefactionem ſigentia, aut humorum acrimoniam temperantia, aut nimis ra-

(z) Minimè opus eſt hic pluribus demonſtrare, qualis ſit ſanguinis ac viſcerum conſtitutio in Cachecticis, quum vel ipſis Medicinæ Tironibus innoteſcat, primiaſiam Cachexiæ rationem in ſanguine viſcido, tenaci, craſſo, & immaturis particulis fœto conſiſtere: hinc ipſius fermentatio ſuffocatur; reliqui humores, qui ab eo ſecedunt, lenteſcunt; ſecretorii viſcerum ductus ac pori glutinoſâ materiâ infarciuntur, & eò uſque procedit ſanguinis ignavia, ut robuſtiores corporis partes, vel muſculoſas ipſas, pondere ſuo obruat. Hæc quum ſit hujus morbi indoles, generaliſſima erit curandi lex, ut languentem humorum circulationem intendamus, imminutam particularum fermentationem reficiamus, inſenſibilem tranſpirationem ſufflaminatam promoveamus, & gluten in primis viis ac ubique in vaſis obvium idoneis præſidiis attenuemus. His vero purgatio etiam nectenda eſt, eâ tamen cautione, ut ſanguinem ulterius effœtum non reddat. Comperta etenim res eſt, Cathartica validiora, vel frequentius adhibita, quæ nobilioribus particulis ſanguinem depauperant, Cachexiam poſt ſe trahere. Subjungam vero hic pilulas illas anti-cachecticas ex gummatibus apud Bernhardum Gladbachium in ſua *Praxeos Medicæ idea noviſſima* deſcriptas, quarum continuo uſu multos Cachecticos, ab aliis Medicis relictos, ab experientiſſimo ſuo Patre curatos teſtatur. Earum ſequens eſt formula.

Rec. Gumm. ammoni. Aſſ. fœtid. Galban. ana drach. j. Tartar. vitriolat. Vitriol. mart. ana ſcrup. j. Ol. ſuccin. vel Cinnam. gut. v. M. F. Pil. Doſis à ſcrup. ſem. ad drach. ſem.

rarefactus aut abundans ſanguis [a] venæ ſectione temperandus aut minuendus &c. Hippocrates enim in Coacis prænotionibus ſect. 3. text. 60. p. m. 553. teſtatur, vertigines ab initio ſanguinis narium fluxionem ſolvere. Convenit ergo in principio vertiginis venæ ſectio, nam quò natura vergit, eò ducenda per loca convenientia.

3. Phrenitis ſ. meningum inflammatio, [b] quia purgantia nihil Phrenitis.
de parte affecta auferunt, verum majorem motum ſanguini conciliando inflammationem augent, ut Hippocrates lib. de veratri uſu docuit, quicumque vero, inquit, inflammata in principio morbi ſtatim medicamento purgante ſolvere aggrediuntur, hi de eo quidem, quod diſtentum eſt ac inflammatum, nihil auferunt, ea vero, quæ morbo reſiſtunt & ſana ſunt, conſumunt, ſicque corpore debilitato, morbus ſuperat; & malum immedicabile redditur: text. 1. p. 611. & paulò infra, ut & lib. 1. prædicti. text. 9. p. 476. neutiquam deliris purgantia medicamenta danda. Purgantia enim quia ſanguinem omneſque humores turbant ac concitant, nonniſi meningum inflammatio augetur: potius ergo refrigerandus ſanguis, ac minuendus per venæ ſectionem, & refrigerantia medicamenta opiatis mixta temperandus, ac nimis rarefactus compeſcendus, quàm purgantium maleficio malum immedicabile ac inſuperabile reddendum.

4. Paraphrenitis, ſ. diaphragmatis inflammatio [c]: rectè conclu- Paraphrenitis.
dit

(a) Inter Vertiginis cauſas reponenda quoque eſt ſanguinis copia, & motus ipſius per cerebri vaſa minus æquabilis. Dum enim ſanguis in corpore redundat, ſibi ipſi per partes circumeunti moram injicit, ac fere inſtar aquarum per anguſtiores ductus fluentium fluitat; unde ſpirituum motus in cerebri filamentis turbatur. Ex hac vero cauſa licet rarior ſit Vertigo, tamen eam facilè incurrunt, quibus præſertim ſolemnes ſanguinis evacuationes ſupprimuntur. Unde Virum novi, cui ex voto hæmorrhoides non fluxere, eò uſque vertiginoſum manſiſſe, donec per venas hæmorrhoidales apertas ſuperflui ſanguinis copia eijceretur. In hac quippe Vertigine ſola fere ſanguinis evacuatio conducit, eaque præſertim, quæ vel per nares ſponte fit, vel arteriis poſt aures ſectis inſtituitur. Refert enim Ambroſius Paræus, ſibi in praxi conſtare, nihil utilius eſſe ad Vertiginem diuturnam curandam, quàm arterias poſt aures incidere. Interim reticendum non eſt, quod à quacumque alia cauſa Vertigo deſcendat, phlebotomia non ſit in uſum ducenda, ſed habito cauſarum diſcrimine modo vomitus, modo purgatio inſtituatur; quod mirum eſt, Auctorem noſtrum præteriiſſe. Quemadmodum enim in Vertigine à ſtomachi vitio nulla eſt pharmaco emetico præſtantior medicina; ita in Vertigine, quæ ab infarctu meſenterii, vel vitioſa ſanguinis craſi, unde ſpiritus quoque polluuntur, oritur, purgatio eſt fere neceſſaria. Has quippe Vertigines numquam, niſi medicamentis martialibus adhibitis, & interpolatæ purgationi ceſſiſſe vidi.

(b) Phrenitis malè dicitur meningum inflammatio, quum ex Williſii obſervationibus jam conſtet, eam nonnumquam ſine inflammatione meningum conſtitiſſe, & phreneſi aliquando eos non laboraſſe, quibus exterior capitis cortex ſimul cùm ipſis meningibus phlegmone obſidebatur. Sæpe tamen evenit, ut ſanguis fervidior, & febrium æſtu nimis calefactus meninges inſigni rubore, qualis in Eryſipelate, perfundat, & delirium ſimul pariat: quod fortè quum olim animadvertiſsent, qui Phrenitidem inflammationi meningum perpetuò ſe nectere cenſebant, in illa ſententia mirum in modum confirmari ſibi videbantur. Sanguis enim majori numquam impetu verſus ſpirituum ſedes fertur, quàm dum Phrenitidem parit; hinc ſpirituū tumultuaria ſeditio ſequitur, veſtigia cerebro olim impreſſa turbantur, quæ ità inconditè Menti offeruntur, ut ipſa variis illuſionibus ſeducta regularem ordinem in ſuis cogitationibus ſervare nequeat: ſiquidem in ejus poteſtate non eſt, ea non cogitare, quæ ipſi repræſentantur.

(c) Paraphrenitis, ut advertit Williſius, nec ſemper cum diaphragmatis tumoribus conſiſtit, nec ita ab ejus inflammatione pendet, ut ab aliis quoque partibus inflammatis nonnumquam non deſcendat. Pueri enim in Febrium

dit Petrus Foreſtus lib. 16. obſervat. ſchol.33. nullas inflammationes internas laxantibus purgantibuſve medicamentis eſſe curandas: non enim niſi ſanguinem potentius exagitant, ſicque inflammationem augent. Hoc in affectu potius venæ ſectio eſt inſtituenda, & acida incidentia temperata præſcribenda, ſicque diaphragmatis inflammatio curanda, quàm purgantium medicamentorum maleficio malum curatu difficile, incurabile aut ſaltem curatu difficillimum reddendum.

Pleuritis. 5. Pleuritis ſ. membranæ coſtas ſuccingentis inflammatio: καθαρτικὰ φάρμακα præſertim in initio inflammationis membranæ pleuræ non conveniunt, ut Hippocrates libr. de victu acutorum docuit, imo Johannes Jonſtonus in ſuis notis in Coacas Hippocratis prænotiones tit. 17. Coac. 386. p. m. 329. & 330. ſtatuit molliorem alvum pleuriticorum eſſe periculoſam, & plerumque lethalem: & Senex text. 12. lib. de victu acutor. p. m. 277. in pleuritide, inquit, ſi dolor ad claviculam de ſe ſignificationem præbeat, aut gravitas ad

Venę ſectio in pleuritide magis convenit. brachium, aut circa mammam, aut ſupra ſeptum tranſverſum, venam ſecare prodeſt in cubiti flexura interna, & non cunctari copioſum ſanguinem detrahere: ſi vero ſub ſepto tranſverſo fuerit dolor, ad claviculam autem de ſe ſignificationem non præbeat, alvum mollire oportet, ut ſuperius, ubi de morbis indicantibus p. 164.

Quam purgantia. & 165. egimus, ſatis probavimus. Purgantia medicamenta in pleuritide non conveniunt, quia proxima pleuritidis cauſa plerumque plethora eſt, quæ non purgationem, aſt venæ ſectionem indicat, & quia illo in affectu acre-acidum primariò peccat, ut Helmontius & poſt

Et quare. illum expertus Medicus Jacobus van Hadden tractatu ſuo primo & ſecundo (belgico idiomate conſcripto) de pleuritide, ex dolore pungente, ſanguinis coagulatione, urinæque ſedimento, necnon juvantibus & nocentibus quàm optimè & rectè concludendo probarunt: acida vero acria purgationem vetare ſupra p. 154. ſatis ſuperque probatum. Senex lib. de victu acutorum text. 11. p. 276. valde calefactoria laudat, in pleuritidis initio calefactoriis, inquit, quidem primum non alienum eſt tentare diſſolvere: & text. 12. quod ſi ad calefactoria dolor non ſolvatur, non multo tempore calefacere oportet, reſiccant enim calefactoria pulmonem, & ſuppurationem faciunt. Ex calefactoriis vero optima eſt aqua calida cum foribus chamomillæ, ſambuci, milio, ſemine cumini, carui &c. cocta

brium etiam periodicarum incremento, quando ſanguis impetuoſius cerebrum petit, ſine ulla diaphragmatis, aut alterius viſceris culpa facilè delirant. Toties vero à pulmonum, pleuræ, hepatis, ventriculi, & ipſius uteri Phlegmone patientes per intervalla deliraſſe vidimus. Quemadmodum ergo Phrenitis meningum inflammatio perperam dicitur, ita non minus ineptè Paraphrenitis diaphragmatis inflammatio appellatur.

ſta in utre, aut in veſica, aut in vaſe æneo, aut teſtaceo admota; verum molle quid antea lateri apponi oportet: commodè etiam ſpongia mollis magna ex aqua calida expreſſa apponitur; contegere vero ſtragulis ipſum fomentum oportet, nam & diutius ſic ſufficiet & durabit. Fomenta calefacientia in veſica &c. contenta in pleuritidis principio, & multis aliis affectibus, & ſymptomatibus applicata expertus omnibus commendo.

Calida fomenta cum ſpongia.

Vel veſica apprimè conveniunt.

Anno 1685. & 1686. hiſce in Regionibus ſeptentrionalibus variæ pleuritides veræ, ſed pauciores, ſpuriæ ſeu nothæ autumno vero & hyeme plurimæ exortæ fuere; quarum nonnullas tamen in principio pleuritides eſſe à plurimis Practicis negabatur, quia ſigna pleuritidis vulgaria diagnoſtica (ut reſpiratio difficilis, dolor lateris punctorius, tuſſis, febris, genarum rubor, in primis ſi aliquandiu duraverit, & ſimilia jam in præcedentibus nominata ſigna) non obſervabantur. In minimis omnia pleuritidis veræ ſigna aderant, verum in plurimis non obſervabantur: in nonnullis autem dolor tantum obtuſus circa claviculam jam dextram, jam ſiniſtram cum tuſſi: in aliis dolor ſub utriſq; ſcapulis, vel alterutrâ, cum reſpiratione difficiliori, verum neutiquam cum tuſſi obſervabatur. Alii vero de dolore punctorio circa lumbos cum tuſſi: alii de dolore intenſo infra guttur cum reſpiratione difficiliori, abſq; tuſſi conquerebantur. Hi tantum de reſpiratione difficiliori & frequentiori, cum ſummo genarum rubore & ſiti: illi vero tam Viri quàm Mulieres de maximo in mammis dolore interno externove lamentabantur, itaut manu vix attingere auderent. In nulla notha ſeu ſpuria hac pleuritide phlegmata ſanguinolenta in principio, verum quidem in fine curationis nonnulla obſervavi: omnes ſimul febricitabant.

Pleuritides veræ & nothæ 1685. & 1686. graſſantes.

Earum ſymptomata varia.

Plurimi Medici graves haſce pleuritides nothas, vel hæcce ſymptomata diaphoreticis diſcutientibus, aperientibus, ac incidentibus tam internis quàm externis ſuperare abſque venę ſectione conabantur, verum incaſſum omnia, imo ſymptomata in dies ita ingraveſcebant quibuſdam, ut intra quatuor, quinque, ſex, ſeptemve &c. dies fatis cederent. Quare nonnulli Medici, aliorum periculo cauti, venæ ſectionem aſt levem in ipſo initio neceſſariam judicabant, ac ſtatim quoque levamen obſervabant, quare in plurimis bis terve venæ ſectio iterata fuit, & quidem in majori doſi ſanguinis detractus ſummo cum effectu; tumq; poſt venę ſectionem diaphoretica & quidem ſpecifica præſcripta fuere, ac brevi omnes penè curatos obſervavimus. Dicta unâ vel alterâ obſervatione illuſtrabo.

Omnibus medicamentis fruſtra adhibitis.

Venæ ſectione eâque bis terve iteratâ, curati.

Juvenis viginti quatuor annos natus, pituitoſus, laborioſus, in fine autumni pagum vicinum petens aere parum nebuloſo exiſtente, domum reverſus, de ſiti conquerebatur: quare cereviſiam fri-

Juvenis poſt ambulationem &c.

frigidam avidè hauſit, bene tamen cœnatus cubitum ivit, circa mediam noctem reſpiratione parum difficiliore, ſummo mane ſurgens, Servus enim Piſtoris erat, & panem pedibus depſere aſſuetus, de reſpiratione difficiliori & frequentiori, ac dolore ſed obtuſo ſub utriſque ſcapulis conquerebatur, verum neutiquam de tuſſi: quare Herus procul dubio frigus eum contraxiſſe putabat, ideoque juſſit ab aere frigidiore cavere ſibi, & prope furnum bene tectum parumper decumbere, & ſudare. Brevi poſt ſudore quaſi diffluens, reſpiratio reddita difficilior & frequentior, ſitiſque quammaximè adaucta fuit cum genarum rubore ſummo. Accerſitus, & Juvenem inſpiciens, dictaque ſymptomata audiens, pleuritidem notham eſſe, & venæ ſectionem ſummè ſtatimque neceſſariam judicabam. Verum Piſtor reſpondit, nec tuſſim, nec dolorem lateris punctorium adeſſe, quæ ſæpius audiverat illa adeſſe in pleuritide: ad quod ego, ſæpius hoc tempore id contigiſſe, & plures tales me jam habere ac habuiſſe ægros, imo ſolâ venæ ſectione curaſſe: quo audito, rem totam Servumque mihi commendavit. Mox igitur vena fuit ſecta ad uncias, ni fallor, duodecim, ac eo ipſo momento levamen maximum ſenſit æger, ſtatimque cerotum ex cumino & iride paratum ſcapulis utriſque imponendum præſcripſi, ac ſequentem mixturam, de qua ſæpius cochleare unum vel alterum aſſumpſit, ac optimè ſudavit.

De reſpiratione difficiliori & dolore obtuſo ſub ſcapulis.

Sitique maximâ cum genarum rubore conquerebatur

Venæ ſectione eâq; iteratâ, ceroto.

Et mixturâ diaphoreticâ curatus.

℞. *Aq. flor. ſambuc. Papav. rhead. ana* ℥iiſs. *Theriacal. ſimplic. Prophylact. D. Sylv. ana* ℥ſs. *Hydromel.* ℥j. *Antim. diaphor.* ʒſs. *Syrup. papav. rhead. Diacod. ana* ℥ſs. MS.

Mane reverſus omnia quidem mitiora inveni, verum nondum ſublatam pleuritidem: quare vena iterum fuit ſecta ad uncias octo ſummo cum levamine, ita ut nec dolorem nec reſpirationem difficiliorem amplius haberet, & infra quatriduum curatus ſummas mihi egit gratias.

Mulier dolore lumborum & reſpiratione difficili &c.

Mulier quadraginta præter propter annorum, pituitoſa, nephritica, circa ſolſtitium hybernum bene cœnata cubitum itura, magnum in lumbis ſentiebat dolorem plus minuſve punctorium cum reſpirationis quadam difficultate, dolorem nephriticum eſſe putabat, verum quia nauſea non aderat, dubia hæſit: attamen vinum Rhenanum cum oleo olivarum, & ſyrupo altheæ Fernelii aſſumpſit (ſæpius enim maximo cum effectu in dolore nephritico hoc medicamento uſa fuerat) ſicque lectum petiit: totâ fere nocte inſomni traductâ, mane tuſſire cæpit, & ſimul de dolore quodam in mamma dextra conqueſta eſt. Vocatus dolorem pleuriticum, non vero nephriticum eſſe demonſtrabam, & venæ ſectionem apprime conducturam judicabam: quare quoque vena ſtatim fuit ſecta, doloreſque

Phlebotomiâ.

reſque in lumbis & mammâ, ac tuſſis mox ita diminuti, ut ſe curatam jam eſſe putaret: ac ea de cauſa nonniſi pulverem ſequentem uſurpare voluit.

Et pulvere antipleuritico curata.

℞. *Pulver. antipleuritic. p.* 165. *deſcript.* ℈j. *Balſam. ſulphur. aniſ. gutt.* iij. MS. cum hydromelite exhibend.

Veſperi rediens, leviter ſudantem, & nullo de ſymptomate conquerentem inveni. Verum altero die viſitans, pectoris quandam anguſtiam ſe obſervare retulit, quare apozema hoc pectorale præſcripſi.

Ob pectoris anguſtiam apozema pectorale aſſumpſit.

℞. *Rad. alth.* ℥j. *Chinæ* ʒvj. *Fœnic. Glycyrrhiz. ana* ʒß. *Fol. tuſſilag.* M. j. *Hyſſop. Capill. vener. ana* M. ß. *Flor. papav. rhead.* p. ij. *Ficuum ping. Sebeſten ana no.* viij. *Siliquar. dulc.* ʒß. Conciſ. & contuſ. coq. in aquæ commun. & hydromel. ana q. ſ. Ad colaturæ pint. iv. add. *Syr. alth. Fernel. Capill. vener. ana* ℥ij. *Balſam. ſulphur. aniſ.* ℈j. MS. pro apozemate.

Hujus beneficio ter quotidie uncias tres calidè uſurpavit, & brevi curata fuit.

Nonnulli poſt dolores pleuriticos febri quotidianâ &c. affecti.

Nonnulli poſt dolores hoſce jam ſuperatos diu febre quotidiana intermittente vel continua afficiebantur, in primis illi, quibus non ſtatim in principio vena fuerat ſecta; etſi varia antifebrilia vulgaria, purgantia, imo diaphoretica ſæpius aſſumpſerint. Verum in illis, quibus adfui, optimum habui effectum à ſequentibus, nempe hydromelite medicato, tincturâ chinæ chinæ ſimul laxante pag. 175. deſcriptâ ad cochlearia duo mane aſſumptâ, & bolo febrifugo.

Tinctura chinæ chinæ laxante.

Hydromelite medicato.

℞. *Radic. gentian.* ʒß. *Contrayerv. Calam. aromat. ana* ʒij. *Fol. menth. criſp.* M. ß. *Hyſſop.* M. j. *Summit. centaur. minor.* p. ij. *Raſur. lign. colubrin.* ʒiij. *Flaved. cortic. citri recent.* ʒß. Conciſis atque contuſis affund. *Hydromelit. pint.* iij. Stent in loco calido per biduum.

Ter quotidie uncias tres pro doſi uſurpabant, & tribus ante paroxyſmum horis cum hydromelite calefacto ſequentem bolum.

Et bolo febrifugo curati.

℞. *Extract. febrifug. noſtr. pag.* 131. *deſcript.* ʒß. *Antim. diaphor.* ℈j. MS. *F.* Bolus.

Peripneumonia.

6. Peripneumonia ſ. pulmonum inflammatio (d) moriuntur enim pe-

(d) Peripneumoniam modo utramque pulmonis partem, modo alterutram occupare toties legitur apud Hippocratem, & præſertim in Coac. prænot. ſect. 2., ubi verbis adeo manifeſtis id exponitur, ut veritatem nullus diſſimulare queat. Ait enim, *Peripneumonicis, quibus tota lingua alba & aſpera fit, amba pulmonis partes inflammatæ ſunt, quibus vero dimidia, una, juxta quam apparet.* Verum Vir quidam doctus Alexander Petronius, ex eo quia apud eundem legerat Hippocratem in lib. de locis in Homine, *quum ambo latera doluerint Peripneumonia, quum unum Pleuritis dicitur*, putavit nunquam eſſe Peripneumoniam, niſi utraque Pulmonis pars

peripneumoniâ laborantes, & ἔμπυοι ſi alvus in iis ſit plus ſolito liquidor, ut titul. 17. Coac. prænotion. Coac. 402. p. m. 362 Hippocrates edocuit: & aphor. 16. ſect. 6. pleuritide, inquit, aut peripneumoniâ detento alvi profluvium ſuperveniens malum; imo periculoſiſſimum conteſtatur C. Celſus lib. 2. cap. 8. p. m. 71. Quare quoque Hippocrates lib. de veratri uſu p. m. 611. dixit, peripneumoniâ laborantibus, & pectore ſuppuratis neutiquam medicamentum purgans dandum. Quid enim φάρμακα καθαρτικά in pulmonum inflammatione agerent (inflammatio namque qua inflammatio neutiquam purgationem indicat) quàm humores commovere, exagitare &c. ſicque fluxionem, inflammationem graviorem reddere? Satius ergo eſt purgantia medicamenta rejicere, & mox venam ſecare, quàm tali cum ægrorum periculo eadem in uſum revocare.

Oris ventriculi inflammatio.

7. Oris ventriculi inflammatio, ut teſtatur Petrus Foreſtus libr. 18. obſervat. 1. in oris, inquit, ventriculi inflammatione cathartica per os ſumpta minus conveniunt: acria enim quia purgantia plerumque exiſtunt, nonniſi dolores, fluxiones majores, & inflammationem graviorem ſuâ acredine circa ventriculi orificium ſuperius excitarent. Quare ſatius eſt mox venam aperire, & temperata refrigerantia exhibere. Non tantum in oris ventriculi inflammatione, ſed & in hepatis quoque ac cæterarum partium internarum inflammatione venæ ſectio præ aliis medicamentis in principio conducit.

Hepatis inflammatio.

8. Hepatis inflammatio: in inflammatione jecoris in principio numquam purgantibus medicamentis utendum eſſe videtur, propterea quod ductis humoribus per partem affectam inflammatio deterior fieret, ut habet Horſtius decad. 7. problemat. medic. quæſt. 3. ex

pars inflammata fuerit, nec Pleuritidem, niſi alterutra ipſius pars Phlegmone corripiatur. Cui eò magis inſtitit ſententiæ, quod quum plura Pleuriticorum cadavera ſecuerit, in omnibus pulmones læſos conſpexerit. Verum ut ea reticeamus, quæ ſuper citato Hippocratis loco profert Martianus, ad opinionem illam planè convellendam dumtaxat notabimus, toties in Pleuriticorum cadaveribus pulmones ſanos, pleuram vero corruptam repertam fuiſſe, quod ex Riolani, Riverii, Williſii, aliorumque recenſione conſtat. Licet enim pulmo dum inter reſpirandum pleuræ ſuperficiem lambit, ab ea inflammata labem facilè arripiat; tamen id non ita perpetuum eſt, ut aliqua ex parte pleura inflammari non poſſit, quin vitium quoque pulmonibus adſpergat. Id vero minus perferendum eſt, quod ut ſuam firmaret ſententiam laudatus Petronius, membranas inflammari poſſe ſtrenuè negaverit, ac ſi ſanguine, ut cæteræ partes, non perluerentur, qui in iis ſubſiſtere poſſit. Quemadmodum ergo ex ſanguinis in pleura ſubſiſtentia Pleuritis fit; ita ille in pulmonibus ſubſiſtens Peripneumoniam conſtituit. Verum paſſim mentio fit apud Hippocratem Eryſipelatis pulmonum, quem affectum à Peripneumonia ſecrevit, eumque maximè periculoſum ratione adjunctorum ſymptomatum pronunciavit. Ait Martianus, diſcrimen in hoc conſiſtere, quod Peripneumonia pulmonum vaſa obſideat, Eryſipelas vero ipſam pulmonum ſubſtantiam occupet: cui id adijciendum cenſemus, quod ſanguis in Eryſipelate Pulmonum fervidior ſit concitatior ac ſubtilior, quàm in Peripneumonia. Atque hinc fortè eſt, cur dixerit idem Hippocrates, Eryſipelas pulmonum per ſputum numquam judicari: facilius namque ſubtilior ille ſanguis reſolvitur, vel diſſipatur, quàm in pulmonum bronchia devolvitur per ſputum mox excernendus,

3. ex Paulo Ægineta: quod Hippocrates lib. de victu acutorum confirmat, in principio, inquiens, inflammationis nullo modo dandum medicamentum purgans. Interdum tamen purgantia eſſe præſcribenda docuit Mercatus lib. 4. de morbor. internor. curatione cap. 2. ut & Mercurialis lib. 3. practic. cap. 19. nec non Altimarus capite de inflammatione hepatis, eâ tamen cautione, ne fiat hoc ipſum inflammatione conſiſtente in concava jecoris parte, phlegmone in reſolutionem tendente: quocirca neceſſariò requiritur, ut humores primùm exactè præparati, & viæ quoque expeditæ ſint. Hujus quoque ſententiæ fuit Galenus libro *quos purgare oporteat*, iis, qui in jecore habent inflammationem, ubi tumor concoctus fuerit, ejus expurgationem molimur per inferiorem ſanè ventrem, ubi cavas ipſius partes affectus occupat; per urinas autem, quum gibbas hepatis partes. Signa autem in concava an vero in gibba hepatis parte affectus conſtiterit, invenient ſtudioſi Lectores hinc inde ſatis ſuperq; apud Practicos. Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. ex Antylo, & Galenus lib. *quos purgare oporteat*, & lib. 1. aphor. comment. 24. non tantum in hepatis inflammatione purgantia nocere, verum etiam neutiquam φάρμακα καθαρτικά in viſcerum inflammatione eſſe exhibenda, ſtatuere.

9. Tuſſis ſicca catarrhalis, ut ſtatuit Hippocrates libr. de veratri uſu p. m. 611. quid enim juvant purgantia medicamenta humores quantitate non vero qualitate præſertim peccantes exturbantia: imo catarrhali in tuſſi maximè nocent, quia humores ſalſoacres magis magiſque concitant, ſicque major humorum ſalſoacrium defluxus, & per conſequens tuſſis gravior exoritur; hacque ratione facilè Ægrotantes in tabem deducuntur. Salſo-acrium enim catarrhorum in pulmones depluentium acredine tuſſis, de qua jam ſermo, plerumque exoritur, quæ ſi frequens & diuturnior, ſæpiſſime ſanguis, læſæ partis alicujus internæ index, cum ſputo ejicitur teſte Avicenna & quotidiana experientia: nimirum humorum acredine, & vehementiore thoracis motu ſæpe ruptura vaſorum pulmonis exoritur, ac præſertim in Adultis, quorum membra duriora motui violento non cedunt, ut teſtatur Sennertus lib. 2. part. 3. cap. 5. de tuſſi p. m. 502. ex Galeno 6. epidem. commentar. 3. text. 18. aut quoque ipſa vaſa ſanguinea capillaria corroſione ac eroſione aperiuntur, ſicque ex ruptis pulmonum vaſis ſanguis continuâ tuſſi, & thoracis vehementiore motu, ac humorum depluentium acredine irritatus exſtillat, qui extravaſatus jam ſtagnans, acriorique defluxioni in dies occurrens, acrior redditus putreſcit, pulmonumque ulcus creat, ut probat Hippocrates lib. 1. de morbis text. 10. p. 12. Catarrhus ergo primò ſiſtatur, humorum-

Tuſſis ſicca catarrhalis.

A tuſſi ſępe

Pulmonum ulcus.

Exoritur.

rumque acrium depluentium qualitas peccans temperetur, antequam ad purgantia, & tuſſim curantia medicamenta devenias: fruſtra enim in tuſſi curanda laboratur, niſi catarrhus ejus cauſa prius ſiſtatur, illiusque acrimonia peccans temperetur & tollatur, ut ait Sennertus loco ſupra citato p. m. 503.

Tabes & atrophia.

10. Tabes & atrophia, ut Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medicor. axiomate 1166. tabidi, inquit, & aridi propter atrophiam & alimenti privationem nullam prorſus evacuationem ferunt: & Fuchſius in inſtitut. medic. lib. ſecund. ſect. 5. cap. 38. idem fere confirmat, ſi, ait, gracile admodum fuerit corpus, aut atrophiâ laboraverit, nutrimentis potius reficiendum erit, quàm vacuationibus exhauriendum. Sit idem de hectica febre dictum, in qua tamen nonnunquam laxantia conveniunt, imo neceſſaria ſunt. Joubertus enim libro ſecund. Practic. cap. 1. docet, in febre hectica à catharticis abſtinendum, quod vires ea non ferant, imo verendum, ne ab alvi ductione fluxus maximè formidandus imo lethalis contingat. Senex enim aphor. 14. ſect. 5. & prænotion. Coac. 3. 256. p. m. 565. ſtatuit, ſi tabe detento (ſic quoque hecticâ detento) profluvium alvi superveniat, lethale: protinus mori tabe detentum, ſubortâ alvi dejectione, dixit C. Celſus libr. 2. cap. 8. p. m. 72. Imo aphor. 12. ejuſdem ſectionis, ut & Coac. prænot. 3. 255. p. 565. Hippocrates ſcriptum reliquit, quibus per tabem capilli defluant à capite, eos, fluxione alvi superveniente, mori. Idem legitur apud C. Celſum loco mox citato, imo & ſurſum purgare vetat Senex aphor. 8. ſect. 4.

Et febris hectica.

Et quare.

Singultus.

11. Singultus, præſertim à bilioſis ſi exoriatur humoribus, ut obſervavit & tradidit Petrus Foreſtus lib. 18. obſervat. ſchol. 12. καθαρτικὰ enim φάρμακα quia acria plerumque exiſtunt, non curarent, aſt potius excitarent (ut proculdubio obſervavit Hippocrates, & patet ex aphor. 5. ſect 5., & 41. ſect. 7.) ſingultum; acria namq; plerumque eundem excitant ac producunt. Curatur quoque jucundius ac citius acres humores, halitus, vaporeſve temperantibus ac demulcentibus, & præſertim opiatis, ut omnes fere Practici unanimiter conteſtantur, quàm non ſine grandi periculo purgantibus medicamentis.

Melancholia hypochondriaca.

12. Melancholia hypochondriaca, ut ſtatuit Nicolaus Curtius tractat. de purgantibus. Neutiquam purgantia medicamenta in melancholia hypochondriaca conveniunt, antequam juxta Hippocratem aphor. 9. ſect. 2. corpora fluida ſint reddita: concocta enim non vero cruda medicamento purgante educenda, ut idem aphor. 22. ſect. 1. docuit. Aſt inciſis ac temperatis peccantibus humoribus, eadem uſurpanda. Inſpiciat ſtudioſus Lector ea, quæ dicta à nobis

ſunt

ſunt pag. 183. & in primis obſervationem pag. 184. & ſeq. traditam; ac judicet judicio pollens, καθαρτικὰ φάρμακα in principio melancholiæ hypochondriacæ, antequam nempe humores peccantes ſint inciſi, temperati, ac quaſi concocti, exhibenda an ſint, nec ne.

13. Obſtructiones pertinaces ac inveteratæ, ut docet ſtatim nominatus Nicolaus Curtius tractat. de purgantibus. Non enim conveniunt purgantia medicamenta, niſi obſtructiones illæ pertinaces prius ſint apertæ: humores namque peccantes inepti ſunt, ac non ſatis fluidi redditi, Hippocrate Auctore aphor. 9. ſect. 2. & aphor. 22. ſect. 1. ut catharticis poſſint exturbari. Deobſtruendæ ergo & aperiendæ primò pertinaces illæ ac inveteratæ obſtructiones aperientibus, incidentibus, ſpirituoſis, ſalibus volatilibus &c. antequam ad purgationem quis deſcendat: tumque purgantibus neceſſariò adhuc admiſcenda aperientia, incidentia, ſpirituoſa &c. ſicque jucundè, tutòque curari poſſunt, ac curantur illæ obſtructiones. Si vero neceſſitas purgationem urgeret, neutiquam agendum niſi purgantibus incidentibus potentioribus mixtis, ne aliàs gravia ſymptomata inde producantur, aut obſtructiones pertinaciores reddantur.

Obſtructiones pertinaces ac inveteratæ.

13. Peſtis, febres malignæ, petechiales, variolæ, ac morbilli, quibus in affectibus καθαρτικὰ φάρμακα, ut ipſa peſtis, vitanda, ut Palmarius de febribus peſtilentialibus cap. 12. & 23. D. Diemerbroek de Peſte, ut & Paulus Barbette tractat. de peſte, & infiniti alii Practici teſtantur: imo tempore peſtis nunquam tam potentia aut acria medicamenta in uſum revocanda, quàm quidem alio tempore; nam facilè dyſenteria tum temporis ab acribus & potentibus medicamentis catharticis excitatur, etſi eadem perquam ſanis ſint exhibita, præſertim virginibus aut maritatis fluxum menſtruum habentibus. At peſte affectis neutiquam cathartica imo nec clyſmata purgantia præſcribenda: ſi vero quis iiſdem uti deſideret, non ante purâ & legitimâ peſte correptis alvus ducenda cathartico medicamento, quàm recreatis viribus venenata qualitas expulſa, antidotis devicta, extinctave judicetur, ac tubercula vel diſcuſſa, vel ad ſuppurationem deducta, pure diffluant, imo jam planè curata ſint, teſte Palmario de febribus peſtilentialibus cap. 23. Satius enim eſt ac tutius peſtem, febres peſtilentiales, malignas, petechiales, &c. per diaphoretica (præſertim acida in peſte) ac cardiaca corroborantia &c. curare, ac neceſſitate ſummè urgente nonniſi ſuppoſitorio uti, quàm tanto cum ægrorum periculo καθαρτικὰ φάρμακα uſurpare. Nec etiam exhibenda cathartica in febrium exacerbationibus, aſt quidem ante vel poſt paroxyſmum aut exacerbationem, itaut operationem φάρμακα καθαρτικὰ abſolverint, antequam febris

Peſtis, febres malignæ, petechiales, variolæ, ac morbilli.

Sed magis diaphoretica acida in peſte conveniunt.

Nec in febrium paroxyſmis. febris exacerbeſcat. Purgantia enim medicamenta ſi in ipſis paroxyſmis aut exacerbationibus exhibeantur, nonniſi paroxyſmos & exacerbationes graviores, præcordiorum anxietates majores, lumborumque dolores fere intolerabiles reddunt, imo ægrotantes maximè debilitant, & aut nihil è corpore exturbant, quia purgantium vis (præſertim in febribus intermittentibus) ab acido tunc peccante infringitur, aut ſubinde hypercatharſim excitant.

Fluxus alvi diuturnior. 15. Fluxus alvi ſi diu nempe duraverit: ſignificat enim alvi fluxus diuturnior partium internarum debilitatem, & quaſi impotentiam, aut acredinem quandam (quod ex dolore, anxietate &c. facilè concludi poteſt) peccantem ac continuò irritantem, ſicque alvi fluxum excitantem. Quare ſatis eſt ac tutius, ut adſtringentia levia corroborantibus mixta, vel acrimoniam qualemcunque peccantem temperantia ac corrigentia exhibeantur, quàm ut catharticis medicamentis exhibitis fluxus major & gravior, aut dyſenteria excitetur.

Nimius menſtruorum fluxus. 16. Nimius menſtruorum fluxus, auctore Aetio Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. ex Antylo: ſatis namque mulieres ex menſibus nimium fluentibus debilitantur, itaut neutiquam purgantibus medicamentis ulterius ſint debilitandæ. Non enim fluxum menſium nimium ſiſtunt, aſt potius eundem, ſanguinem ſolvendo, humores fluidiores reddendo, exagitando, irritando &c. excitant ac producunt: purgantia enim menſtrua provocant ut ſatis concludi poteſt ex venerando Sene aphor. 36. ſect. 5. Præterea menſtruis abundantibus ſæpius morbos evenire dixit Hippocrates aphoriſm. 57. ſect. 5. non ergo purgantibus medicamentis magis debilitandæ mulieres nimio menſtruorum fluxu antea quæ debilitatæ ſatis, in primis, ut ex Hippocrate jam demonſtratum, quia poſtea morbi quidam Medico adhuc ignoti eveniunt. Potius itaque ſiſtenda, quàm catharticis excitanda nimium fluentia menſtrua, ac hiſce debilitatæ mulieres corroborandæ &c. ut ita ſubſiſtere, ac morbos inſtantes tolerare poſſint.

Dolores arthritici, pluresque alii. 17. Dolores arthritici, pluresque alii, ut Hippocrates libro de veratri uſu p.m. 611. docuit: purgantia enim medicamenta materiam cauſamque illorum dolorum commovent, ſicque dolores majores pluresque excitant, non item exturbant, quia plerumque humores dolores excitantes vim purgantium ſiſtunt, aut præ dolore inteſtina plerumque ſe contrahunt. Præterea humores, qui dolores producunt, non tam quantitate quàm quidem qualitate peccant: indicant ergo dolores primò humores qualitate acidâ, auſterâ, ſalsâve &c. peccantes corrigendos, temperandos, ſicque præparandos, fluidoſque reddendos eſſe, antequam φάρμακα καθαρτικὰ in doloribus ſint præſcribenda & exhibenda. Ho-

Homines in quibus ΦΑΡΜΑΚΑ ΚΑΘΑΡΤΙΚΑ præſcribi poſſunt, ſunt.

φάρμακα καθαρτικὰ abſque periculo præſcribi poſſunt.

Juvenibus.

1. Juvenes, ut Paulus Ægineta lib. 7. cap. 4. probat, & viribus qui conſtant, teſte Aetio Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. vim enim & vehementiam medicamentorum purgantium tolerare poſſunt, ſcatent quoque plerumque humoribus & quidem ſæpius bilioſis, qui omnium optimè, ut ſuperius probatum, expurgantur.

Noctu ſudantibus non cœnatis.

2. Noctu ſudantes, cibum nempe ſi non aſſumpſerint: quare venerandus Senex aphoriſm. 41. ſect. 4. quod ſi, inquit, ſudor multus per ſomnum citra cauſam manifeſtam cibum non aſſumenti erumpat, vacuatione indigere ſignificat; nimis enim eorum corpora ſunt repleta, & quod plenum eſt evacuari debet, ut ſuperius ex Martino Wendelino axiomat. medic. 780. probavimus: imo humor ſuperexcedens ut evacuetur, facilè ægri ferunt; ideo quoque Hippocrates aphoriſm. 25. ſect. 1. ſi, inquit, qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facilè ægri ferunt.

Mulieribus.

3. Mulieres, ſi earum menſes ſint decolores, nec eodem ſemper modo & tempore, citius tardiuſve nempe, prodeuntes, ut docuit Hippocrates ſect. 5. aphoriſm. 36. imo purgationem illis neceſſariam ſtatuit.

Prægnantibus quadrimeſtribus.

4. Prægnantes, quas purgandas quadrimeſtres, & uſque ad ſeptimum menſem dixit Senex aphoriſm. 1. ſect. 4. aſt nonniſi turgente materiâ: quare Heurnius lib. 3. method. ad Praxin cap. 8. dixit, ingravidationem mulierum ſiſtere pharmaciam, ac religioſè cum illis eſſe tranſigendum initio & fine geſtationis. Ideo quoque Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. 1255. plus, inquit, fœtui pharmaci exhibitio, quàm venæ ſectio nocet, in fine nempe & initio: facilè namque ſi humores in prægnantibus non turgeant, poſt φάρμακα καθαρτικὰ exhibita, in primis ſi pauló fortiora exiſtant, abortus ſequitur. Cautè quoque Fœminæ tractandæ, quæ de ingravidatione dubitant, quæque ut vulgò dicitur, in menſe dubio ac ancipite verſantur; levis namque purgantis medicamenti vi ſubinde tunc temporis currus (juxta Obſtetricum proverbium) evertitur. Quare ſequentem hiſtoriam hiſce inſerere libet.

Facilè enim abortus ſequitur.

Mulier nuper viro nupta.

Mulier quædam viginti quatuor circiter annorum, nuper Viro nupta, conquerebatur de præcordiorum compreſſione, appetitu diminuto, nonnunquam quoque proſtrato, menſtruis per duos treſve circiter menſes ſuppreſſis, inſomniis, ventris, capitis, cer-

vicis, crurumque dolore; neutiquam vero querebatur de nauſeâ, pandiculatione, appetitu depravato, nec etiam de pica. Quare catharticum petiit à Medico quodam medicamentum, qui de ingravidatione ſuſpicabatur, quare non purgans, aſt ſequentem mixturam ipſi præſcripſit.

Catharticum rogans

Medicus mixturam cardiacam &c. preſcripſit.

♃. *Aq. menth. Cort. citri Cochlear. Vit. Matthiol. ana* ℥j. *Laud. opiat. gr.* ij. *Sp. ſalis dulc.* ℈j. *Ol. macis ſtillat. gutt.* iij. *Syr. ſtœchad.* ℥vj. MS.

De qua ſingulis horis aut paulò tardius cochleare aſſumpſit, unde plura quoque ſymptomata evanuere, præcordiorum compreſſione & menſtruis ſuppreſſis remanentibus: quare hauſtulum leviter purgantem ex foliis ſennæ, ſemine aniſi, mace, & prunis ipſamet præparavit & aſſumpſit, à quo hauſtulo ter tantum alvum depoſuit, ac circa mediam noctem in lumbis horrorem & ſtatim poſt magnum frigus, ac mane ſurgens abortum paſſa eſt.

Sua ſponte purgante aſſumpto.

Abortum paſſa eſt.

5. Arthritici, aſt in principio, antequam nempe doloribus &c. ſunt debilitati nimis, teſte Daniele Sennerto de arthritide cap. 7. necnon Johanne Loſelo tractat. de podagra.

Arthriticis.

6. Vulnerati, teſte Hippocrate lib. de ulceribus, ut & Quercetano de ſcopletorum vulneribus c. 4. & Galeno lib. 4. method. medendi: vide ſupra ubi de morbis purgationem indicantibus egimus p. 302.

Vulneratis.

Juvenis viginti ſex annos natus ex conſanguineis meis, ſanus, in Indias Orientales profectus, annos aliquot Bataviæ exegit: evenit autem, ut aliquando veſperi domum repetens ex inſidiis circa primam lumborum vertebram Sicâ vulneraretur. Ibidem curatus cum eſſet, remanſit dolor nonnullus eo in loco ubi vulnus fuerat inflictum, non tamen continuus, ſed præſertim furentibus Aquilonum flatibus, lumbis incumbere vel quieſcere non poterat. Poſt ſex circiter annos in patriam redux, tumorem quendam ſubinde doloriſicum obſervavit immediatè infra inguen ſiniſtrum in femore interno, in dies valde accreſcentem cum doloris circa lumbos omnimodâ ſublatione: intra ſeſqui annum autem ita accrevit tumor, ut nonniſi cruribus valde divaricatis incedere poſſet. Varios ea de re Medicos ac Chirurgos conſuluit, verum tamen aut parum aut nihil levaminis ab internis externiſve medicamentis ab ipſis præſcriptis habuit: quare me compellavit, malumque infra inguen oſtendit. Caſu tum aderat Chirurgus & Lithotomus Leydenſis Noach Smaltzius P.M. qui cum vidiſſet, mecum ut ſtatim conſilium Medicorum ac Chirurgorum congeretur, apprime neceſſe eſſe judicabat. Quo facto, cum complures Medici ac Chirurgi tumorem nunc jam ab inguine ſiniſtro ad patellam penè uſque pendentem accuratè examinaſſent, plurimi ſero, nonnulli vero pure, alii aliâ

Juvenis in India Orientali ſicâ vulneratur.

Curatus, remanente lumborum dolore.

Tumore infra inguen affligitur.

Omnibus internis externiſque fruſtra adhibitis.

ma-

materiâ oppletum hunc tumorem cenſebant, attamen omnes, excepto uno vel altero, aperiendum eſſe. In principio tamen diſcrepabant inter ſeſe præſentes Medici ac Chirurgi de modo aperiendi; tamen in eo conveniebant omnes, abſque ullo periculo tutòque cannulâ alatâ acu rotundâ acuminatâ p. 163. delineatâ aperiri poſſe. Quam operationem & apertionem dictâ cannulâ acuminatâ circumrotando ſimulque premendo inſtituit poſtero die (pluribus adſtantibus Medicis, Chirurgis, ac Medicinæ Tyronibus) dexterrimus & artis ſuæ peritiſſimus Noach Smaltzius. Retractâ acu acuminatâ ſtatim ſerum limpidum ſalſum ad pintam unam circiter primâ vice effluxit, veſperi ad ſemipintam cannulâ alatâ ſubere tamdiu clauſâ: illâ nocte optimè Homo noſter dormivit, & ſummum levamen obſervaſſe referebat. Mane verebar una cum Noacho Smaltzio, ne tumor denuo adaugeretur; verum detumuiſſe eum omnes teſtabantur: quare ſingulis diebus extracto ſubere totidem ſubduximus cum tumoris tantâ detumeſcentiâ, ut intra duodecim circiter dies cannulam extraheremus, & parum ſeri efflueret. Notandum ſerum illud limpidum in fine fuiſſe coloris inſtar ſeri lactis obſcuri, quod per ſeptimanas aliquot obſervavimus. Ultimò vulneri coeunti cicatricem obducere non poterat memoratus Smaltzius. Interim bis in ſeptimana pilulas catholicas pag. 143. deſcriptas aſſumpſit, & bis quotidie hauſtulum de ſequenti decocto.

Tandem fuit apertus hic tumor.

Cannulâ acuminatâ.

Primò ſerum limpidum.

Ultimò instar ſeri lactis obſcuri effluxit.

Vulnus cicatrice obduci non potuit.

Bis in ſeptimana pilulas purgantes

℞. Raſur. lign. guajac. ℔ß. *Radic. chinæ Polypod. quern. ana* ℥ijß. *Folior. roriſmar. Flor. hyperic. ana p.* iij. *Baccar. juniper.* ℥jß. *Semin. fœnic. dulc.* ʒvj. Conciſa & contuſa infundantur per noctem in ſ.q. aquæ communis, mane per octo horas vaſis optimè & arctiſſimè clauſis coquatur ad colaturæ ℔ ij. Dentur uſui.

Et ſæpius decoctum ex guajaco &c. paratum.

Nonnunquam veſperi pilulam unam vel alteram de cynogloſſa uſurpavit: diæta erat ut plurimum ſicca. Tandem poſt tres quatuorve, ni fallor, menſes circa vulnus vel apertionem nocte dieque dolorem maximum punctorium ſenſit, multaſque noctes inſomnes præ intolerabili dolore traduxit: quare cataplaſma emolliens & anodynum adhibitum fuit, quo adhibito dolorem modo minorem modo majorem, parvumque oſſiculi apicem tandem obſervavit Chirurgus, ac oſſiculum quidem acre penè triangulare album extraxit, quo extracto, ſtatim dolor fuit ſublatus, & brevi vulnus cicatrice obductum: curatus ſatis velociter jam ambulare &c. poteſt. Dicta ut eò melius ſtudioſus Lector intelligeret, figurâ illuſtrare animus fuit.

Et ſubinde veſperi pilulam de cynogloſſa uſurpavit.

Poſt quatuor menſes præ dolore multas noctes inſomnes traduxit.

Tandem Chirurgus oſſiculum extraxit, & curatus fuit

A. Patiens ſellæ inſidens.

TAB. IV. FIG. I.

Figuræ explicatio.

B. B. Cura divaricata.

C. C. C. Tumor.

D. Cannula alata, cujus beneficio apertio facta, verum acu extractâ.

E. Serum effluens per cannulam.

F. Vas, quo ſerum effluens excipitur.

G. Cannula ipſa cum foraminibus ad latera.

H. Acus rotunda acuminata extra cannulam.

I. Oſſiculum acre triangulare ex vulnere extractum.

L. Suber, quo cannula, effluxo ſero, ſingulis vicibus occluderetur.

Serum effluxum ac deſtillatum ſpiritum urinoſum reddebat.

Quidam ex adſtantibus Tyronibus ſerum illud, primò quod effluxerat, per retortam ex arena deſtillavit, nobiſque oſtendit ſpiritum limpidiſſimum quodammodo urinoſum, vel ſpiritum ſalis armoniaci debilem redolentem, & ſal quoddam acre urinoſum ex capite mortuo vel fæcibus factum: poſt octiduum liquorem denuo ex arena deſtillavit, nobiſque quoque ſpiritum ſed valde fœtentem obtulit; verum ob ingentem & intolerabilem fœtorem fæces ſ. caput mortuum abjeciſſe ſe referebat.

Et caput mortuum vel fæces relictæ ſal acre urinoſum.

Indagandum porro foret, an à vulnere Bataviæ Sicâ inflicto oſſiculum illud una cum apophyſi fuerit detruſum, & per quas vias; an per interſtitia muſculorum, vel aliâ viâ ad inferiora poſſet propelli, in primis quia ita acre & triangulare; & an protruſo illo oſſiculo, vas quoddam lymphaticum in tranſitu læſerit nec ne, vel qua ratione illum tumorem infra inguen excitare potuerit, & ſic porro. Verum hoc aliis indagandum relinquo.

Sclopeto quiſpiam vulneratus, globulum ſine incommodo per triginta annos geſtavit.

Non poſſum præterire ſilentio hiſtoriam ſpectatiſſimi cujuſdam Viri, qui ante triginta annos ſclopeto vulneratus in ſiniſtro hypochondrio infra diaphragma poſt horas aliquot accerſivit Chirurgum, qui vulnere aquâ calidâ abluto, introitum quidem globuli ſed exitum obſervare vel invenire non potuit, ideoque globulum omnibus modis compreſſione, corporis varia conditione &c. & inſtrumentis (de quibus & qua ratione globuli extrahuntur videſis D. Joannis Sculteti armamentarium chirurgicum) quæſivit, verum fruſtra: quare vulnus cicatrice obduxit, & ſanus poſt vulnus abſque ullo dolore vixit. Verum ſaltans aliquando ſubitò de dolore atrociſſimo cruris, motus inhibitione, & circa patellam ſiniſtram tumore quodam duro imo duriſſimo conquerebatur. Accerſitus Medicus ac Chirurgus ſtatim cataplaſma emolliens ſimulque anodynum impoſuere, verum incaſſum. Granum igitur unum laudani nocte aſſumpſit ob doloris vehementiam vigiliaſque, ſed etiam fruſtra: ſicque per quatriduum abſque ullo levamine continuò

Saltans ſubitò dolorem atrociſſimum obſervavit, cum cruris motus ablatione.

nuò decubuit, nullâ inflammatione, nec tumore circumjacentium partium obſervato. Quinto, ut mihi poſtea referebat, die lecto ſurgens tumorem illum durum immediatè infra patellam propulſum obſervabat, doloremque momento ſublatum ſenſit. Qua re accuratiſſimè à Medico & Chirurgo examinatâ, globulum eſſe ſuſpicabantur: quare mox Virum ſpectatiſſimum quidem rogabant, nonne ante annos aliquot ſclopeto fuiſſet vulneratus? Neganti Medicus ut & Chirurgus globulum ſe ſentire dicebant, tum vero recordatus, imo Viri prudentiſſimi, inquit, jam ante annos circiter triginta, ſed globulum invenire non potuit, quo tunc utebar, Chirurgus, quantam etiam operam navaret; credere ſe igitur eundem globulum eſſe. Et revera mox Chirurgus ſiniſtrâ manu globulum ad exteriora compreſſit, dextrâque manu levi inciſione factâ, eundem extractum Viro nobiliſſimo tradidit, qui ſummas ipſi agens gratias, qui ex eo ipſo momento curatus fuit.

Omnibus fruſtrà adhibitis.

Tandem Medicus & Chirurgus globulum eſſe obſervabant.

Quo exciſo in momento curatus fuit.

Viduam quoque novimus, cui tunc temporis præfui, quæ ante octodecim annos ſclopeto, infortunio quodam, vulnerata prope umbilicum, hucuſque abſque ullo incommodo globulum geſtat: introitum enim non vero exitum illius globuli uſque in abdominis cavitatem vidimus, & ſæpius tentavimus, ſed nunquam globulum invenire potuimus.

Vidua ſclopeto vulnerata prope umbilicum

Globulum abſque incommodo adhuc geſtat.

Plures tales hiſtorias & obſervationes tradere poſſem, ſed brevitati ſtudens illis ſuperſedeo.

7. Ulceroſi, & tumoribus afflicti; videſis quoque ſupra pag. 203. de ulceribus. Ulceribus qui vexantur, iis ſpecificè præter purgantia conveniunt decocta ſanguinem depurantia, ichoroſoſque humores temperantia & exſiccantia. Multorum loco ſequentes tantum caſus referam.

Ulceroſis ulceribus & tumoribus affectis.

Vir quiſpiam quadraginta circiter annorum, vitam laborioſam diu cum egiſſet, jamque ſedentariam magis ageret, hinc inde nocturnis doloribus fuit vexatus; quare quoque aliquando multas noctes præ dolore inſomnes duxit, hacque de cauſa laborioſam iterum inivit vitæ rationem, ac melius, etſi jam debilis, inde quoque ſe habuit (hocque in ægro confirmatum vidi illud Hippocratis aphor. 50. ſect. 2. conſueta longo tempore etiamſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſta ſolent eſſe; imo etſi invalidi fuerint ægri facilius ferunt labores aphor. 40. ſect. 2. verum quoque illud C. Celſi, quod legimus lib. 1. cap. 3. p. m. 27. quod, inquit, contra conſuetudinem eſt, nocet, ſeu molle, ſeu durum) in primis ſudoribus emanantibus. Non longè tamen poſt iterum vitam labore vacuam egit, ac paulatim quoque dicti dolores noctu affligentes rediere: quare ſequentem bolum ſubinde aſſumpſit.

Vir primò laborioſam mox ſedentariam agẽs vitam.

Doloribus nocturnis vexatus.

Denuo laborioſam egit.

Ac melius habuit.

Eâdem mutatâ denuo.

Quare bolum ſudoriferum cum levamine aſſumpſit.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒjß. *Lap. prunell. Antim. diaphor. Croc. optim. ana gr.* viij. *Ol. cinnamom. ſtill. gutt.* j. MS. F. bolus.

Tandem pruritu variis ulceribus &c.

Ultra ſemeſtre afflictus.

Unde optimè ſemper cum levamine ſudavit. Poſt menſem circiter, à laborioſa nempe vita relictâ, multifaria ulcera magna in principio cum pruritu, dein dolore in cruribus exorta ſunt, ulceribuſque apertis, ichoroſus humor in magna copia quotidie mane effluxit, aliquando ita acris, ut & circumjacentem cutim eroderet nonnunquam; quibus ultra ſemeſtre fuit vexatus. Vocatus ſequens decoctum dedi, ſiti vero valde quia urgebatur, in ſingulis decocti doſibus lapidis prunellæ ſcrupulum unum ſolutum aſſumpſit.

Decocto ex guajaco, lapatho acuto &c. uſurpato.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℔ß. *Radic. lapath. acut. Polypod. quern. ana* ℥ij. *Fol. fumar.* M. iij. *Card. bened. Cichor. cum tota ana* M. ij. *Summitat. centaur. min.* M. j. *Flor. papav. errat. p.* iij. *Rad. glycyrrhiz.* ℥ß. *Paſſul. min.* ℥iij. *Tartar. crud.* ʒß. Infund. & coquantur in aq. puræ pint. vj. per ſex ſeptemve horas, vaſis optimè clauſis, colaturæ add. *Syr. cichor. cum rheo* ℥iij. *Elix. propriet. Paracelſ.* ʒij. MS.

Intra tres ſeptimanas curatus eſt.

De hoc decocto ter de die uſurpavit uncias duas treſve, ac bis ſemper in dies alvum depoſuit, noctuque parum ſudavit; brevi quoque ichoroſi humoris effluxus ſitiſque evanuit, ac intra tres ſeptimanas omnia ulcera fuere curata, ac ſanus vivit ulceribus & doloribus nocturnis ita afflictus antea ægrotans.

Plurimos quoque ulceribus variis fœdis hac illave in parte imo per totum corpus diu afflictos curavimus ſolo decocto, univerſalibus nempe præmiſſis, ex raſura guajaci, radice lapathi acuti &c. ſequenti modo parato & uſurpato.

Nonnulli ſolo decocto guajaci, lapathi acuti &c. ulceribus fœdiſſimis affecti curati.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥vj. *Rad. lapath. acut.* ℥iij. *Bardan. Polypod. quercin. ana* ℥jß. *Sulphur. crud.* ʒj. Infund. in ſ. q. aq. commun. per noctem, mane vaſis arctè clauſis coq. ad colatur. ſtop. jß.

De hoc decocto ter quaterve calidè uncias quatuor aſſumpſerunt, cùm tinctura tartari ad guttulas triginta unicuique doſi additâ.

Vir ex maritimis locis.

Sudans cereviſiam frigidam avidè hauriens.

Vir quinquagenarius, robuſtus, durioris vitæ, ex locis maritimis in fine autumni piſcatum mare ingreſſus, vento adverſo, ex majori tandem labore calefactus, & ſudore penè diffluens cereviſiam frigidam avidius hauſit, unde omnium partium torpor intra paucas horas ſecutus eſt, imo antequam litus appropinquaret febris. Domum jam reverſus lecto calefacto corpus repoſuit, & theriacam Andromachi (Nautarum medicamentum univerſale imo ſacra quaſi illorum anchora) ter quaterve aſſumpſit, unde cum benè ſu-

ſudaſſet, febris evanuit, remanente cruris dextri torpore quodam gravativo abſque ullo tumore, qui tamen & ſublatus eſt ſequenti mixtura bis terve iteratâ, & cochleatim uſurpatâ.

In omnium partium torporem incidit, in primis cruris dextri.

℞. *Aq. majoran. nobil. Roriſmar. ana* ℥ijß. *Anti-paralytic. Amſtelod. Epileptic. pag.* 157. *deſcript. ana* ℥ß. *Antim. diaphor.* ʒß. *Sal. volat. ſuccin.* ℈j. *Oleos. gutt.* LX. *Syr. ſtæchad.* ℥j. MS.

Mixturâ antiparalyticâ &c. curatus.

Pedibus incedere, & per cubiculum ambulare incipiens, de dolore in inguine dextro conqueſtus eſt, ac brevi tumor durus ſed tactu æqualis in inguine obſervatus. Quare Chirurgum accerſivere, qui cerotum ex cumino & de ranis cum mercurio impoſuit, ſed dolore & tumore adauctis, ſequens cataplaſma.

Tumorem in inguine dextro obſervavit.

℞. *Rad. alth. Lilior. alb. ana* ℥j. *Fol. malv. Biſmalv. ana* M. j. *Abſinth. Scord. ana* M. ß. *Cæpar. alb. ſub cinerib. coct. no.* iij. Conciſa & contuſa coq. ſ. a. in ſ. q. aq. commun. tumque contuſis add. *Farin. ſemin. lini q. ſ.* pro cataplaſmate.

Poſt cataplaſma emolliens &c. impoſitum.

Poſt ſeptimanam circiter, præſente Medico, Chirurgus tumorem aperuit, unde magna puris ſanioſi & fœtentis copia effluxit per tres quatuorve ſeptimanas, & deinceps cicatrice vulnus obductum. Verum poſt menſem unum vel alterum mare petens, dolorem gravativum denuo per totum crus ſiniſtrum ſenſit. Qua de cauſa Medicus conſultus mixturam mox præſcriptam dedit, fonticulumque neceſſarium duxit, ne in poſterum tam facilè recidivam pateretur: id vero recuſavit Nauta, quippe ad navigium ineptus futurus. Mixturæ beneficio optimè ſudavit, tumque ſequentem hauſtulum purgantem aſſumpſit, & benè purgatus eſt.

Apertus fuit tumor.

Poſt menſem unum vel alterum recidivam in ſiniſtro crure paſſus eſt.

Quare dictâ mixturâ.

℞. *Electuar. hydragog. Sylv.* ʒiij. *Reſin. jalapp. gr.* viij. *Tartar. vitriolat.* ℈j. *Spir. ſalis armon. gutt.* xvj. *Aq. antiparalytic. Amſtel.* ʒiij. *Roriſmar. q. ſ.* MS. F. hauſtus.

Et hauſtu purgante fuit uſus.

Brevi tamen eodem in crure tres tumores tam in interiore, quàm exteriore ejus parte apparuere, quibus, adhibito ſupradicto cataplaſmate, tandem apertis, pus ſeroſum, verum neutiquam fœtens, ſed quodammodo ſanguinolentum magnâ copiâ effluxit: tandem curatis, & cicatrice obductis per tres annos ſanus vixit. Tum vero

Tumoribus eodem cataplaſmate adhibito, apertis &c. curatus.

Circa ſolſtitium æſtivum cum Uxore vicinum pagum pedibus petens, de dolore lateris dextri punctorio & obtuſo cum reſpirationis quadam difficultate conqueſtus eſt, pleuritidem metuens, ſibi venam ſecare juſſit. Manente tamen dolore, veſperi cubitum iturus theriacam Andromachi uſurpavit; benè ſudavit, verum dolor parum vel nihil remiſit: quare Chirurgus accerſitus cerotum de cumino parti dolenti impoſuit, cujus quoque beneficio dolor qui-

Poſt tres annos ambulans dolore lateris punctorio &c. afflictus.

quidem remiſſior, ſed tumorem ingentem durum ſed æqualem in eadem parte thoracis poſteriore circa ſeptimam coſtam obſervavit. Applicato ceroto ex emplaſtro de ranis cum duplicato mercurio, & radice iridis pulveriſatâ confecto, levamen mox ſenſit; tumore ac dolore jam detumeſcente jam accreſcente pro Lunæ accretione vel decretione, aeriſve mutatione, in primis inſtante ſævâ tempeſtate. Tandem ad maturationem vergente tumore, ſæpius nominatum cataplaſma Chirurgus, poſtquam me conſuluerat, adhibuit: tumorem aperuit, ac pus ſanioſum ſummè fœtens maxima in copia eduxit: quare ſequens præſcripſi decoctum, ac bis ſingulis ſeptimanis uſque ad finem curationis pilulas catholicas pag. 143. deſcriptas aſſumeret.

Tandem tumorem jam decreſcentem jam accreſcentem pro Lunæ varietate ſenſit.

Ex quo apertomagna puris quantitas effluxit.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥vj. *Radic. filic. mar. Chinæ in taleol. conciſ. ana* ℥ij. *Dulco-amar.* ℥ijß. *Glycyrrhiz.* ℥j. *Fol. malv. Tuſſilag. ana* M. jß. *Alchymill.* M. j. *Sanicul.* M. ß. *Flor. hyperic.* p. iij. Conciſis atque contuſis affund. aq. pur. q. ſ. poſt infuſionem per noctem mane coq. vaſis arctè clauſis ſ. a. ad colaturæ ſtop. ij.

Tandem pilulis catholicis.

Et decocto ex guajaco &c.

De quo ter quaterve de die uncias quatuor calidè uſurpavit, & ſic puris ejuſque fœtoris copiâ & cauſâ pedetentim exhauſtâ, adeo ut niſi inhibito ſpiritu ac manu lumbum dextrum premente nihil amplius efflueret, brevi inde ſanatus, fonticulumque admiſit in crure, quem etiamnum gerens, nullo incommodo continuò piſcandi munere fungitur.

Ac fonticulo curatus.

8. Calidæ & humidæ qui ſunt conſtitutionis: facilè enim hi purgationes ferunt, ut tradidit Heurnius lib. 3. method. ad Praxin. cap. 8. Nec mirum, quia plerumque vel juvenilis vel virilis ætas ejus eſt conſtitutionis, ut vim purgantium medicamentorum facilè ferat. Præterea nulli humores facilius minorique cum difficultate catharticis pharmacis educuntur, quâm bilioſi, qui calidi, & aquoſiores, qui humidi, imo qui purgationem ipſam indicant, ut ſupra, ubi de humoribus medicamenta purgantia indicantibus egimus, ſatis ſuperque probatum.

Calidis & humidis naturâ.

9. Aſſueti, quare Galenus de conſuetudine cap. 6. dixit, conſuetudinem ad evacuationem corporis non minimum habere momentum; imo pharmacis aſſuetos magnam medicamentorum vim ſine damno ferre, legimus apud Heurnium lib. 3. meth. ad Praxim cap. 8. quare aliquid concedendum conſuetudini jubet Senex aphor. 17. ſect. 1. Hinc pharmacis aſſueti facilius tutius minorique cum difficultate, dolore, præcordiorumque anxietate, quàm inſueti purgationem ferunt; plurimum enim inſueti læduntur, ſi nempe medicamentum purgans in paulò majori, quàm conveniat, doſi ipſis propinetur, ut docuit Dorncreillius de purgat. p. m. 148.

Aſſuetis.

Pru-

Prudenter ideo agit is Medicus, qui levem purgationem inſuetis præſcribit; ſatius enim eſt minus, quam nimium evacuare dixit Mart. Wendelinus lib. 3. axiom. medic. 1005. ſicque videre leviter, an vero graviter alvum deponant, & φάρμακα καθαρτικά potentiora an præſcribenda, nec ne.

Duram vitam agentibus.

10. Qui duram vitam agunt, teſte Heurnio loco mox citato: corporis robore enim quia præditi, facilè purgantium medicamentorum vim & efficaciam tolerare poſſunt.

Pravis ſuccis refertis.

11. Qui pravis ſuccis referti ſunt, docente Fuchſio lib. 2. inſtitut. med. ſect. v. cap. 16.

φάρμακα καθαρτικά nocent.

Homines, in quibus ΦΑΡΜΑΚΑ ΚΑΘΑΡΤΙΚΑ nonniſi cum periculo præſcribi poſſunt, ſunt.

Pueris.

1. Pueri, ut teſtatur Paulus Ægineta lib. 7. cap. 4: quos neutiquam evacuandos propriè dictis catharticis dixit Averrhoes collectaneorum de re medica ſect. 3. cap. 4. aſt vero neceſſitas maximè ſi id efflagitet, iis benigniora remedia, pharmaca nempè leniſſima & lenitiva ac laxantia dicta, qualia ſunt caſſiæ fiſtularis pulpa, rhabarbari macerati liquor, manna &c. exhibenda, concedit Franciſc. Joel lib. 2. phyſiol. ſect. 5; Planè tamen quod inepti ad purgationem ſint, legitur apud Aetium Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. ex Antylo, & Heurnium lib. 12. de method. medendi cap. 4; Quare quoque Dorncreillius de purgat. p. m. 148. dixit, graviter illum peccare, qui Pueros (quorum ſubſtantia continuò & inſigniter propter motus multos inordinatos, auctionem magnam, corporis debilitatem ejuſque varietatem, ac proindè exhalationem & diſſipationem multifariam diſſipatur.) vehementi pharmaco audeat evacuare, quod itidem conteſtatur Heurnius lib. 3. method. ad Praxim cap. 8.

Verum neceſſitate urgente lenia ut caſſia & manna &c.

Senibus.

2. Senes, teſte Aetio & Averrhoe &c. locis ultimò citatis, imo φάρμακα καθαρτικά ſenectutem accelerare dixit Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. 1012. & calorem ſpiritusque debilitare axiomate 1019. Senum corpora frigida eſſe, & parum calidi iis ineſſe legimus apud Hippocratem ſect. 1. aphor. 14. quare quoque raucedines & gravedines in valde Senibus non concoqui, itidem ſect. 2. aphor. 40. legimus: ideo quoque Senes æſtate optimè degunt, valentque maximè, aphor. 18. ſect. 3. Malè ergo medicamenta cathartica calorem ſpiritusque debilitantia Senibus exhibentur, corpora enim illorum calore ſpiritibusq; ſatis jam ſunt deſtituta. Præterea humiditatem minuunt & exturbant medicamenta purgantia, Senum vero corpora humiditate plerumque deſtituuntur, cujus loco aciditate

tate laborant. Non ergo Senibus (quorum vita lucernæ inſtar parum jam habentis ſevi oleive extingui ſolet) propriè dicta καθαρτικὰ φάρμακα exhibenda optimè Dorncreillius de purgat. p. 148. concludit.

Debilibus.

3. Debiles, ſtatuit enim Petrus Poterius centur. 1. curat. 22. debilia corpora catharticis minimè eſſe obruenda: idem teſtatur Nicolaus Curtius de purgant. Quare rectè Galenus commentar. 2. in lib. prorh. text. 37. docuit, indoctum eſſe illum & artis medicinalis plane inſcium, purgare qui ingrediatur debiles & imbecillitate affectos. Debiles ſanè ultra non ſunt debilitandi, (pharmaca enim cathartica, ut ſuperius probatum, corpora debilitant, & vires deſtruunt) aſt corroborandi ac reficiendi potius, quàm hac ratione ad mortem deducendi.

Qui debiles ſunt, qui vero non.

Nota, debiles ſubinde videntur nonnulli, aſt morbis non ſunt debilitati, verum humoribus pituitoſis viſcidis, putridis &c. & nonnunquam quoque bonis & nonniſi quantitate peccantibus ſcatent, ſicque vires oppreſſæ exiſtunt, debileſque videntur, ut plethoricis non raro contingit, qui unicâ aliquando tum venæ ſectione curantur. Sic quoque neceſſariò catharticis ſpecificis corrigentibus mixtis purgandi, ac quantitate ſolummodo peccantes humores minuendi ſunt. Quare ſequentem obſervationem hiſce addo.

Galenus in lib. Hippocratis de humoribus commentar. 2. ſequens notandum & obſervandum monet, nempe, cum in corpore ſanguinis probi exigua ſit copia, & crudi humores ſint admodum multi, tum nec venam ſecari, nec purgari, nec plus ſolito exerceri hominem oportere.

Vir athleticus.

Vir quiſpiam triginta circiter annos natus, habitu carnoſo præditus, optimèque valens incidit talem in corporis debilitatem, ut pedibus vix ſtare aut meare poſſet, appetitus brevi planè fuit abolitus. Noctu ſponte abundè ſudavit, aliàs neque dolorem, neque diſtentionem, neque præcordiorum anxietatem, neque febrem obſervavit: quare phthiſi vel atrophiâ laborare ſe ægrotans conſanguineique putavere. Vocatus dicta cum intellexiſſem, vires valde oppreſſas non vero planè ſublatas judicavi; pulſum admodum parvum non tamen frequentem inveni, moxque ex ſudore nocturno, non cœnato ſemper quia ipſi contigit, evacuationem eſſe neceſſariam, juxta Hippocratem aphor. 41. ſect. 4. cenſui. Quare ſtatim aſſumpſit elix. propriet. Paracelſ. guttulas viginti, & levem venæ ſectionem inſtitui, nec non ſequens præſcripſi vinum medicatum laxans.

In ſummâ incidit debilitatem.

Quare phthiſin vel atrophiam verebantur conſanguinei.

Poſt levem venæ ſectionem.

Vino medicato laxante.

℞. *Rad. angelic. Zedoar. Galang. ana* ℥ij. *Jalapp.* ℥ß. *Fol. roriſmar. Majoran. nobil. Menth. criſp. ana* M. j. *Senn. ſ. ſtip.* ℥j.

Sem.

Sem. apii. Carui ana ʒiß. *Fœnic. dulc.* ʒiij. *Bacc. junip.* ʒß. *Tartar. crud. Cardam. min. Cinnam. acut. Extrem. cort. aurantior. ana* ʒij. Conciſa atque contuſa miſceantur, & indantur cantharo lapideo, vitrove anguſti orificii, affundanturque vini generoſioris pint. v. vel vj. ac digerantur in loco tepido per 24. horas.

De hoc vino medicato ter quotidie aſſumpſit uncias tres quatuorve, inſtillatis prius ſingulis hauſtulis guttulis viginti circiter elixir. propriet. Paracelſi; unde quoque ter quaterve alvum depoſuit ægrotans. Jucundum erat videre ægrotantem corporis robore creſcentem, ex quo alvus fluidior exſtitit. Sexto vocationis die ſequens catharticum ipſi exhibui.

♃. *Rhabarbar. Fol. ſen. ſ. ſtip. ana* ℈j. F. Pulvis tenuiſſimus, cui admiſc. *Reſin. jalapp. gr. iv. Mann. Calabrin.* ʒvj. *Aq. fœnic.* ℥ij. MS. F. hauſtus. — Et hauſtu purgante uſus fuit.

Quo aſſumpto, optimè & cum levamine alvum decies dejecit; ac poſt biduum vena denuo moderatè ipſi fuit ſecta, vinumque medicatum deinde bis tantum mane nempe ac veſperi exhibitum, ac ſic intra tres ſeptimanas planè fuit curatus. — Ac venæ ſectio reiterata. Curatus fuit.

4. Valde graciles & morbis extenuati, auctore Aetio Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. ſæpius jam citato, & Nicolao Curtio de purgantibus. Dorncreillius enim de purgat. p. 147. ſi, inquit, graciles morbiſve extenuati vehementer purgentur, verendum eſt, ne in illis principales facultates diſſolvantur, & humidum radicale, cujus ut & caloris nativi exiguam habent portionem, prorſus abſumatur, calorque inſitus ob pabuli ſui defectum extinguatur. Meritò ergo & optimè Fuchſius in inſtitut. medic. lib. 2. ſect. 5. cap. 38. nutrimentis potius eſſe reficiendos, quàm vacuationibus exhauriendos, monuit. — Valde gracilibus & morbis extenuatis.

5. Valde pingues: pinguia enim corpora difficulter purgationes ferre, imo planè inepta eſſe ad purgationem ſtatuit Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. 1020. Quare dixit Dorncreillius de purgat. loco ſtatim citato, valde & immoderatè pingues vehementer ſi purgentur, verendum eſſe, ne in illis frigiditas prævaleat, venaſque caro opprimat, & inanes claudat; unde calore nativo ſuffocato, ipſa mors ſubſequatur. — Valde pinguibus.

6. Qui multo ſanguine abundant: ſanguine enim qui abundant, pravis humoribus rarò ſcatent; hæmorrhagiamve gravem in nonnullis φάρμακα καθαρτικὰ excitarent: movent enim ac diſſolvunt valde purgantia medicamenta humores, quo ex motu & agitatione facilè ſubinde hæmorrhagia exoriri poſſet. Aut qui aſſiduè animo linquuntur; leviter ergo à catharticis pharmacis plerumque acribus aut nauſeabundis animo linquerentur, hocque nonniſi ma- — Multo ſanguine abundantibus. Aut aſſiduè animo linquentibus.

Aut citò &c. vomentibus.

lum malo eſſet addere. Aut qui citò ex omni occaſione vomunt, ſicque aut exhibita medicamenta ſtatim evomerent, aut impoſſibile quoque propemodum eſſet; ut qui aſſiduè & tam facilè vomunt, quoſdam humores quantitate peccantes retineant. Rectè ergo Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. ſtatuit, dictis purgantia neutiquam eſſe exhibenda. In hiſce enim vitanda eſſe purgantia, facilè quis concludere valet, in primis ſi conſiderarit, quod legimus apud Hippocratem aphor. 41. ſect. 2. qui, inquit, ſæpe & vehementer ſine cauſa manifeſta animo linquuntur, ii derepente moriuntur.

Tabidis, hecticis, aut ariditate affectis.

7. Tabidi, & hectici, aut ariditate affecti: tabidi & aridi propter atrophiam & alimenti privationem nullam prorſus evacuationem ferunt, prout legimus apud Martinum Wendelinum axiomat. medic. 1166. Nec quoque in hiſce non tam humorum quantitas, quàm quidem qualitas peccat, imo humiditate indigent. Joubertus quoque lib. 2. Practic. cap. 1. in febre, inquit, hecticâ à catharticis omnino abſtinendum, quod vires ea non ferant, & verendum ne ab alvi constrictione fluxus maximè formidandus, modo non lethalis, contingat.

Prægnantibus in principio, & fine.

8. Prægnantes, initio nempe & fine geſtationis, ut docuit Senex aphor. 1. ſect. 4. & aphor. 29. ſect. 5.

Valde menſtruis fluentibus.

9. Mulieres quibus menſes valde purgantur, ut legitur apud Aetium Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 23. de quibus fuſius ſupra p. 214. §. 16.

Quibus ilia extenuata &c.

10. Illi, quorum ilia extenuata atque inflata, aut ſupra modum calida & ignea exiſtunt, teſte Galeno comment. in lib. 1. aphor. 24. ut & libro *quos purgare oporteat*, quia, inquit, hoc in loco aliqua viſcerum inflammatio eſt. In inflammatione autem viſcerum internâ neutiquam purgantia convenire ſupra ubi de morbis contraindicantibus & vetantibus egimus p. 205. 206. 207. & ſeq. §. 3. 4. 5. & ſeq. probatum, & videre eſt apud Foreſtum lib. 18. & lib. 16. obſerv. 1. ſchol. 33.

Peſte vel malignis febribus correptis.

11. Peſte aut peſtilentialibus malignisve febribus qui correpti, ut rectè docuit Palmarius de febribus peſtilentialibus atque malignis cap. 23. De hiſce latius ſupra p. 213. §. 14.

Gulæ &c. maximè deditis.

12. Intemperantes vinoſique ac gulæ dediti, ut auctor eſt Daniel Sennertus tractat. de arthritide cap. 7.

Sanas habentibus carnes &c.

13. Sana habentes corpora, ac qui integræ ſunt valetudinis, docente Sene aphor. 36. & 37. ſect. 2. citò enim exolvuntur, ut & qui pravo utuntur cibo. Quare quoque Galenus lib. *quos purgare oporteat* dixit, integrâ corporis valetudine præditos medicationes ægrè moleſtèque ferre: ideo vitandos in medicamentorum potionibus corpore probè valentes, monuit Hippocrates lib. de

ve-

veratri uſu. Imo C. Celſus lib. 2. cap. 13. de vomitu p. m. 87. ſemper ſanis potiones nocere, ſtatuit, quia facilè vertiginoſi fiunt, ac convulſionibus corripiuntur, ac purgatio admodum difficulter ipſis procedit, ac valde torquentur, ut teſtatur Aetius loco ſæpius jam citato, & contabeſcunt, ut docuit Fuchſius in inſtitut. medic. lib. 2. ſect. 5. cap. 16. Quare neutiquam medicamentis catharticis moleſtandos ſano corpore præditos monet Daniel Sennertus lib. 5. inſtitut. medic. part. 2. ſect. 1. cap. 5.

14. Qui raræ ſunt texturæ, quos parcè purgandos docuit Heurnius lib. 3. meth. ad Praxim cap. 8. **Rarâ texturâ præditis.**

15. Inſueti, plurimum enim læduntur, præſertim ſi pharmacum catharticum in paulò majori, quàm conveniat, doſi, ipſis propinetur, legitur apud Dorncreillium de purgat. p. m. 148. Videſis ſupra §. 9. p. 222. **Inſuetis.**

16. Doloribus qui vexantur, ut ſtatuit Hippocrates lib. de veratri uſu p. m. 611. & 612. De his fuſius in ſuperioribus. **Doloribus vexatis.**

Venerandus Senex varios multoſque φάρμακα καθαρτικά vetantes lib. de veratri uſu p. 610. 611. & 612. enumerat: vitare, inquit, oportet in pharmacorum potionibus eos, qui bona habent corpora, maximè autem nigros, & humidâ carne præditos, ſed & ſubſiccos & balbos ac blæſos. Pergit idem paulò inferius: neque medicamenta (cathartica præcipuè ex veratro confecta) danda ſunt decoloratis, neque pectore ſuppuratis, raucoſis, lienoſis, exſanguibus, ſpirituoſis, & ſiccum tuſſientibus, ſiticuloſis, flatuoſis, & his qui præcordia, & latera, ac dorſum diſtenta habent; & torpentibus & obſcurè videntibus, & quibus aurium ſonitus ſunt, & urinæ meatus impotentibus: neque morbo regio laborantibus (videſis dicta p. 178. & 179. §. 11.) aut ventre debilibus, aut his, qui ſanguinis eruptiones, aut tubercula habent. Addit Senex, ſi vero medicandum eſſe videbitur, veratro ſecurus ſurſum purga, deorſum vero non. Paulòque vero inferius: non ſunt medicamenta cathartica danda his, qui nigra evomunt, neque cibum averſantibus, neque deliris, & parum dormientibus, neque dolore vexatis, neque viſum temerarium inclinatum habentibus, neque tumefactis, neque vertiginoſis, neque his, qui in febre æſtuoſi ſunt ac confracti. Et lib. 1. prædictionum text. 9. p. m. 476. hæc ultima verba fere omnia confirmat: qui, inquit, nigra revomunt, cibos averſantur, deliri ſunt, juxta pubem parum doloroſi, oculum ferocem aut clauſum habent, eos medicamentis purgare non oportet, pernicioſum enim eſt: neque intumeſcentes, vertiginoſos, in leviter vagando deficientes, &c. Nec etiam convenit iis, quibus alvus eſt naturâ adſtricta, nec illis qui dyſente- **Et pluribus aliis ab Hippocrate nominatis.**

riâ & cœliacâ paſſione facilè corripiuntur, ut Aetius l. c. monet.

Signa purgationem indicantia sũt.

Signa purgationem indicantia ſunt.

Tormen abſque febre, dolor lumborum, genuum gravitas, ac dolores ſub ſepto transverſo.

1. Ubi ſine febre tormen eſt, lumborum dolor, genuum gravitas, doloreſque in partibus ſub ſepto tranſverſo exiſtentes, ut docuit Senex lib. de veratri uſu p. m. 610. quod quoque aphor. 20. ſect. 4. confirmat, & aphor. 18. ejuſdem ſectionis: infra, inquit, ſeptum traſverſum dolores, quicumque egent purgatione, per inferna purgandum eſſe ſignificant. Quare quoque Galenus purgantia in pleuritide præſcribit, dolor nempe ſi ad ilia deſcendat commentar. in lib. 6. aphor. 5. Hæc omnia nonniſi materiam copiâ & qualitate peccantem, fluidamque eſſe redditam indicant; quare quoque juxta Hippocratem aphor. 9. ſect. 2. & aphor. 70. ſect. 7. ut & aphor. 22. ſect. 1. ſtatim per inferna exturbanda, quia turget, concocta eſt, & quantitate peccat dicta materia.

Venter ſuppreſſus, & ex eo flatus, caligines capitis dolores &c.

2. Ubi venter ſuppreſſus parum reddit, ex eoque inflationes, caligines, capitis dolores, aliaque ſuperioris partis mala increſcunt, dejectionem à medicamento petendam eſſe ſtatuit C. Celſus lib. 1. cap. 3. de dejectionibus p. m. 31. Alvus enim cum fluida ſit, & benè reſpondeat, dictis ſymptomatibus neutiquam ſunt obnoxii; neceſſariò ergo purgandum, ſymptomata illa ut tollantur. Purgantium quoque medicamentorum uſu talia è corpore educenda, qualia ſponte etiam prodeuntia juvant, auctore Hippocrate aphor. 2. ſect. 4. quare facilè quoque hi purgationem ferunt, ac ſymptomatum dictorum levamen exinde ſentiunt; talia enim ſi purgentur, qualia purgari oportet, facilè ferunt, dixit Senex aphor. 2. ſect. 1. & aphor. 25. ejuſdem ſectionis, necnon lib. 6. Popularium ſect. 4. 30. p. m. 808.

Sudor copioſus nocturnus incœnato ſuperveniens.

3. Sudor copioſus nocturnus, ut videre eſt apud Hippocratem aphor. 41. ſect. 4. cui ſudor, inquit, multus per ſomnum citra cauſam manifeſtam cibum non aſſumenti accidit, evacuatione eum indigere ſignificat. Nec mirum, ſcatent nempe ejuſmodi homines humoribus peccantibus; evacuandi ergo ſtatim, ſi nempe benè ſint præparati, inciſi, concocti aut temperati dicti humores: aliàs pituitoſi viſcidi ſi exiſtant, incidendi ac præparandi, fluxileſque, & ad motum apti reddendi prius; acres vero crudive ſi ſint, temperandi ac concoquendi, ut ita juxta Senem aphor. 9. ſect. 2. & aphor. 22. ſect. 1. fluxiles primò reddantur, & non cruda, aſt concocta medicamento purgante educantur. Commendat quoque Galenus in lib. 1. aphor. commentar. 24. & libro *quos purgare oporteat*, humores ante purgationem debere eſſe fluxui paratos, hoc

eſt

eſt (ut ipſe explicat) attenuatos, & nullatenus ſpiſſos: & Heurnius lib. 3. method. ad Praxim cap. 8. jubet, materiam etſi jam coctam, non vero benè præparatam, ante purgationem parandam ſeu attenuandam (ut ipſemet in ſequentibus explicat.) eſſe. Ideo forſan Latinus quoque Hippocrates, nempe C. Celſus, monuit, ut venter ab inferiore parte purgandi ante ſolvatur, lib. 3. cap. 18. p. m. 154. & 155. quod Hippocrates quoque aphoriſm. 70. ſect. 7. juſſit.

4. Urinæ ſedimento refertæ; manentibus tamen ex. gr. præcordiorum anxietatibus aliiſve ſymptomatibus ab humoribus pravis peccantibus oriundis. Concoctos enim illos humores eſſe, à quibus illa ſymptomata dependent, urina ſedimento referta indicat. Levamen vero inde ægri quia non ſentiunt, ſequitur purgationem eſſe neceſſariam. Concocta enim juxta Hippocratem aphor. 22. ſect. 1. medicamento purgante educenda ſunt: quare Martinus Wendelinus lib. 3. axiom. medic. 1096. humorem melancholicum non movendum eſſe ſuadet, niſi apparentibus certis inchoatæ concoctionis ſignis. Rectè quoque ideo monet Galenus 4. de ration. victus commentar. 33. cavendum eſſe, ne corpora expurgentur, omnino apparente cruditate in ſuccis. Quibuſnam, quæſo, ex omnibus ſignis certius concludi poteſt adeſſe concoctionem, quàm ex urina ſedimento refertâ? meritò ergo inter ſigna purgationem indicantia numerantur urinæ ſedimento refertæ. *Urinæ ſedimento refertæ.*

Præterire nequeo, urinas in phthiſicis ac tabe affectis ſæpius eſſe limpidas, claras, & maximè quaſi crudas. Verum obſervavi, haſce igni impoſitas mox lacteſcere, imo lac redolere, & lactis dulcis ſaporem habere; inſtillatâ vero guttulâ unâ vel alterâ aceti acidioris, aeri frigido ſi exponatur, mox coagulum album, particulas nempe caſearias fundum petere, & oleoſas ſeu butyratas particulas ſuperficiei innatare, ſerumque dulce dictis particulis jam orbatum non tantum æmulari, quod & omnes Adſtantes mecum judicarunt. Quare non tam urinas, quàm chylum ſeu chymum limpidum valde diſſolutum vel aquoſum eſſe concludere debemus, & ſæpius quoque inde homines brevi fatis cedere. *Urinæ limpidæ, claræ in phthiſicis.*

Verum ſi ſanis, & mox ex minimo corporis motu valde debilitatis, & animi deliquio facilè affectis ſuperveniant, apprime tum conveniunt decocta, elixiria, vina medicata, (aſt neutiquam diuretica, volatilia incidentia, nec diaphoretica) valde amaricantia, roborantia, tonumque inteſtinorum partiumque internarum reſtaurantia; imo quò magis amaricant, eò magis proſunt. Ex dictis facilè concludendum, omnes ac ſingulas urinas limpidas, claraſve non eſſe urinas crudas, obſtructioneſque &c. adeſſe indicare. *Quid ſignificent in ſanis.* *Quibus reſtaurentur.*

5. Hu-

Humores turgentes & agitati &c.

5. Humores turgentes, & agitati, aut furioſi; periculoſius enim hos retineri, quàm ejici docuit Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. 1058. Quare confeſtim & ab initio morbi evacuandi, ut legimus apud Galenum in lib. 1. aphoriſm. commentar. 22. & 24. quod confirmatum videſis apud Hipppocratem aphor. 24. ſect. 1. & aphor. 10. ſect. 4. ſi turgeant, eodem ipſo die exturbandi. Firmati vero ſi ſint humores in aliqua corporis parte, veluti in viſcerum inflammatione contingit, medicamentis purgantibus aggredi eos non oportet, priuſquam concoquantur, ut legitur apud Aetium Tetrab. 1. ſermon. 3. cap. 23. & Galenum lib. *quos purgare oporteat*.

Menſes decolores, nec eodem modo, nec tempore prodeuntes.

6. Menſes decolores, nec eodem ſemper modo & tempore prodeuntes, purgationem namque indicant eſſe tum neceſſariam, ut Hippocrates aphoriſm. 36. ſect. 5. docuit, de quibus inſpiciat benevolus Lector, quæ dicta ſunt p. 195.

Signa juxta C. Celſum purgationẽ vel clyſterem exhibendi.

Eleganter C. Celſus lib. 2. cap. 12. de alvi ductione p. m. 85. ſi, inquit, caput grave eſt, ſi oculi caligant, ſi morbus majoris inteſtini eſt, quod Græci κόλον nominant, ſi in imo ventre aut in coxa dolores ſunt, ſi in ſtomachum quædam bilioſa concurrunt, vel etiam pituita eò ſe, humorve aliquis aquæ ſimilis confert, ſi ſpiritus difficilius redditur, ſi nihil per ſe venter excernit; utique, ſi juxta quoque ſtercus eſt, & intus remanet, aut ſi ſtercoris odorem nihil dejiciens æger ex ſpiritu ſuo ſentit, aut ſi corruptum eſt, quod excernitur, aut ſi prima inedia febrem non ſuſtulit; aut ſi ſanguinem mitti, cum opus ſit, vires non patiuntur, tempuſve ejus rei præterit; aut ſi multum ante morbum aliquis potavit; aut ſi is, qui ſæpe vel ſponte, vel caſu purgatus eſt, ſubitò habet alvum ſuppreſſam: clyſmata ut & φάρμακα καθαρτικὰ ſunt adhibenda. Qui Cornelii Celſi locus licet propriè ad enemata vel clyſmata pertineat; tamen quia & purgantia & laxantia alvum eundem fere affectum talibus in caſibus habent, conſultum duximus hìc ſubjungere.

Signa ex mente Dorncreillii adhibendi catharticum.

Non inſubidè quoque Dorncreillius lib. de purgat. p. m. 146. de ægro paulò fortiori cathartico purgando ſummatim enumerat ſequentia: ſi inquit, corpus pituitoſis humoribus ſit refertum, iique in partibus remotioribus ſeu in ipſo corporis habitu conſiſtant, & vires conſtent, ægerque ſit calidus & humidus, nec admodum gracilis aut pinguis, ſed mediocri habitu corporis, & conſiſtentem habeat ætatem, atque purgare antea conſueverit, & rarò ſe exerceat, ſitque maſculus, & vivat in regione calida & humida, & anni tempore, quod eaſdem cum regione obtinet qualitates, purgatio paulò validior inſtitui poteſt.

Ven

Ventres infra in morbis purgare oportet, ſi ſequens habeas ſignum, inquit Senex lib. 5. Popularium text. 25. p. m. 787. ſi neque anxii, aut capite gravati fuerint, & quum calores (febres) mitiſſimi fuerint, aut cum poſt exacerbationes ceſſarint: & lib. de affectionibus text. 14. p. m. 169. ſi, inquit, febris non tenuerit, os vero amarum quis habuerit, & corpus gravetur, & cibum averſetur, pharmacum dandum eſt. Nec mirum, dicta enim ſignificant bilioſos & pituitoſos humores non tam qualitate, quàm quidem quantitate peccare: bilioſos eſſe ex oris amaritudine patet; pituitoſos quos exiſtere, facilè concluditur, quia corpus gravatur, & cibum averſatur; qualitate vero non ita peccare ultro patet, quia non febricitat. Videſis quoque aphor. 20. ſect. 4. *Plura ex mente Hippocratis.*

Tempus purgationem inſtituendi.

Tempus purgationẽ inſtituendi.

Rectè Petrus Poterius Centur. 2. curat. 37. monet, non ſat eſſe purgare, ſed quando in primis quoque obſervandum eſſe: ſicque non tantum quo anni tempore, ſed & quo die, & qua diei horâ conſiderandum. Tempus anni quod attinet, convenientiſſimum purgationi eſt:

1. Ver, teſte Hippocrate aphor. 47. ſect. 6. quibus purgatio prodeſt, his vere purgatio imperanda: quod confirmat Paulus Ægineta lib. 7. cap. 4. tempus, inquiens, purgationis, ſi nulla vigeat neceſſitas (aliàs & æſtate & hyeme ſemperque purgationem inſtituere licet) vernum maximè utile eſt. Quare quoque Galenus in lib. 6. aphoriſm. commentar. 47. dixit, humores, qui evacuatione indigent, vere vacuandos eſſe. Sic quoque pharmaciam vere inſtitutam laudaverunt Averrhoes lib. 7. in colliget. cap. 4. & Fallopius tractat. de medicamentis purgantibus ſimpl. cap. 24. ac plures alii graviores Medici. Verno tempore purgationes optimæ ſunt, eam ob cauſam, refert Galenus in lib. Hippocrat. de humoribus commentar. 1. quia excrementa hyeme collecta educunt prius, quàm calor exuperans ea moveat, ac perturbet. Optimè quoque & minori cum difficultate purgatio vere procedit, humores quoque tunc ſunt abundantiores, & quoad pleraſque qualitates temperatiores; temperatus namque tum maximè aer eſt. Ideo quoque Galenus, hos, quibus oculi debiles, ſcotomaticos, & podagricos, vel arthriticos initio veris purgatione evacuandos eſſe, docuit lib. de curand. ratione per ſanguinis miſſionem cap. 6. & in lib. 6. aphoriſm. commentar. 47. epilepticos, apoplecticos, & in univerſum eos, quicunque ob humorum craſſitiem in morbos incidunt, ineunte vere purgandos eſſe ſtatuit. In præcautione arthri-

Eſt ver. *Qua de cauſa.*

tidis

Quando ad præcautionem arthritidis.

tidis evacuationem veris tempore commodiſſimè inſtituendam, paulò nempe ante æquinoctium, quo tempore aliàs humores moveri ſolent, confirmat Daniel Sennertus de arthritide cap. 7. qui ſani ſunt, ſed in æſtatis principio plerumque ægrotant, ineunte vere neceſſariò evacuari debent, aliàs gravius & majori cum periculo decumbunt.

Item autumnus.

2. Opportunum quoque tempus autumnale, itidem teſtatur Paulus Ægineta loco ſtatim citato, & Galenus in lib. 6. aphor. comment. 47. ut & Averrhoes lib. 7. in colliget. cap. 4. quod quoque Dorncreillius lib. de purgat. confirmat, poſt ver, dicens, autumnus purgationibus maximè idoneus eſt. Quare quoque melancholiam, cancrum, elephantiaſim, cæteroſque ejus generis affectus ab humore atro proficiſcentes, autumno purgandos eſſe, Galenus lib. *quos purgare oporteat*, & Petrus Foreſtus lib. 16. obſervat. ſchol. 33. ſtatuere.

Ut & æſtatis principium.

3. Æſtatis principium utile quoque eſt, ut Galenus lib. *quos purgare oporteat* docuit: quare quoque loco citato, eos bile flavâ qui abundant, deſinente vere, vel circa æſtatis principium per φάρμακα καθαρτικὰ evacuare ſuadet. Sic quoque apud Petrum Foreſtum lib. 9. obſervat. ſchol. 24. legimus, ſi cephalalgiæ ex calidiori humore vel vapore exoriantur, dolores, uti ſolent, æſtate mediâ magis fieri vel affligere, tales in fine veris, vel circa æſtatis principium purgandos eſſe.

Nec non juxta Hippocratem hyeme inferiores ventres purgandi ſunt.

4. Hippocrates aphor. 4. ſect. 4. hyeme inferiores ventres purgandos eſſe docuit, idem quotidiana conteſtatur experientia, modo calidos ſe conſervent ægrotantes purgaturi. Minus tamen tutum eſſe hyeme purgantia dare teſtatur Martinus Wendelinus lib. 3. axiomat. medic. 875. minuſque ad purgationes eſſe accommodatam hyemem ob nimium & intenſum frigus Dorncreillius lib. de purgat. putat. Aſt facilè in cubiculo clauſo calido, & prope ignem ſe continere poteſt æger, ac frigidum aera neutiquam ſubire, ſicque purgari, neceſſitate urgente; aliàs potius vere, quàm hyeme purgationes inſtitui debent.

Dies purgationi aptus.

Diem purgationi aptum quod attinet, maximè conveniens eſt.

Eſt auſtrinus moderatè calidus & humidus

1. Dies auſtrinus moderatè calidus, & humidus, non admodum nebuloſus, aut nimium æſtuans: aquilone enim flante, non tam feliciter cedit purgatio, Joel lib. 2. phiſiolog. ſect. 5. p.m. 119. Nimis enim æſtuans ſi ſit, bile nimis acri & volatili redditâ, facilè hypercatharſis ſequitur.

2. No-

Novilunium & ultima lunæ quadratura.

2. Novilunium & circa ultimam Lunæ quadraturam convenientiſſimum eſt purgare, teſte Riolano lib. 1. method. medend. general. ſect. 4. cap. 3. Quare Fernelius conſil. 45. purgationes in affectibus hypochondriacis vires ſuas ſemper felicius expedire circa ultimam Lunæ quadraturam, in primis cum amica Veneris configuratione, quàm in aliis cœli locis, ſtatuit.

In febribus tertianis quartus.

In ſynocho intra triduum.

In cauſo ſecundus.

In quartana pridie acceſſionis.

In primis perfectâ in urinis apparente coctione.

3. Conveniens purgationi in febribus dies, in tertiana eſt quartus auctore Sene lib. de affectionibus text. 18. p. m. 171. tertiana, inquit, febris ſi quem apprehenderit, ſiquidem videbitur ſibi non purgatus eſſe, quartâ die pharmacum dato, ac diebus intermediis utatur æger cibis per alvum ſecedentibus. In febre ſynocho putri intra primum triduum pharmaco purgare materiam peccantem oportet, aliàs commodus purgationi locus non dabitur, ut videre eſt apud Joubertum lib. 2. Practic. cap. 4. In cauſo purgandum (ſiquidem neceſſe videatur) omnino die ſecundo; quippe tertius, quo exacerbatio fieri ſolet, minus eſt opportunus, tumque magis debilitaretur æger, ac difficilius purgatio procederet, paroxyſmuſque gravior redderetur, ut idem lib. 2. Practic. cap. 5. teſtatur. In quartana pridie acceſſionis, aut ipſo acceſſionis die ut καθαρτικὸν aſſumatur ibidem cap. 11. legimus: aſt non ante triceſimum diem, dixit Monavius apud Cratonem lib. 2. epiſtolarum p. m. 417. qui non contemnendum in febrium intermittentium curatione ſervavit ordinem: ſequenti ergo methodo curationem tradidit: Si, inquit, in intermittentibus febribus quibuſcunque, apparente aliquâ, etſi non planè perfecta, in urinis coctione, ægro ipſo acceſſionis die catharticum dederis, ita ut effectum ſuum ante paroxyſmi invaſionem compleat (horis ſcilicet quatuor aut quinque antequam paroxyſmum adventurum putas) videbis, febrim poſt illum paroxyſmum non amplius reverti (præſertim ſi ſpecifica antifebrifuga catharticis fuerint admixta, verum de hiſce videſis præcedentia) ſed prorſus tolli, quaſi incantatione quadam: probavi jam ſæpius, in pluribus ſemper eventus reſpondit, in tertianis poſt tertium aut quartum paroxyſmum hoc feci, in quotidianis tardius, in quartanis tardiſſimè, ac ne vix ante triceſimum diem.

Diebus criticis à purgatione abſtinendum

4. Die vero critico omnino à purgantium uſu abſtinendum eſſe ſuadet Dorncreillius lib. de purgat. nec mirum retrahitur enim natura quaſi ab opere. Non enim Medico conſtat etiam per diaphoreſim, diureſim, vel catharſim materia peccans à natura ſit exturbanda. Non ergo illo die exhibenda ſunt φάρμακα καθαρτικά, quia facilè operationem naturæ ſiſterent: nam quæ educere oportet quò maximè vergunt, eò educenda, dixit Senex. aphor. 21. ſect. 1.

quod quoque ſtatuit lib. de humoribus text. 1. p. m. 315.

Hora purgationi apta eſt.

Purgationis horam quod attinet, aptiſsima eſt.

Matutina.

1. Matutina, ut videre eſt apud Fuchſium lib. 2. inſtitut. ſect. 5. cap. 18. & lib. 2. de compoſ. medicamentorum cap. 6. & præcipuè in morbis, qui per circuitum haud recurrunt, matutina reliquis anteferenda eſt, ut teſtatur Dorncreillius lib. de purgat. In morbis vero acceſſiones habentibus illa hora purgationibus deſtinanda eſt, qua morbus intermittit, aut ſaltem remittit, ut idem loco citato p. 148. docuit: paroxyſmum enim graviſſimum & nonnunquam fere intolerabilem reddunt, maximèque ægrotantes debilitant, & ut plurimum parum aut nihil exturbant καθαρτικὰ φάρμακα, nempe in ipſo paroxyſmo ſi fuerint exhibita.

Jejuno ſtomacho.

2. Jejuno ſtomacho, ut auctor eſt Johannes Damaſcenus lib. aphoriſmorum aphor. 70. Quare Fuchſius dixit, eam horam ſolam ad purgantis medicamenti ſumptionem idoneam exiſtere, qua ventriculus à cibis maximè eſt vacuus, in inſtitutionibus libr. 2. ſect. 5. cap. 18. Ideo quoque Heurnius libr. 2. method. ad Praxim cap. 21. pharmaca purgantia propinanda quinque vel ſex horis ante prandium, ſtatuit, ne alienâ permiſtione fracta è ventriculo excidant; ſed ut minimè impedita venis ante paſtum ſeſe inſerant, & facilius operentur: quod conteſtatur Horſtius decad. 7. problem. medic. quæſtion. 3. Heurnius cap. 2. method. medend. libr. 2. pilulas poſt octo vel novem horas à cœna ſumendas præſcripſit: aſt levia medicamenta unâ horâ ante cibum poſſe dari, concedit Riolanus lib. 1. method. medend. general. ſect. 4. cap. 3. imo interdum haud incommodè cum alimentis quoque purgantia potiſſimum lenitiva concedi poſſe ſtatuit Horſtius loco mox citato p. m. 192. hac enim ratione citò una cum chylo ad intimas viſcerum partes penetrat, & levi negotio ſine torminibus peccantes humores expellit. Hinc quoque Aetius Tetrab. 1. ſermon. 3. cap. 57. in cibo medicamentum purgans optimum eſſe dicit iis, qui naturaliter alvum habent adſtrictam, & qui ex diuturno morbo laborant. Huic aſſertioni ſubſcribit quoque Alexander Maſſaria lib. 3. Practic. cap. 13. dum inquit, digna eſt maximâ annotatione ratio dandi medicamenta purgantia, quam tenebat Galenus, qui ſolitus fuerat illa permiſcere alimentis: idque dupliciter, uno modo ſimul coquendo alimenta & medicamenta; altero, contuſis medicamentis, eorumque pulverem tenuiſſimum permiſcendo cum ptiſana vel

alijs

aliis alimentis. Quamobrem meâ quidem ſententiâ optimum fore t, hanc medendi & purgandi rationem præcipuè illis, qui natu râ ſunt alvo adſtrictiori, hoc tempore inuſitatam reſuſcitare, & ad uſum referre. Aſt nota, neutiquam quotidie hoc agendum; cibi enim necdum concocti è ſtomacho expelluntur, ſtatimque per alvum exturbantur, acres quodammodo & laxantes redditi, ſicque non alimenta ſunt, ſed purgantia vel ſaltem laxantia medicamenta.

Nota, æſtivas purgationes, niſi ſumma urgeat neceſſitas, vitandas eſſe ſtatuit Franciſcus Joel lib. 2. ſect. 5. phyſiolog. p. m. 119. quod Hippocrates confirmat ſect. 4. aphor. 5. inquiens; ſub cane & ante canem difficiles ſunt purgationes: & libro de purgantibus text. 5. p. m. 609. tempore æſtatis à canis ortu per dies quinquaginta vitare oportet, & non dare medicamentum, ſed infuſis per clyſterem uti. Galenus in lib. 4. aphoriſm. commentar. 5. & Fallopius tractat. de medic. purgant. ſimplic. cap. 24. dixere, æſtate purgationes moleſtas eſſe, quia natura exuſta acribus medicamentis, qualia plerumque purgantia, irritanda neutiquam, & corpora jam ſatis, ſi non nimium, exſiccata per ſe uſu purgantium non amplius exſiccanda: legimus enim ſub cane validè purgatos in febres graviſſimas incidiſſe, imo brevi mortem obiiſſe. Æſtivæ purgationes quare vitandæ.

Jam quid ante, in, & poſt purgationem agendum, obſervandumque ſit, in ſequentibus paucis dabimus.

Ante purgationem requiritur. Ante purgationem requiritur.

1. Ut priuſquam purgans exhibeatur medicamentum, humores craſſi attenuentur, tenaceſque ac viſcoſi incidantur, meatus, per quos humores à catharticis pharmacis inciſi & attenuati transferuntur & expelluntur, ut aperiantur, teſte Galeno in libr. 2. aphoriſm. commentar. 9. & libro *quos purgare oporteat*: quod quoque Aetius Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 22. conteſtatur, cum purgare, inquit, volueris, præattenuare oportet, ac ſecurè craſſos ac viſcoſos humores, & meatus (per clyſteres nempe alvum) aperire, per quos humores transferuntur à purgatoriis medicamentis. Quare Senex aphoriſm. 9. ſect. 2. & ſect. 7. aphoriſm. 70. monuit, corpora, inquiens, quum quis purgare volet, ea fluxilia faciat oportet. Galenus quoque in lib. 1. aphor. commen Ut humores ſint præparati.

mentar. 24. docuit, humores ante purgationem fluxui debere eſſe paratos, hoc eſt attenuatos & non lentos. Summatim aſt non inſubidè omnia fere tradidit Franciſcus Joel libr. 2. ſect. 5. §. 8. p. m. 120. ubi, inquit, ante purgationem corpus præparatur, ſeu prius fluidum redditur, vel ſumpto juſculo prunorum coctorum, vel aliis emollientibus alimentis (quod Hippocrates aphor. 70. ſect. 7. & ſect. 4. aphor. 13. nec non C. Celſus lib. 3. cap. 18. p. m. 154. & 155. ut & Philippus Grulingius in ſuo Hippocrateo-Galeno-Chymico florilegio novo part. 6. cap. 29. de purgantium adminiſtrandorum neceſſariis obſervandiſque regulis §. 16. p. m. 177. & Arnoldus de Villa Nova doctrin. 4. cap. 13. aphor. 13. innuere videntur) ne videlicet meatus & viæ, per quas fit expurgatio, ſint obſtructæ. Humores vitioſi ſi ſint lenti, craſſi, & tenaces ad purgationem ſunt inepti, & præparationem poſtulant; nam tenues humores non egent præparatione: craſſi itaque ante purgationem ſunt incidendi & extenuandi liquore decoctarum herbarum ac radicum. Pravus chymus ad exitum ſi compellatur, vitio per digeſtionem non emendato, aut difficulter evacuari poſſe, aut membra, per quæ chymus non digeſtus tranſibit, offendere legimus apud Arnoldum de Villa Nova doctrin. 4. cap. 13. aphoriſm. 3. Quare idem ibidem dixit, ex craſſis humoribus non, aut imperfectè digeſtis, pharmaciam ſubtile tantum evacuare, reſiduum compingere.

Si alvus diu fuerit adſtricta, clyſter præmittatur.

2. Ut, alvo adſtrictâ à fæcum duritie qui laborant, ſinguliſque tantum triduis quatriduiſve alvum deponunt, clyſter pharmaciæ præmittatur, auctore Arnoldo de Villa Nova loco mox citato, ut ita fæces induratæ alvum conſtipantes molleſcant, humoreſve forſan craſſi tenaceſque fluidiores, & ad exitum faciliores reddantur; juxta Hippocratem aphor. 70. ſect. 7. qui alvum humectare, antequam pharmacum deorſum purgans exhibeatur, ſuadet; & C. Celſum lib. 3. cap. 18. qui in omnibus morbis perpetuum obſervandum monet, ventrem ante ſolvendum (enema injiciendum) eſſe, ubi nempe ab inferiore parte aliquis purgandus.

Mulier poſt varias aeris injurias.

Incidit in quartanam duplicem.

Alvo adſtrictâ utplurimum laborans.

Mulier quædam quinquaginta annos nata, melancholica admodum, poſt varias aeris injurias incidit in quartanam duplicem, ſummamque præcordiorum anxietatem, ac ſuffocationem hypochondriacam adventante febrili paroxyſmo maximè inſurgentem, fauciumque, cum ſtrangulationis ſuffocationiſque metu, conſtrictionem efficientem. Appetitus planè erat abolitus, alvus adſtricta ſummis cum torminibus & ventris doloribus, ita ut intra quatriduum nonnunquam & ultra alvum ſemel tantum deponeret ægra; quod & ſanam ſe feciſſe, rariſſimè intra quatriduum, referebat.

bat. Remittente paroxyſmo maximè conquerebatur de cervicis dolore, imo tam gravi interdum, ut nec caput nec cervicem movere poſſet: quare ſequens adhibuit medicamentum. Ob cervicis motus impotentiam.

℞. *Ol. ſuccin.* ℨjß. *Caſtor.* ℈ij. *Unguent. martiat.* ℥ß. MS. F. Linimentum. Linimento cum ſucceſſu uſa fuit.

Quo nucham & cervicem inunxit adventante paroxyſmo febrili, cujusque beneficio nec dolor ita intenſus, nec motus ita impeditus, imo brevi & dolor & motus impeditus fuere ſublati. Dein de ſequenti mixtura ſingulis horis cochlear unum aſſumpſit.

℞. *Aq. rutæ* ℥jß. *Cortic. citri Fœnicul. ana* ℥j. *Spir. theriacal.* ℨvj. *Cort. citri* ℨij. *Salis armonioci aromatici ſequentis* ℨj. *Ol. macis ſtillat. Cort. aurantior. ana gutt.* iij. *Sal. volatil. ſuccin.* ℈ß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syrup. fœnic.* ℨvj. MS. Ut & mixtura.

Qua mixturâ aſſumptâ, & præcordiorum anxietas, & ſuffocatio, imo & febres ita diminutæ ſunt, ut curata propemodum ſibi videretur. Intermiſſionis die uncias tres de ſequenti valde amaricante vino medicato (inſtillatis ſingulis doſibus guttulis viginti ſpiritus ſalis armoniaci aromatici ſequentis) ter aſſumpſit, ut & cæteris diebus mane ante paroxyſmi invaſionem, invadente vero paroxyſmo febrili ſtatim cochlear de ſupradicta mixtura. Ob ſuffocationem, febrem &c.

℞. *Rad. gentian.* ℥ß. *Armorac. Angelic. Zedoar. Jalapp. ana* ℨiij. *Summit. abſinth. Centaur. min. ana* M. iß. *Folior. rutæ. recent. Menthæ criſp. ana* M. j. *Senn. ſ. ſtip. Bacc. lauri ana* ℨiij. *Aloes lucid. Tartar. vitriolat. ana* ℨiß. *Semin. fœnic. dulc. Extrem. cort. aurantior. ana* ℨij. Conciſa & contuſa indantur cantharo lapideo, affundanturque vini Gallici pint. vj. Digerantur in loco calido per biduum.

Hoc uſurpato vino medicato quoad quartanas multum profecit: nam intra duas ſeptimanas unâ tantum quartanâ fuit afflicta, manente tamen alterâ, quæ demum intra duos menſes fuit curata; aſt alvum nunquam niſi poſt triduum depoſuit: propriè tamen purgans non exhibuimus ipſi ob ſuffocationem hypochondriacam & melancholiam, ſed de fæcum duritie quia ſubinde conquerebatur, ſequens vulgare clyſma iniiciendum præſcripſimus. Cujus beneficio quartanæ curatæ. Tandem ob fæces induratas enema injectum fuit.

℞. *Decoct. emollient. & carminat.* ℥viij. *Electuar. diacathol.* ℥jß. *Ol. lilior. alb.* ℥j. *Mell. virgin.* ℥ß. *Salis gemmæ* ℨß. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Quo injecto, ut & poſt biduum iterato, multas fæces ſummè induratas ſtatuſque reddidit: poſteaque quotidie ſemel biſve alvo depoſitâ, brevi omnis præcordiorum anxietas, ac ſuffocatio evanuere. Et curata fuit.

Spi-

Spiritus ſalis armoniaci aromatici deſcriptio.

Spiritus ſalis armoniaci aromaticus ſupradictus.

℞. *Salis armoniac. contriti & cibrati, Tartari pulveriſat. ana* ℔ß. Solvatur ſal armoniacum cibratum in ſpiritus vini ℥viij. ſal vero tartari in vini generoſioris ℥xij. quæ ſoluta miſceantur, indanturque cucurbitæ, quibus ſequens pulvis craſſus addendus.

℞. *Radic. angelic.* ℥ß. *Fol. menth. criſp. Majoran. ana* ʒiij. *Sem. fœnic. dulc. Bacc. junip. ana* ʒj. *Cinnam. acut.* ʒß. *Nuc. moſchat. Croci optim. Origan. cretic. ana* ʒij. *Spic. nardi. Cardam. major. ana* ʒj. Fiat omnium pulvis craſſus.

Moxque alembicus, rectius capitellum, imponatur, appoſitoque recipiente, juncturiſque cum capitelli roſtro & cucurbitâ optimè clauſis, fiat ex arena deſtillatio leni calore, & deſtillando pergatur, donec omne ſal volatile coagulatum penè fuerit ſolutum, tumque ab ulteriori abſtractione deſiſtatur: ſpiritus aromaticus volatilis inde abſtractus in morbis chronicis multum præſtat, gratior quoque eſt, & in morbis inveteratis potentior, quàm vulgaris ſalis armoniaci ſpiritus.

Humores ad exitum faciles reddantur.

3. Ut materia etſi cocta, attamen non benè præparata, ante purgationem ad exitum facilis reddatur: ſic materia peccans craſſa quamvis cocta attenuanda eſt, ut teſtatur Heurnius lib. 3. method. ad Praxim cap. 8.

Lenius catharticum paulò ante vel poſt cibum exhibeatur.

4. Ut, ſi lenius fuerit pharmacum catharticum, ſumatur vel exhibeatur paulò ante, vel poſt cibum, ut auctor itidem eſt Heurnius loco mox citato: ſic enim melius purgantia cum chylo chymoque conjuncta blandè ut plurimum alvum movent. Ac rectè quidem hæc purgantium exhibendorum methodus instituitur in melancholicis, alvoque adſtrictâ qui ſæpius laborant, & nonniſi poſt triduum vel quatriduum tantum alvum deponunt, ac ſæpiſſime optimus inde effectus ſequitur.

Catharticū ſumpturus ſit calidus & maneat.

5. Ut calidus ſit purgans medicamentum ſumpturus (e) & calidum in loco calido ſe conſervet; aliàs aut non operatur exhibi-

(e) Non contemnenda hic traditur regula catharticum medicamentum aſſumpturis, ut nempe calidum ſuum corpus conſervent. Nil enim magis ventris evacuationes ſiſtit, quàm frigus, à quo non tantum externæ partes, ſed internæ quoque contrahuntur: proindeque occluſis vaſorum oſcillis humor in poris inteſtinorum mox percolandus repellitur, ac ferè retroagitur. Præclarum autem hujus rei mihi præbuit documentum Vir, cui quum alvus liberalius flueret, nec conſuetis Artis Medicæ præſidiis facilè cohiberetur, toties Medicinam ſibi procuravit nudis pedibus per cubiculum aquâ frigidâ perfuſum incedendo. Notum quoque eſt, citius Mulieribus menſtrua fluentia ſupprimi, quàm frigus admiſerint. Quod quidem nos manuducit, ut ab aſſumpto cathartico quæcumque frigida Patientibus interdicamus, quæ

bitum catharticum, aut nonniſi ſummis cum torminibus ventrem ſolvit.

In purgatione convenit.

In purgatione convenit.

1. Ut purgans medicamentum, ſi potionis formam habeat, calidum, non vero frigidum aut tepidum hauriatur, teſte Fuchſio lib. 2. inſtitut. medicar. ſect. 5. cap. 22. & Joele lib. 2. ſect. 5. phyſiolog. §. 9. p. m. 120. Frigidum enim ſi aſſumatur, aut non operabitur pharmacum catharticum, aut nonniſi ſummis cum torminibus: tepidum vero ſi exhibeatur, nonniſi nauſeam & vomitum excitat, & ſic aut mox eiicitur, aut continua cum nauſea & tædio retinetur: calidum autem ſi hauriatur, ſtatim operatur, & nec tam facilè nauſeam &c. excitat, imo quatenus calidum, ipſum confortat ventriculum.

Purgans ut ſit calidum non tepidum nec frigidum.

2. Ut ſi à ſumpto pharmaco nauſea, & vomendi cupiditas oboriatur, benè olentibus ſiſtatur: quare mentham, rutam, mala cydonia, aquam roſarum, panem toſtum acetoque conſperſum naribus admovere confert, ut videre eſt apud Philippum Grulingium in ſuo Hippocrateo-Galeno-Chymico novo florilegio cap. 29. de purgantium adminiſtratione p. m. 177. In primis quoque à ſumpto pharmaco oris ablutionem illico inſtituendam cum poſca, vino, vel ſucco punicorum malorum Heurnius lib. 3. method. ad Praxim cap. 8. & pannis calidis ventriculum fovendum Fuchſius lib. 2. inſtitut. medicar. ſect. 5. cap. 22. commendat: pleraque enim φάρμακα καθαρτικὰ ventriculum lædere, maximè vero ejus oſtium, ideoque nauſeam & vomitum excitare, legitur apud Galenum in lib. 2. de vict. ration. acut. commentar. 2. & acutum ſæpe exiſtit pharmacum, quod niſi ſublubrico velamine deglutiatur, maximè offendit guttur, ejuſque inflammationem parit, ut teſtatur Arnoldus de Villa Nova doctrin. 4. cap. 14. aphor. 2.

Si à pharmaco nauſeabundus, benè olentibus ſiſtatur.

3. Ut poſt ſumptionem pharmaci una vel duabus horis in lecto ſine ſomno quieſcat catharticum pharmacum qui aſſumpſit, ſuadet Philippus Grulingius in ſuo florilegio loco ultimo citato, dicens, à ſumpto cathartico quieſcat parum, ne natura amplectatur pharmacum, agatque in id: imo omnium maximè à ſomno arcendus eſt, ubi jam purgare cœperit, quod ſomno medicamenti actio intercipitur, ut legimus apud Fuchſium in inſtitutionibus medicis loco mox citato; & arcendus à ſomno, donec in totum purgatus fuerit, in primis ſi ex diagridio vel helleboro ſint pharmaca præ-

Cathartico aſſumpto per horam unam vel alteram abſque ſomno quieſcat.

quæ non prius exhibenda erunt, quàm omnis ejus actio deſiverit. Si enim illa intempeſtivè porrigantur, contractis modo inteſtinis, aut omnis ſtatim ceſſat evacuatio, aut excernendorum impetu vigente graviſſima ventris tormina excitarentur.

In primis ſi ſit ſcammoniatum &c. purgans.

præparata, inquit Arnoldus de Villa Nova doctrina 4. cap. 16. aphor. 1. motu mediocri, ſi fieri poſſet, adhibito, ut videre eſt apud Paulum Æginetam lib. 7. cap. 8. in primis ſi tardius operetur purgans, docente Fuchſio loco ſæpius jam nominato. Dorncreillius de purgat. monuit illos à ſomno arcendos, quorum calor innatus eſt robuſtus, per ſomnum enim facilè purgationis opus impediri probavit Nicolaus Curtius de purgantibus. Calorem vero nativum debilem ſi habeant, & per pilulas vel electuaria purgentur, ſomnus concedi poteſt, ut per illum calor nativus ab externis ad interiora membra revocatus augeri, eòque facilius pilularum purgandi vis ad agendum adjuvetur, ut auctor eſt Dorncreillius de purgat. Quod idem conteſtatur Nicolaus Curtius ex Avicenna de purgantibus, in primis ſi valida & fortiora fuerint pharmaca, ut legimus apud Heurnium lib. 3. method. ad Praxim cap. 8.

Ut cathartico jam operante, ſurgat.

4. Ut, ubi operari medicamentum incipit, ſurgat & leniter obambulet, modo per morbum integrum ſit, inquit Fuchſius in inſtitutionibus; quod Æginetа lib. 7. cap. 6. conteſtatur: natura enim hoc modo excitatur, & humor incitatur, & facilè tum evenit, ut medicamentum votis reſpondeat, & pharmacum humori vacuando analogum fiat, ut videre eſt apud Heurnium 3. method. ad Praxim cap. 8. Motu quoque humores tenaces viſcidique ſi ſint, ſolvuntur liquidioreſque redduntur, faciliuſque in actum καθαρτικὰ φάρμακα deducuntur. Quare quoque Hippocrates aphoriſm. 14. ſect. 4. dixit, poto helleboro, corpus movendum potius, quàm ſomno tradendum, aut quieti; & aphoriſmo ſequenti, quum per helleborum (ſit idem de cæteris purgantibus dictum) magis ducere voles, move corpus: imo auctam ambulationem ventrem ſolvere teſtatur C. Celſus lib. 1. cap. 3. p. m. 32. §. de his, quæ alvum adſtringunt, & ſolvunt.

Abſtineat quoque à cibo & potu, donec purgatio ſit finita.

5. Ut à ſumpto medicamento eò uſque à cibo, & potu abſtineat, donec univerſa operatio ſit peracta (f) robuſtum nempe ſi ſit

(f) Non reticenda vero hic eſt laudabilis illa Veterum conſuetudo, qua prandium eo die intermittebant, quo catharticum pharmacum aſſumebatur. Quod quidem tum ex Hippocrate in lib. de ratione victus in acutis concludit Martianus, cùm præſertim ex eo demonſtrat, quod quum citatus Hippocrates in pluribus locis morborum curationes deſcribat, & per ſingulas cibationes diætam præſcribat, eo vero die, quo pharmacum exhibuit, altum de prandio ſilentium habuerit: argumento ei manifeſto, eos impranſos detinuiſſe. Ex perverſo autem agendi ordine ſæpe accidit, ut poſt purgationem plures gravius habeant, licet multoties medicamentum repetatur. Quum enim ventriculus ſub evacuatione vileſcat, robur ejus dejiciatur, & fermenta ciborum præparationi dicata à catharticis exhauriantur; ſane ſi prandium eodem die, quo mane purgans aſſumptum fuerit, exhibeatur, cibus ingeſtus non concoquitur, ſed cruditatem parit, à qua ventriculus mane ſequenti redditur gravior. Sæpius vero ex prandio purgatio interrumpitur, quæ alioquin per inediam perficeretur: cujus rei manifeſtum præbent ii documentum, qui à prandio adhuc dejiciunt, ſignum evidens tempore prandii purgationem abſolutam non fuiſſe. Hæc itaque incommoda ut evitarent Veteres, in die purgationis

ſit pharmacum; lenioris autem remedii vis cibo acuitur teſte Heurnio ſæpius jam citato loco: imo omni cibo & potu uſque ad conſummatam purgationem abſtinendum jubet P. Ægineta lib. 7. cap. 6. Attamen aſſumpto pharmaco conducit mox ſuperſorbere cremorem ptiſanæ, ut Hippocrates lib. de vict. ration. in morbis acutis teſtatur, ut id, quod in tranſitu affixum applicatumque eſt abſtergatur, & deorſum depellatur, ut auctor eſt Galenus lib. *quos purgare oporteat*. Ab aſſumpto vero medicamento aliquid tum offerendum, cum nempe os ventriculi admodum ſenſibile ſit ac imbecille, ideoque purgantis medicamenti acrimoniam ſubſtinere non poſſit, adeoque ſyncopen minetur; aliàs incipiente purgatione ne quidem ptiſanam amplius porrigere ſolent, Senex lib. de vict. ration. in morbis acutis, & Galenus lib. ultimò citato: actio enim medicamenti facilè hoc modo exſolvitur, nec alimonia benè toleratur, nec probè conficitur, niſi omnino pauca fuerit; cibus enim aut purgationem ſiſtit, aut crudus & incoctus vixve alteratus ejicitur; potus quoque in primis frigidus ſi exiſtat, aut ſiſtit purgationem, aut dolores & anxietates flatuſque excitat, aut ſubinde hypercatharſim. Sequentem hiſce inſerere caſum lubet.

Puella quædam viginti quatuor circiter annorum ex inſolito frigore incidit in menſtruorum ſuppreſſionem, ac brevi in capitis dolorem gravativum atrocem, præcordiorum anxietatem, appetitum abolitum, lumborum dolorem gravem, motus impotentiam: quare ſequentem mixturam primò cochleatim aſſumpſit:

Puella ex frigore.

Menſtrua ſuppreſſa &c. paſſa.

♃. *Aq. majoran. nobil.* ℥ij. *Puleg. Cort. citri ana* ℥j. *Antihyſter. ſequentis* ℥ß. *Spir. cochlear.* ʒij. *Salis armoniac. gutt.* xvj. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. cort. aurantior. gutt.* v. *Syr. de arthemiſ.* ʒvj. MS.

Primò mixturam antihyſtericam.

Quam mixturam cum per octiduum uſurpaſſet, ſequentes exhibui pilulas.

♃. *Aloes lucid. gr.* xv. *Sal. volat. ſuccin. gr.* viij. *Tartar. vitriolat. gr.* vi. *Ol. menth. gutt.* j. MS. F. Pilulæ no. vij. deurand.

Et pilulas purgantes deobſtruentes uſurpavit.

Quibus aſſumptis bis terve cum alvum depoſuiſſet, cereviſiam frigidam avidè hauſit, quo facto in gravem incidit hypercatharſim, quæ vix medicamentis adſtringentibus, corroborantibus, opiatiſque ſuperari poterat: qua tandem curata electuario corroborante adſtrigente antidyſenterico p. 126. deſcripto, valde fuit

In ipſa purgatione frigidam cereviſiam hauſit, & in hypercatharſim incidit.

nis unicâ cibatione erant contenti, minus incommodum exiſtimantes jejunium hoc, quàm alimentum, quod minuat purgationem, & ventrem cruditatibus aggravet. Atque hinc fluxiſſe opinor, ut poſteriores Medici, quò totalem inediam caverent, juſculum in purgatione ipſa exhibere cœperint. Quod noſtri ad eluenda potius inteſtina factum arbitrati, paulò poſt juſculum prandium exhibent. Quare optandum foret, ut vetuſtiſſima illa conſuetudo reviviſceret, & ab illuſtrioribus noſtri ævi Medicis ad novos Medicinæ alumnos tranſiret.

fuit debilitata, manente menſtruorum ſuppreſſione; quare poſtea nonniſi vino medicato pag. 195. & 196. deſcripto uſurpato curata fuit. En quid non potus in primis frigidus in ipſa purgatione aſſumptus efficiat?

Aqua antihyſterica ſuperius nominata.

Aquæ antihyſtericæ deſcriptio.

♃. *Rad. ariſtoloch. rotund. Bryoniæ ana* ℥iij. *Folior. rutæ hortenſ. Menth. criſp. Puleg. ana* M.ij. *Leviſtic.* M. ß. *Sabin.* M. jß. *Flor. lavendul.* p. ij. *Chamomill.* p. iij. *Sem. leviſtic. Nigell. Baccar. lauri ana* ℥ß. *Myrrh. rub.* ʒij. *Macis Extrem. cort. aurant. Caſtor. Croci optim. ana* ʒjß. Conciſis & contuſis affunde *Vin. Gallic. pint.* viij. Poſt ſufficientem digeſtionem add. *ſalis armon.* ℥ß. tum ſpiritum per cucurbitam abſtrahe, cui affunde *Gran. actes exſiccat.* ℥jv. Tumque per octiduum digere, & tincturam extrahe, quæ uſui ſervanda. Menſes optimè movet, ſuffocationem hypochondriacam curat &c. pro doſi exhibui ℥ß. in convenienti vehiculo.

Ut carthartico non operante aquam mulſam &c. aſſumat.

6. Ut, ſi quis poto pharmaco non purgetur, abſorbeat aquam mulſam meraciorem, ut jubet Aetius Tetrab. 1. ſermon. 3. cap. 117. Paulus Ægineta lib. 7. cap. 6. ex commentar. Philagrii, ſi, inquit, quocumque medicamento ad alvum emolliendam aſſumpto quis non purgetur neque vacuetur, nullo accedente periculo, nihil moliendum: at ſi magnitudo morbi vigeat, & æger vellicetur, diſtendatur, & lancinationem expertus fuerit, clyſma ſtatim neceſſariò injiciendum.

Si vero nimium purget, quieti ſe tradat.

7. Quod ſi nimis vehementer purget & impetuoſè, in ſumma quiete ut æger contineatur, manuſque & brachia aquâ calidâ foveantur, ligaturæque & frictiones inſtituantur, ſicque nimiæ remedii potentiæ impetus ſiſtatur, ut Nicolaus Curtius de purgantibus, Heurnius lib. 3. method. ad Praxim cap. 8. teſtantur. Convenit tum in primis quoque theriaca, diaſcordium Fracaſtorii, quod pharmaci cathartici vim, ac ruentis humoris impetum ſiſtit, acrimoniamque temperat. Hocque in caſu Heurnius loco citato cucurbitulas inter ſcapulas & hypochondria appoſitas, fotumque ventriculi & hepatis ex corroborantibus & adſtringentibus præſcribit. Nimium & immodicè ſi medicamentum purget, ac ſiſtere voles, ſomnum, inquit Hippocrates aphoriſm. 15. ſect. 4. concilia, nec move: quando maximè conveniunt opiata, quæ inter diaſcordium Fracaſtorii, quod & ſomnum provocat, ſudores movet, & ſimul adſtringit, excellit.

Vel opiata aſſumat.

Poſt

Poſt purgationem conſummatam neceſſe eſt.

Poſt purgationem convenit.

1. Ut celebratâ excretione brodium pulli, vel cicerum cum ſaccharo ad abluenda inteſtina exhibeatur, ut refert Philippus Grulingius in ſuo florilegio novo part.6.cap.29. p.m.176. Quare quoque Dorncreillius de purgat.p.m.189.poſt finitam purgationem jubet, juſculis detergentibus ut utatur, quæ juſcula medicamenti reliquias eluant, omnemque ejus moleſtam qualitatem auferant. Et paulatim ad diætam ſe convertat purgatus, non ruat in cibos, dixit Heurnius lib.3. method. ad Praxim cap. 8. nihil enim deterius, quàm evacuatum corpus repente replere, legimus apud Martinum Wendelinum axiomat. medic. 1271. Quare Nicolaus Curtius de purgantibus monuit, cibum boni ſucci aſt minorem eſſe dandum, poſtmodum vero paulatim augendum, humidumque & concoctu facilem eſſe exhibendum potius, quàm ſiccum, ut videre eſt apud Fuchſium lib.2. inſtitut. medic. ſect.5. cap.22. Quare Hippocrates lib.2.de morbis text.13. monet, ut poſt purgationes cibis quàm pauciſſimis, & quàm maximè per alvum ſubeuntibus utantur purgati.

Juſculum pulli &c.

2. Calidum ut ſe conſervet æger, & poſt pharmaciam alimentis exitus retineat mediocriter laxos, ne novam procuret offenſam conſtipatio fortis & repentina, ut quondam docuit Arnoldus de Villa Nova doctrin.4.cap.18.aphoriſm.1.Sic quoque neutiquam aſſumat frigida, aſt in quiete calidum ſe contineat, nec niſi calida uſurpet: facilè aliàs denuo vis purgantium excitatur, ac hypercatharſis producitur, quod ſæpius jam obſervavi, ex multis tamen nonniſi duas ſequentes hiſtorias proferam.

Et calore ſibi conſulat purgatus

Juriſconſulto cuipiam viginti ſeptem annorum, pituitoſo, ventriculo debili diu vexato, evenit poſt nimiam ciborum appetentiam ejuſque indulſionem ut incideret in vomitum matutinum quotidie mane exiſtentem, inſequente brevi poſt appetitu penè abolito, ventriculoque debili, adeo ut, modo ſorbilia ſi aſſumpſiſſet, maxima inde præcordiorum anxietas exoriretur. Inediâ ventriculum corroborare ſtudens, incidit in præcordiorum quaſi cingulum, ac ſummam pomeridianam anxietatem, lumborumque dolorem. Quare vocatus ſequentem dedi mixturam.

Juriſconſultus poſt nimiam ciborum appetentiam.

In appetitū abolitum,& ventriculi debilitatem incidit.

℞. Aq.menth. ℥iijß. *Vit. Mathiol.* ʒß. *Tinctur. cinnam. Spir. cortic.citri Stomach.ſequent. ana* ʒij. *Salis dulc.* ʒß. *Laud. opiat. gr.ij. Syr.menth.*ʒvj. MS.

Quare mixturam ſtomachicam …

Hujus beneficio ſymptomata parum tantum fuere diminuta: inde igitur in vino generoſo guttulas duodecim de ſequenti medicamento aſſumpſit.

Et ſpiritum oleoſum aſſumpſit.

℞. *Spirit. contra præcordiorum anxietat. p. 157. deſcript.* ℥iij. in quibus diſſolvantur *Ol. ſtillat. menth. criſp.* ℈j. *Macis gutt.* iij. MS.

Ob præcordiorum cingulum ſ. anxietatem.

Per quatriduum cum uſurpaſſet, omnia fere ſymptomata ſuperius numerata evanuere, excepto tamen præcordiorum cingulo: quare quinque ſequentes pilulas ipſi exhibui, quas optimo cum ſucceſſu ſæpius jam uſurpaverat.

Pilulas purgantes uſurpavit.

℞. *Extract. cathol. pag. 142. præſcript.* ℈j. *Ol. ſtillat. menth. criſp. Cortic. citri ana gutt.* j. MS. F. Pilulæ no. v. deaurand.

In purgatione gelidum aſſumpſit potum &c.

Quibus mane aſſumptis quater optimè alvum depoſuit. Sed vino gelido hauſto, frigidum aera ſubiens, intra duas treſve horas viceſies quidem dejecit, perque triduum circiter hoc modo affectus, fruſtra potentiſſima ſiſtendi profluvii causâ aſſumpſit remedia; donec ſequentibus tabellis uſurpatis mox alvi illud profluvium blandè fuerit cohibitum.

Et hypercatharſis ſecuta eſt.

Quæ tabellis denuo curata eſt.

℞. *Spec. diagalang. Meſuæ Aromat. roſat. recens diſpenſat. ana* ℨiß. *Nuc. moſchat. condit. Confect. hyacinthor. ana* ℨij. *Laud. opiat.* gr. iij. *Sacchar. alb.* ℥jv. Cum ſ. q. *aq. cinnamomi, & menthæ* F. ſ. a. tabellæ no. xv.

De hiſce tabellis mane, circa meridiem, & circa quintam pomeridianam, ut & veſperi unâ fuit uſus; ultimò mixturam supradictam per octiduum uſurpavit, & planè ab omnibus ſymptomatibus fuit liber.

Spiritus ſtomachicus nominatus.

Spiritus ſtomachici deſcriptio.

℞. *Rad. zedoar.* ℥ij. *Galang. Zinzib. alb. Calam. aromat. ana* ℨiij. *Fol. menth. criſp.* M. iij. *Lauri Majoran. nobil. ana* M. j. *Sem. aniſ. Fænic. dulc. ana* ℥ß. *Cinnam. acut.* ℨij. *Cardamom. min. Nuc. moſchat. Spic. nard. ana* ℨij. Conciſis atque contuſis affund. *Spir. vini optim. Vin. generoſ. ana pint.* jv. Digeratur per octiduum, tumque leni calore abſtrahatur ſpiritus, qui uſui ſervandus: optimè ventriculum debilem confortat, calefacit, nauſeam vomitumque ſiſtit &c.

Virgo poſt menſtrua ſuppreſſa.

In quartanam intermittentem incidit.

Virgo triginta annos nata, pituitoſa, poſt inſolitum laborem calefacta, domum per frigidum aera petiit, unde in menſtruorum fluxus ſuppreſſionem, appetitum diminutum, capitis omniumque corporis partium dolorem gravativum, nec longè poſt quartanam intermittentem incidit. Vocatus ſequentem præſcripſi diaphoreticum bolum.

℞. *The-*

℞. *Theriac. Andromach.* ℥j. *Sal. armoniac. Abſinth. ana* ℈ß. *Croci optim. Bezoard. miner. ana gr. vj.* MS. F. bolus in vino calido aſſumendus. Quare bolum diaphoreticum aſſumpſit.

Quo aſſumpto optimè ſudavit, maximoque cum levamine; quare eundem bolum duabus ante febris paroxyſmum horis aſſumendum iterum præſcripſi, unde febris mitior, & paroxyſmus brevior fuit redditus. Bolum vero quia neutiquam amplius aſſumere poterat, ſequens præſcripſi vinum medicatum, de quo quotidie ter ad uncias tres quatuorve (inſtillatis prius ſingulis doſibus ſpiritus ſalis armoniaci guttulis quatuordecim) uſurpavit.

℞. *Rad. gentian. Angelic. Rub. tinctor. ana* ℥iij. *Fol. rut. Sabin. ana* M. ß. *Eupator. cannab. Menth. criſp. Summit. abſinth. Centaur. min. ana* M. j. *Bacc. lauri* ℥ß. *Macis Extrem. cortic. aurantior. ana* ℥ij. *Croci optim.* ℥j. Conciſis atque craſsè contuſis, cantharoque lapideo inditis affundantur. *Vini Gallic. pint.* v. Stent ſimul in loco calido per quatriduum. Et vinum medicatum.

Hoc uſurpato vino medicato, febris propemodum receſſit, aſt menſtrua ſuppreſſa adhuc erant: quare quinque pilulas purgantes pag. 195. deſcriptas ex ſcrupulo uno confectas exhibui, unde quinquies blandè dejecit. Pomeridiano vero tempore, Aquilone vehementer flante, exivit, unde talis alvi fluxus inſecutus eſt, ut miſeram Virginem morti proximam Conſanguinei putarent. Fruſtra omnia corroborantia, adſtringentia, imo ipſa opiata, præter ſequens conditum, fuere exhibita, de quo condito ad nucis moſchatæ quantitatem aliquoties, interjecto ſemper duarum horarum ſpatio, ſumpſit, alvique ille formidandus fluxus fuit cohibitus. Et ob ſuppreſſa menſtrua pilulas purgantes uſurpavit. Et ex frigore in alvi fluxum purgationis die graviſſimũ incidit.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℥iij. *Confect. hyacinth.* ℥jß. *Spec. diagalang.* ℥j. *Ol. nucis moſchat. expreſ.* ℈j. *Cinnamomi ſtillat. gutt.* ij. *Conſerv. roſ. rub.* ℥ß. *Syr. myrtin. q. ſ.* MS. F. Conditum. Verum condito curata fuit.

Tandem in vino medicato continuavit, ac menſtruorum fluxus rediit. En quantum peccent, qui cathartico pharmaco aſſumpto eodem die frigidum aera ſubeunt.

3. Ventriculo poſt purgationem ut conſulatur, ac confortantia exhibeantur, Aretæus cap. de melancholiæ curatione monet: quare vinum calidum cum pane, vitello ovi, & ſaccharo plurimi Practici præſcripſere. Nonnulli vero nonniſi juſculum, in quo vitellum ovi diſſolutum cum pauco pane aſſumendum ſuadent. Ut & ventriculo, ac confortantia exhibenda.

4. Quando poſt fortem evacuationem alvus adſtringitur: quare quoque Veteres non tantum ſubinde clyſteres, ſed ſemper fere die ſecundo à purgatione fortiori balneum ut ingrederetur æger, præſcripſerunt; propterea quod balneum corpus à catharticis deſiccatum humectaret, tum ne alvus ita adſtringeretur. Ideoque Poſt fortem evacuationem adſtricta oleo injecto alvus leniatur.

que finitâ purgatione, ut ſuperius monitum, juſcula detergentia exhibenda, ut teſtatur Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo cap. 29. pag. m. 177. & Dorncreillius de purgat. p.m. 189.

Dyſenteria vel diarrhœa poſt purgationē corroborante &c. ſiſtenda.

5. Ubi purgans diarrhœam vel dyſenteriam cum dolore induxerit, ut ſtatim exhibeatur confortans, acrimoniam temperans, ſimulque parum adſtringens, quale eſt diaſcordium Fracaſtorii, theriaca antiqua; item ſequentes pilulæ opiatæ maximopere conveniunt.

Tali in caſu pilulæ optimæ.

℞. *Opii Thebaic. exſiccatione correcti, tumque ſpiritu vini calidè ſoluti, leviter expreſſi, & ad conſiſtentiam pilularum leni calore inſpiſſati* ℈j. *Terr. vitriol. dulc. Sanguin. dracon. Nuc. moſchat. ana* ʒß. *Ol. cinnamom. ſtillat. gutt.* v. *Nuc. moſchat. expreſſ.* ℈ß. MS. F. Pilulæ no. 48. deaurand.

Harum pilularum in vino calido una ſi exhibeatur, & dyſenteria, vel diarrhœa non tollatur aut imminuatur, dolorve non ſedetur, poſt horam circiter exhibeatur altera, & ſic porro.

Singultus aut convulſio poſt purgationem quid indicat.

Nota, poſt nimiam purgationem convulſionem aut ſingultum ſuccedere, malum, dixit Senex Coac. prænotion. ſect. 4. Coaca 22. & lib. de veratri uſu p. m. 610. in primis in ſenibus ſingultum malum aphor. 41. ſect. 7. imo mortiferum & lethalem eſſe Heurnius lib. 3. method. ad Praxim cap. 8. & Hippocrates aphoriſm. 25. ſect. 7. referunt: quod confirmatum videſis apud C. Celſum lib. 2. in fine capitis octavi p. m. 76. Item pernicioſam eſſe frigiditatem cum ſudore legimus in Coacis prænotionibus ſect. 4. Coac. 25. p.m. 579.

Purgantibus admiſcenda morbis, quibus laborant, contraria.

Maximè in arte medica notandum, ſemperque obſervandum purgantibus medicamentis quibuſvis admiſcenda morbo, quo purgandus laborat, contraria ſpecifica; ut ex. gr. in febribus, antifebrifuga addantur catharticis pharmacis; in ſcorbuto, antiſcorbutica, & ſic de cæteris. Varias ideo formulas purgantes invenies ſtudioſe Lector in ventriculo debili utiles p. 120. in febribus tertianis intermittentibus, p. 120. bilioſis, p. 124. & 125. in motibus epilepticis convulſivis pag. 125. 129. & in dyſenteria, 125. in quartana, p. 128. 134. in paraliſi, p. 128. & 129. in menſtruis ſuppreſſis p. 140. 141. in hydrope, p. 144. & 145. &c. admodum convenientes, quia & morbo reſiſtunt, & peccantes humores ſimul exturbant, ſicque felicior utplurimum effectus poſt φάρμακα καθαρτικά exhibita ſequitur, citiuſque plerumque curantur ægrotantes.

Cathartica ſpecifica juxta Hippo-

Summe neceſſarium quidam putant, ut in humoris alicujus expurgatione ex certa quadam purgantium claſſe cathartica pharmaca

maca ſumantur, quia Hippocrates lib. de purgantibus text 11. p. m. 608. dixit, oportet igitur, inquit, primùm bilioſis dare, quod bilem purgat; pituitoſis, quod pituitam; hydropicis, quod aquam; atrabilariis, quod bilem atram: ſi vero extra hæc purgaveris, quæ quidem purgari debent, non purgabis; quæ vero non debent, ea evacuabis: quare in utramque partem peccabis. Verum poſſunt adhiberi univerſalia ſeu catholica, iiſque ſpecificum humorem præcipuè peccantem educendo aptum admiſceri, nam ſolitariè vix unquam aliquis humor peccat.

cratem exhibenda.

Purgantia præcipue jejuno ventriculo exhibenda, ſupra jam probavimus, exceptis pilulis reſinoſis, quæ cum facilè concreſcant, vel non facilè ſolvantur in ventriculo, liquido quodam ſeu ſolutivo indigent. Notavit enim Johannes Walæus in ſua medendi methodo p. m. 38. nullam ſecutam fuiſſe dejectionem ex reſinæ ſcammonei ſexdecim granis puerperæ exhibitis, imo, quod magis, alvum inde laxiorem non fuiſſe redditam. Aliquando tamen & ſæpius purgantia debiliora, ut ſuperius probatum, præſertim phlegmagoga ſimul, in primis ſi ſint præparantia, poſt cœnam utiliter, teſte experientiâ, exhibentur: melius enim una cum chylo chymoque tranſeunt ad ſanguinem, & ipſum chylum chymumque, qui ob functiones à pituita læſas vitioſi exiſtunt, emendant, ſicque ſimul impediunt, ne nova pituita cumuletur; hinc veſperi poſt cœnam celeberrimi Practici jubent, ægros aſſumere & devorare tres quatuorve pilulas in primis phlegmagogas ſimul præparantes, ut ita earum ope humores à ſanguine ſecernantur, & ad expulſionem præparentur, fluxileſque (juxta Hippocratem aphor. 9. ſect. 2. & ſect. 7. aphor. 70.) reddantur, ſicque mane tutò & jucundè à tribus quatuorve pilulis aſſumptis purgentur: quæ purgandi ratio pituitoſis in primis commodiſſima eſt.

Purgantia jejuno ventriculo aſſumenda prȩter pilulas reſinoſas.

Phlegmagoga poſt cœnam.

Diutius pharmacis catharticis, eorumque formulis, notiſque circa eorum uſum incubui, quia καθαρτικὰ φάρμακα tantum in medicina habent uſum, multique Medici nil niſi venæ ſectionem, julapia, & præſertim cathartica pharmaca præſcribunt: æqui bonique ergo ingenioſe Lector hanc prolixitatem conſule.

Purgationis leges, quas Auctor noſter accuratiſſimè recenſuit, & clariſſimorum Virorum documentis confirmavit, preſſiori modo oratione perſtringam, ut altius Lectorum memoriæ inhæreant. Utut purgationis nomen latiſsimè pateat, & quamcumque ſub ſe evacuationem complectatur; uſus tamen obtinuit, ut pro ea tantum ſumeretur evacuatione, quæ per alvum fieret. Hinc & medicamenta, quæ illam movent, purganria & cathartica dicuntur: quæ quidem ſi mitiora ſint, ut contenta tantum inteſtinorum expellant, Eccoprotica & Lenitiva Practicis audiunt. Sub hoc vero genere continentur primò, quæ inteſtinorum membranas relaxant, quæ in corporibus calidis ac ſiccis plus ſæpenumerò præſtant, quàm validiſsima purgantia, à quorum vehementibus ſtimulis inteſtinorum cavitas nimiùm contrahitur, & motus eorum excretorius ſuffocatur. Secundò, quæ aridas fæces ac nimis inter ſe cohærentes molliores ac dilutiores reddunt, ut proinde illæ, laxata ſua compage, motui inteſtinorum periſtaltico

tico facilius auſcultent. Tertiò, quæ mitius nerveam inteſtinorum tunicã exagitant, ut propterea periſtalticus eorũ motus excitetur, & Peyeri glandulæ partem aliquã de humore ſuo expuant. Hæc vero medicamenta maximè iis conveniunt, quibus alvus eſt adſtricta, & à fæcibus retentis malè ſe habeant: ſic tamen ut in morbis nonnullis injecta potius in alvum per clyſterem exhibeantur, quàm per os propinentur. Id enim in hujuſmodi medicaminum adminiſtratione præcipuè negligendum nõ eſt, ne vel copiâ, vel eorũ frequentiori uſu ventriculi robur dejiciamus, atque ipſius fermenta enervemus. Quæ autem validiora ſunt, & maximam corrupti humoris copiam ſimul cum inteſtinorum contentis per alvum educunt, magis propriè cathartica dicuntur. Omne autem catharticum pharmacum præter vim, quam habet, primas vias irritandi, volatilioribus ſuis particulis novam ciet in humoribus fermentationem, & validiorem in corde excitat motum: quod tum ex pulſu celeriori poſt illud aſſumptum, cum ex eo potiſſimum evincitur, quod plerumque tumores in remotiſſimis ab inteſtinis partibus unius cathartici beneficio evanuerint. Sic ergo cathartica omnia operantur, ut non modo irritatione primis viis illatâ ventriculi ſordes, & inteſtinorum mucum eripiant, felleum ac pancreaticum ſuccum è ſuis fontibus exhauriant, atque glandularum Peyeri humorem ſuffurentur; ſed ſanguinem quoque per venas lacteas ſubeuntia, particulas ejus diſcerpant ac diſgregent, atque per varia viſcerum ſecernicula in cavitatem inteſtinorum propellant. Hæc quum ita ſint, omnino rejicienda non eſſe videntur, quæ circa vires electrices catharticorum Veteres tradidere. Nam quamvis probè ſciam, tincturam variè coloratam ab ipſis pharmacis humoribus excernendis imprimi, quod variorum humorum opinionem nobis ſæpius imponit: nihilo tamen minus quum non omnia cathartica unius modi ac texturæ ſint, & alia mollioribus alia durioribus conſtent particulis, quædam volatilia quædam fixiora; videtur omnino veriſimile, non omnia eodem modo viſcerum fibras ad excretionem ſollicitare, & cuncta humorum genera eadem menſurâ per inteſtinorum poros proijcere. Sic enim ſumendam velim illam catharticorum medicaminum electionem, ut non unius tantum humoris evacuationem cieant, ſed uberiorem unius, quàm alterius ſubſtantiæ copiam expellant. Ut vero ad purgationis leges progrediamur, recolenda prius præcepta illa, quæ ab Hippocrate circa eam accepimus. Primò quidem ſanus Homo nunquam purgandus, niſi tunc tantum, quum morbi antevertendi neceſſitas adſit. Atque ſi is alio remediorum genere, vel curioſo dumtaxat victu anteverti poſſit, tunc à cathartico medicamento abſtinendum malim. Purgatio autem in morbis inſtituenda non eſt, niſi peccans humor in inteſtina facilè devolvi poſſit: quod modo à materiæ craſſitie, modo à viarum, per quas humor ferri debet, conſtrictione vel obſtructione impeditur. Optima itaque purgatio hæc ſibi poſtulat, ut materia, quæ excerni debet, fluxui ſit benè parata, & viæ ipſius ad inteſtina tranſmiſſioni ſint idonea: ex quorum defectu ſæpius evenit, ut licet cathartica pharmaca corpus aliquanto vehementius exagitent, nulla tamen, vel valde moleſta ſequatur evacuatio. Hinc quemadmodum in acutorum principiis purgatio ſine magno non inſtituitur diſcrimine ob ductuum præſertim excretoriorum adſtrictionem à ferventium humorum ſtimulis ortam; ita minus quoque conveniens eſt, in chronicorum infantia ob materiæ excernendæ craſſitiem, ac tenacitatem purgationem moliri. In acutorum vero principiis purgationem admiſit Hippocrates, ſi vel eorum cauſæ in primis adhuc viis conſiſtant, nec dum in venas tranſierint; vel humor ſuo impetu ad excretionem feratur, quod turgentiæ nomine deſignavit. Verum in hoc caſu non tam ſtimulo ad purgandum indigemus, quàm emollire potius vias oportet, quod in praxi conſtanter obſervavi. Satis enim eſt ipſius humoris impetus ad ſe extra vaſa ferendum; tamen ut id ſine moleſtia fiat, maximi eſt momenti, excretoria vaſa ad inteſtina tendentia relaxare: quod non aliunde magis confirmatur, quàm ex eo quod recens ex dulcibus amygdalis expreſſum oleũ plus ſæpenumerò ad purgandum, quàm validiora cathartica, præſtiterit. Cæterum adeo religioſè à catharticis in morbis acutis cavit Hippocrates, ut ex innumeris in libris Epidemicorum acutis affectibus laborantibus pauciſſima eorum occurrant exempla, quibus illa porrexit. Ex hiſce vero magni Senis legibus circa purgationem id jure merito collegit Georgius Baglivus, ut ſi in acutorum principio nulla ſit ſuſpicio inflammationis, ſed potius ea appareant ſigna, quæ pravorum humorum in primis viis colluviem ac turgentiam indicent, tunc minus periculoſa, ac fortè utilis erit purgatio. Sed illud quoque citati Hippocratis præceptum non præteribimus, ut purgationem non moliamur, dum natura aliorſum vergit: omnis enim evacuatio hac lege inſtitui ſemper debet, ut fiat juxta naturæ tendentiam, quæ licet circa morborum curationes nunquam fuerit edocta, vias tamen evacuationibus aptiores Medico demonſtrare ſolet. Hæc quidem ſunt Hippocratis generalia præcepta pro purgatione, ex quibus ſpeciales leges ſponte ſuâ fluunt in ſingularium morborum curationibus obſervandæ. Sed ante illas noviſſe juvat, qualis humor catharticis facilius obtemperet. Primò enim billoſi humoris exceſſus purgatione facili negotio minuitur, ſi vel ille nec nimium craſſus, neque ipſius excretoria vaſa obſtructa fuerint; vel nec acris nimis, neque maximè volatilis extiterit, ut proinde magis oporteat ejus acredinem temperare, impetumque ejus retundere, quàm novis ſtimulis illum provocare. Secundò phlegma ponderoſum à digeſtionis reliquiis in ventriculo, vel mucus inteſtinorum parietibus, & lactearum oſcillis extructus à catharticis haud difficulter eripitur, ſi nec nimium tenax fuerit, neque firmius partibus adhæſerit: in quo caſu incidentia catharticis præmittenda erunt, aut ſimul nupta exhibenda. Hæc autem facilius deorſum per inteſtina devolvuntur, ſi exotico ca-

reant ſapore, & præſertim ſi acidum iis non reperiatur admiſtum: quod niſi prius corrigatur, purgantium vires delumbat, & graviſſima ventris tormina infert. Omnibus autem liquet, peregrinum & infenſum iſtud acidum non modo ex prava ciborum digeſtione exſurgere, ſed etiam à ſanguine per glandulas pancreatis primis viis plerumque ſuppeditari. Tertiò aquens humor in ventriculo vel inteſtinis fluctuans, vel in Peyeri glandulis aggeſtus, quia ad fluendum naturâ ſuâ jam eſt comparatus, catharticis facillimè auſcultat. Denique omne id, quod in morborum declinationibus ſanguis per varia viſcerum ſecernicula ad inteſtina projicit, tamquam maximè concoctum ac digeſtum, facilè per cathartica excernitur. Inter capitis autem morbos, quorum pars maxima curationis à catharticis pendet, eſt Apoplexia, tum quia purgationis beneficio à proximis viſceribus morbi fomes detrahitur; tum quia ſanguis in cerebri vaſis majori exultat motu; cum etiam quia validioribus catharticorum ſtimulis meningum oſcillationes reficiuntur, ut proinde facilè cerebrum extra ſuos ſinus morbi cauſam projiciat. Quoniam vero Apoplexiæ fere ſimiles ſunt affectus Lethargus & Paralyſis; idcirco in horum quoque morborum curatione cathartica non ſunt rejicienda. Hæc tamen paulò validiora ac in reliquis morbis eſſe debent, ut vehementius corpus exagitando naturam funeſto ſopore ſepultam excitare poſſint. Epilepſiæ vero paroxyſmus licet cathartici uſum limitet, à cujus ſtimulis convulſivi motus invaleſcerent; tamen ad morbi recurſum præcavendum illud maximè valere, unanimi conſenſu judicarunt Practici, & experientia confirmavit. Utilis quoque eſt purgatio in eo linguæ Tumore, qui Ranula dictus ad OEdematis naturam accedit, præſertim ne majora ille ſumat incrementa. Sed in Aſthmate à primis viis oriundo præſtantiora ſunt cathartica, ut pote quæ viſcidam materiam, quæ morbum illum fovere ſolet, eripiunt. In Febribus vero, quæ periodicæ ſunt, egregia eſt medicina tempeſtiva purgatio: ſed lymphaticæ, ardentes, hecticæ, & quæ ſunt de malignarum genere ejus uſum interdicunt. Fames quoque à catharticis acuitur, ſi pinguior & craſſior mucus ventriculi fermenta irretiat. Sic etiam evaneſcit Icterus, ſi à viſcidioribus alimentis ſit prognatus, & altas adhuc non egerit radices: ſed nocua eſt purgatio, ſi ille Febres ſequatur. Morbi autem, qui ex putri meſenterii cacochymia exſurgunt, quæ ipſi à primis viis ſuppeditatur, catharticis tantum pharmacis auſcultant. In affectione vero hypochondriacâ levior dumtaxat purgatio confert, quæ tamen inſtituenda eſt, poſtquam morbi furor conquieverit. Diarrhoici etiam affectus catharticis cedunt, præſertim ſi recentes ſint, & à diætæ errore ortum ſuum traxerint, aut ſi acris mucus ab inteſtinorum parietibus detergendus ſit: quæ ratio præcipua eſt, cur à purgatione Dyſenteria plerumque cohibeatur. Licet vero pro Hydrope curanda humorum ſegnitiem diſcutere, & ſanguinis fermentationem inſtaurare oporteat; tamen emortuæ ſimul in partibus aquæ per cathartica educendæ. In Menſtruorum vero defectu & Cachexiâ quid valeat mitior ac repetita purgatio, jam ſatis norunt ſaniores Practici. In Vulneribus quoque, & Ulceribus inveteratis convenit humores per alvum ducere, ne novis ſemper ſordibus affectam partem commaculent. Atque ut omnes alios affectus prætereamus, quibus purgatio vel conveniens, vel neceſſaria eſt, præſtat magis catharticis pharmacis Arthritidis præſervationem moliri, Luis Venereæ ſymptomata compeſcere, & redeuntem Scabiem repellere, quàm alio medicaminum genere. Vetant autem primò purgationem Hæmorrhagia gravior, & omnis inflammatio, ne ſanguis majori impetu extra ſua vaſa feratur. Secundò tuſſis cujuſcumque generis, præter illam, quæ à ventriculi infarctu deſcendit. Tertiò Tabes, ne exitiale alvi profluvium concitemus. Quartò Singultus, qui tantum abeſt, ut à catharticis cohibeatur, ut potius ab eorum acredine invaleſceret. Denique purgationem etiam interdicunt alvus copioſius fluens, obſtructiones valde pertinaces ac inveteratæ, atque omnium maximè Variolæ & Morbilli, ne cutis exanthemata interiora verſus compellamus. Homines vero purgationi aptiores ſunt juvenes, calidâ & humidâ ſimul corporis conſtitutione prædìti, laborioſam qui agunt vitam; atque omnium magis illam perferunt, qui ei inſtituendæ aſſueverint. Sed ægriùs illam ſubſtinent Pueri ac Senes, nimium graciles & aridi, quammaximè pingues, atque qui ſanguine abundant, ut ſæpe neceſſe ſit prius ſanguinem iſtis detrahere, deinde purgationem moliri. Verum licet in reliquis minus ſoleat eſſe periculoſa purgatio; nihilominus in gravidis plena eſt diſcriminis, atque in initio & fine geſtationis magis, quàm intermediis menſibus. Inter anni autem tempora vernum purgationi commodius eſt, tametſi omni alio tẽpore purgare liceat, quum morbus catharticum pharmacum efflagitet: ſed vitare in primis oportet caniculares dies, in quibus purgationes quammaximè moleſtæ eſſe ſolent. Hæc autem ante purgationem inſpicienda ſunt: ut humores non ſint nimium craſſi, ſive ad fluendum inepti, ut excretorii ductus pateant, atque fæces duriores inteſtina non occupent. In ipſo autem cathartico exhibendo jucundior eligatur forma, quæ nauſeam vel vomitum non moveat: qui tamen obortus benè olentibus naribus admotis coercendus eſt. Præſtat vero humidioribus corporibus aridum, ſiccioribus liquidum catharticum porrigere, aut paulò poſt juſculum exhibere. Eo vero ſumpto maneat Patiens in lecto calidus, & eò uſque à cibo & potu ſe abſtineat, donec purgatio fuerit peracta; atque priſci ævi Medicis indulgeat, qui unicâ cibatione in purgationis die contenti erant. Si autem hypercatharſis ſequatur, confortantibus, & opiatis ſimul nuptis cohibenda erit.

CAP. VI.

De clyſteribus, & ſuppoſitoriis.

Clyſteres quid ſint.

CLyſter Græcis κλυστὴρ, κλύσμα, κλυστήριον à κλύζω abluo, eluo, purgo, propriè ablutionem & elutionem ſignificat: vulgò quoque enema ab injiciendo vocatur. In genere etſi quodlibet medicamenti genus liquidum, quod in partem aliquam infunditur, ſignificet, plerumque tamen accipitur pro medicamento, quod per anũ in inteſtina injicitur: propriè ergo eſt injectio abluendi, eluendi, aut purgandi vi prædita. Franciſcus Joel lib. 2. ſect. 5. phyſiolog. text. 14. de excretis & retentis p. 121. & 122. clyſterem deſcribit, quod ſit liquor ex herbis decoctis expreſſus, & cum oleo ſubducentibuſque medicamentis & momento ſalis, aut pro ratione morbi aliis rebus convenientibus commiſtus, & per ſiphonem in rectum inteſtinum tepens vacuo ventriculo infuſus.

Quare præſcribantur.

Varios ob fines clyſteres injiciuntur, ac in omnibus fere inteſtinorum præſertim craſſiorum vitiis conducunt: quare vel ad excrementa emollienda aut educenda, vel ad humores acres temperandos mitigandoſque, ſicque dolores ex humorum acredine &c. oriundos leniendos & tollendos; vel ad ulcera detergenda & conſolidanda; vel ad flatus diſcutiendos; vel ad pituitam viſcidam & tenacem incidendam, & attenuandam, præſcribuntur. Quare inquit Joel loco ſtatim citato; clyſteris beneficio omnia ſuperiora viſcera & præcordia preſſa levantur. Meritò ergo cum C. Celſo lib. 2. cap. 12. text. 2. de alvi ductione conquerendum & dolendum, multi Medici, modò Medici, clyſteres non tantum quod flocci faciant, verum etiam contemnant eoſdem & damnent: qui tamen omni corpori debili, & robuſto, item Viris, Fœminis, Adultis, Senibus, Pueris, & Infantibus conveniunt, ut videre eſt apud Johannem Walæum in ſua medend. method. p.m. 52. Clyſterum utilitatem Morellus method. præſcribendi formulas remediorum lib. 2. ſect. 2. cap. 14. p.m. 245. 246. 248. & 249. tradidit, inquiens, inteſtinorum fæces humoreſve peccantes varios undecunque cumulatos expurgant; parteſve vicinas, renes, veſicam, uterum &c. ab humoribus aliiſque rebus peccantibus vacuant & liberant; aut fæces emolliunt, humorumve acrimoniam leniunt, dolores demulcent inteſtinorum, renum, veſicæ, uteri; item vel flatus diſcutiunt, aut ulcera conſolidant, alvique fluxum (adſtringendo, temperando, leniendove) ſiſtunt, necnon vermes aut necant aut eliciunt. Quare nulla fere affectio, vel corporis

A nonnullis damnantur.

Verum à plurimis meritò laudantur.

pars

pars eſt, quæ à clyſtere ſolamen non percipiat, maximè eo, qui alvum expurgat, qui ideo etiam omni purgationi (juxta Hippocratem aphor. 70. ſect. 7. & C. Celſum lib. 3. cap. 18. p.m. 154. & 155.) utiliter præmittitur, ut facilior fiat & expeditior viis patentibus purgatio ſine tormine vel vomitu: cum aliàs impuritates variæ retineantur, quæ vel ipſæ remeant in varias partes, vel halitibus vaporibuſque inde expirantibus & exhalantibus vario modo ipſas afficiunt.

Vulgò quoque nutrientes & corroborantes præſcribuntur clyſteres: an vero id efficiant, quare vulgò adhibentur, in ſequentibus demonſtrabimus. Clyſteres nutrientes & corroborantes an dentur.

Clyſter vel ſimplex ex ſimplici quodam liquore, ut aquâ, lacte, oleo, &c. paratus: vel compoſitus, cum nempe radices, cortices, folia, flores, ſemina, fructus &c. in liquore convenienti incoquuntur, & in eo expreſſo quædam diſſolvantur. Aſt illa radicum, ſeminum, foliorum &c. varietate non ſemper opus eſſe, pauca vero ſimplicia ſæpius proficere jam conſtat. Nota: Priſci ſolâ mulſâ & oleo contenti erant; quare inſpiciatur modo cit. Celſus lib. 2. cap. 12. de alvi ductione p.m. 86. inquiens, levi medicinâ ſi contenti ſumus, pura tantum aqua in alvum immittenda; ſi paulò valentiori, mulſa; ſi leni, aqua, in qua fœnum græcum, vel ptiſana, vel malva decocta ſit; ſi reprimendi causâ, ex verbenis. Daniel Sennertus lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 24. de clyſteribus p.m. 831. ſequenti modo diſſerit: ſimplicia medicamenta omnia coquuntur (in petia, ſi acria purgantia &c. exiſtant, ligata) in ſufficienti quantitate aquæ, lactis, &c. Colaturæ recip. ab ℥ij. ad ℥xv. pro ratione ætatis: nam Infanti primum ℥ij. hinc paululum adultiori ℥iij. jv. v. vel vj. ſufficiunt, adulto plerumque ℔j. ſumitur, interdum etiam ℥xv. interdum tamen, ubi ſcilicet clyſterem diutius retineri cupimus, & ne copiâ alias partes premat, ut in calculo, ſic & in gravidis, hydropicis, flatulentis, & Senibus &c. ſaltem ℥viij. vel ℥x. præſcribimus. Ubi ſolum emolliendum, olea ſaltem addimus, vel butyrum, & quidem in majori quantitate, quàm quidem aliàs: quæ vero vim purgandi, & naturam irritandi habent, tunc planè omitti debent, ne durioribus fæcibus in inteſtinis hærentibus fruſtra ſtimuletur natura, & graviora inde mala gignantur. Contra ubi purgandum, revellendum, acriſque clyſter requiratur, ibi olea, quibus acrium & purgantium vis obtunditur, omittenda ſunt, addendaque electuaria purgantia duplo fere pondere, quo aliàs per os ſumi ſolent, vel pilulæ diſſolvuntur: omnia tum miſta moderatè calida non frigida (ut rectè monuit C. Celſus lib. 2. cap. 12. tit. 2. de alvi ductione p. 86.) horâ unâ vel alterâ ante cibum alvo injiciatur. Si præter debitum diutius retineatur clyſter, æger ſe ſe moveat, vel

Clyſteres quotuplices.

Eorum quantitas.

oleum amygdalarum dulcium recens expreſſum aut ſolum, aut cum juſculo ſumat, aut glandem ano indat.

De ſuppoſitorio ſ. glande.

Suppoſitorium quid ſit.

Glans, grecè βάλανος, vulgò ſuppoſitorium, eſt medicamentum ſolidum ex melle ad duritiem cocto, ſale, & hieræ ſpecie, vel colocynthidis pulvere conformatum, figurâ tereti & oblongâ; ano dicatum. Craſſities horum ſuppoſitoriorum non minorem digitum, longitudo vero non tres vel quatuor digitos tranſverſos excedat.

Qua de cauſa adhibendum.

Utimur, inquit Petrus Goræus cap. 1. de ſuppoſitor. ſuppoſitorio tribus maximè de cauſis. Prima eſt fæcum in primis induratarum in inteſtino recto contentarum educendi gratiâ, quæ cum in inteſtino recto exiſtant, clyſter non requiritur. Secunda, quando unus vel duo clyſteres prius injecti non redeunt per alvum, ut in colicis doloribus ſæpe accidit: tunc enim clyſteres alios indere periculoſum eſt; quare ſatius eſt, ut natura ſuppoſitorio ad excretionem tum ſtimuletur. Tertia eſt propter ægroti imbecillitatem, aut conſuetudinem, aut averſationem, qui multò facilius ſuppoſitorium, quàm clyſterem admittit. Tribus hiſce quartam cauſam & rationem addit Hippocrates lib. 4. de victus ratione 45. ſi, inquit, virtus fuerit imbecillis, aut ſopita, glande utendum: quare acriora ſi exiſtant, in ſoporoſis affectibus multum præſtant.

In primis in ani affectibus.

Conveniunt quoque interdum ad proprios ani affectus, cum ſcilicet ulcus eſt in inteſtino recto, ut nempe detergeant, conſolident, & exſiccent; cum dolor adeſt, ut eum ſedent & demulceant; cum aſcarides adſunt, ut eoſdem interficiant aut eliciant. Sic quoque ad hæmorrhoides aperiendas, aut ſiſtendas, vel ad teneſmum, vel ad ſphyncteris laxitatem aut paralyſim, doloreſve ibidem excitatos leniendos &c. nonnunquam præſcribuntur, ut legimus apud Heurnium in Praxi medic. lib. 1. cap. de ſuppoſitoriis.

Suppoſitoria quotuplicia.

Suppoſitoria ſunt vel ſimplicia ex caule & radice porri, betæ, braſſicæ, &c. detracto cortice externo; vel ſapone albo, vel Hiſpanico, lardove in formam glandis acuminato, vel etiam ex melle ad duritiem cocto; vel alumine, &c. confecta: vel compoſita, ex melle ad ſpiſſitudinem cocto, ſale gemmæ, vel communi, colocynthide &c. facta & præparata.

Suppoſitoriorum quatuor plerumque numerantur genera. 1. lenia, que Infantibus ſufficiunt, ex lardo, ficu inverſâ, ſevo hircino, bubulo, &c. fiunt. 2. mediocria, quæ parantur ex melle ad craſſitiem cocto, ſtercore muris nonnunquam addito; vel ex vitello ovi, ſale, & modico croci; vel ex melle & ſapone albo vel Hiſpanico. 3.

co.3. fortiora, quæ componuntur ex melle, ſale, & ſpecierum purgantium pulvere, ut hieræ, ſ. hieræ cum agarico, aloe &c 4. fortiſſima, cum præter mel ſpeciebus ad ſuppoſitoria paranda convenientibus addatur helleborus albus, euphorbium, ſcammonium, colocynthis, ſal armoniacum, nitrum, alumen, fel taurinum &c. quibus non utimur, niſi ubi inteſtinorum vis ſopita eſt, ut in ſoporoſis capitis affectibus evenit.

Acria hæc ſuppoſitoria non applicanda iis, qui in ano habent ulcera, fiſſuras, inflammationes, atque alios tumores, & cum ex hæmorrhoidibus dolores infeſtant.

Varia & innumerabilia quia paſſim occurrunt clyſmata & ſuppoſitoria, horum formulas quaſdam vel ad fæces induratas emolliendas, exturbandas, dolores ſedandos, flatuſque diſcutiendos &c. Lectori benevolo dabimus.

Clyſterum formulæ.

Clyſterum formulæ.

℞. *Rad. alth. Malv. ana* ℥ß. *Fol. malv. Mercurial. ana* M. jß. Coq. in ſ. q. aq. commun. in colatur. ℥vij. vel viij diſſolv. *Elect. leniti v.* ℥jß. *Ol. lilior. alb.* ℥j. *Mell. virgin.* ℥ß. MS. F. Clyſter in fæcibus induratis conveniens. — Clyſter emolliens.

℞. *Decoct. commun. pro clyſtere emolliente* ℥viij. *Elect. diacathol.* ℥iß. *Mellis mercurial.* ℥vj. *Salis gemmæ* ℥ß. MS. F. Clyſter emolliens, & purgans. — Emolliens & purgans.

℞. *Juſcul. vervecin.* ℥viij. *Elect. diaphœnic.* ℥ij. *Mellis virgin.* ℥j. MS. F. Clyſter purgans, quibuſdam in frequenti uſu.

℞. *Lact. bubul. recent. & ſi lubet prius chalybeati* ℥viij. *Terebinth. Venet. in ovi vitello diſſolut.* ℥ß. *Mellis roſati* ℥j. MS. F. Clyſter in inteſtinorum craſſiorum ulcere, & dyſenteria utiliſſimus. Hunc deſcripſit clariſſimus doctiſſimuſque Vir Dn. Fr. de le Boe Sylvius in ſua Praxeos Medicæ idea nova cap. 13. §. 51. p. m. 140. — In dyſenteria & inteſtinorum ulcere.

℞. *Herb. ſanguinar. Tormentill. ana* M. j. *Flor. roſar. rub. Hyperic. ana p.* ij. *Rad. biſtort.* ℥ij. Coq. in ſ. q. lactis bubuli recentis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Terebinth. Venet. in ovi vitello diſſolut.* ℥ß. *Mellis roſati* ℥j. *Balſam. ſulphur. terebinthi.* ℥ß. MS. F. Clyſter, in dyſenteria abſtergens, adſtringens, & conſolidans. — In dyſenteria abſtergens & conſolidans.

Nota: Theriaca recens vel diaſcordium ſimilibus clyſteribus ſi addatur, mirum præſtant in dyſenteria epidemica, & hypercatharſi, tumque dolores ſimul leniunt, & blandè provocant ſomnum. — Theriaca &c. in dyſenteria epidemica.

℞. *Fol.*

℞. *Fol. verbaſci* M. j. *Flor. ejuſd. Papav. rhead. ana p.* ji. *Sem. cydonior.* ℥iij. Coq. in ſ. q. lact. bubul. in colatur. ℥viij. diſſolv. *Sevi hircin.* ℥ß. *Vitell. ovor. no.* j. MS. F. Clyſma in teneſmo.

In teneſmo

Sevum hircinum in dyſenteria &c.

Aliquando ſevum hircinum in dyſenteria, teneſmo, &c. additur ad dolorem leniendum, & oblinendam veluti faciem internam inteſtinorum, ne acres humores magis exulcerent. Obiterq; nota, ovi vitello diſſolvendum, aliàs ſtatim congelaſcit, ut monuit Morellus method. præſcribendi formulas remediorum lib. 2. ſect. 2. cap. 14. p. m. 247.

In dolore ventris ſcorbutico.

℞. *Fol. cochlear. Hyoſciam. ana* M. j. *Flor. chamomill. Papav. err. ana p.* ij. *Bacc. laur.* ℥iij. Coq. in. ſ. q. lactis bubuli recentis vaſis optimè clauſis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Ol. cochlear. Elect. lenitiv. ana* ℥vj. *Vitell. ovor. no.* j. MS. F. Clyſter in dolore ventris ſcorbutico.

Convenit quoque hoc in caſu clyſma ex ſolo lacte & pauxillo ſaccharo; lenit enim dolores, mitigat temperatque acrimoniam ſalis ſcorbutici, ſimulque laxat.

In dolore colico.

℞. *Flor. chamomill. Papav. errat. ana* Mß. *Bacc. laur.* ℥iij. *Cort. aurant. Sem. carui Fænic. ana* ℥ij. Coq. in vini & aq. commun. q. ſ. vaſis maximè clauſis, in colat. ℥vj. vij. vel viij. diſſolv. *Elect. de bacc. laur.* ℥iß. *Ol. chamomill.* ℥ß. *Caſtor. pulv.* ℥ß. MS. F. Clyſter flatus diſcutiens, & dolorem ſedans in colica. Quod ſi dolor hoc clyſmate non tollatur, ſequens præſcribatur.

℞. *Flor. ſambuc. Chamomill. Roman. Melilot. ana* M. j. *Rad. malv. Alth. Sem. carvi ana* ℥ij. Coq. in ſ. q. vini malvatici, in colat. ℥viij. diſſolv. *Elect. de bacc. laur.* ℥vj. *Laud. opiat. gr.* ij. *ad* iv. MS. F. Clyſma maximè dolorem colicum leniens.

In affectibus hypochondriacis

℞. *Herb. marrub.* M. j. *Epithym. Cuſcut. ana* M. ß. *Rad. quinque aperitiv. ana* ℥ij. *Sem. cartham. Agaric. leviſſim. in petia ligator. ana* ℥iij. Coq. in ſ. q. ſeri lactis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Elect. diaphœn. Bened. laxat. ana* ℥ß. *Sal. gemm.* ℈ij. MS. F. Clyſma ad pituitam viſcidam & tenacem incidendam, in affectibus hypocondriacis conveniens.

In calculo.

℞. *Fol. malv. Parietar. Veron. ana* M. j. *Sem. lini Fœnu græc. ana* ℥ß. Coq. in ſ. q. aq. commun. in colat. ℥viij. diſſolv. *Ol. amygdalar. dulc. & Amar. ana* ℥iß. *Sacchar.* ℥ß. MS. F. Clyſter in calculo.

In calculo renum aut veſicæ omnes clyſteres benè audiunt, emollientes, ſi ſimul alvus adſtricta ſit; carminativi, ſi ſimul flatus concurrant; & ſic de cæteris.

Conveniũt quoque in

Conveniunt quoque paulò calidiores, ſi injiciantur in menſtruis

ſtruis ſuppreſſis à pituita viſcida in primis oriundis; tum neceſſe eſt ut diutius retineantur, ſicque non rarò evenit, ut pituita viſcida obſtructionis ſæpius cauſa ſolvatur, viæ laxentur, vaſaque aperiantur, & menſtrua brevi aliquando ſubſequantur.

menſtruis ſuppreſſis, ſi paulò calidiores injiciantur.

℞. *Herb. rut. Serpill. Origan. Roriſmar. ana* M. ß. *Flor. lavendul.* p. iij. *Rad. imperator. Irid. noſtr. ana* ʒij. *Pyreth. Cyclam. ana* ʒiij. *Sem. cartham. in petia ligat.* ʒj. *Pulp. colocynth.* ʒß. Coq. in ſ. q. aq. commun. colat. ℥viij. add. *Elect. diaphœnic.* ℥iß. *Caſtor. optim.* ʒj. *Sal. armon.* ʒß. MS. F. Clyſma, in affectibus ſoporoſis, apoplexiâ, lethargo, comate ſomnolento &c. admodum conducens.

In affectibus ſoporoſis, apoplexiâ, lethargo &c.

℞. *Fol. rut. Aſar. Tabaci ana* M ß. *Summit. centaur. min.* M. j. *Rad. ariſtoloch. rotund. Irid. noſtr. ana* ʒß. *Hellebor. nigr. Cyclamin. ana* ʒiij. *Bacc. laur. Gran. paradiſ. ana* ʒij. Conciſa & contuſa coq. in aq. commun. & urin. ana q. ſ. in colatur. ℥viij. diſſolv. *Trochiſc. alhandal Caſtor. optim. ana* ʒiß. *Mell. anthoſat.* ℥ß. *Elect. hier. picr. cum agar.* ℥j. MS. F. Clyſter, in lethargo, cæteriſque ſoporoſis affectibus perutilis.

℞. *Herb. ſoldanell. Mercurial. ana* M. j. *Flor. ſambuc.* M. ß. *Rad. ireos noſtrat. Imperator. ana* ℥j. *Mechoacan.* ʒß. *Cort. inter. ſambuc.* P. j. *Bacc. laur.* ʒß. *Sem. cumin. Carvi ana* ʒij. Coq. in ſer. lactis & urin. ana q. ſ. in colatur. ℥vij. diſſolv. *Elect. de bacc. laur.* ℥j. *Salis gemm.* ʒij. MS. F. Clyſma, in hydrope nonnullis in frequenti uſu.

In hydrope.

In hydrope egregiè quoque operatur clyſma ex ſola urina tepida confectum ſi injiciatur, ut varii Practici teſtantur.

In contumaciſſima alvi obſtructione D. Johannes Michael P. M. Profeſſ. public. Lipſ. in Morelli methodum præſcribendi formulas valdè commendat ſequens clyſma.

℞. *Decoct. herb. mercurial.* ℥viij. in quibus coq. per horæ quadrantem *croc. metallor. pulveriſ.* ʒß. *vel* ʒj. Colatur. add. *Mell. mercurial.* ℥iß. *vel Taur. fell. inſpiſſat.* ʒj. *Stercor. muris* ʒiß. MS. F. Clyſma.

In contumaciſſima alvi adſtrictione.

Varii enemata ex antimonio parata laudant; quare inſpiciatur quoque Freitagius auror. Medicorum p. m. 641., & pharmacia chymica Belgico idiomate conſcripta lib. 7. p. m. 402.

Si enemata aliquoties applicata, etiam ex fortiſſimis etſi confecta, non operentur, ſequens tantum injiciendum, quod nunquam fallit, ut teſtatur D. Johannes Michael P. M. loco citato, & Philippus Grulingius in ſuo Florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 6. cap. 32. de clyſteribus p. m. 191. & 192.

℞. *Aq.*

Omnibus incaſſum adhibitis clyſma.

℞. *Aq. calid.* ℥x. *Sal. commun.* ℥ij. Miſta & ſoluta pro enemate injiciantur. Dicta ſequens caſus comprobat.

Juvenis poſt caſtaneas toſtas in alvū aſtrictam.

Juvenis viginti quatuor circiter annorum, pituitoſus, alvo adſtrictiori, niſi jejunus fiſtulam tabaci ſugeret: in convivio quodam invitatus, caſtaneas toſtas abſque butyro plus ſolito comederat, tunc veſperi & totâ nocte de præcordiorum compreſſione ac gravativo quodam dolore conqueſtus eſt; quare inſequenti die mane fiſtulâ unâ, vel alterâ tabaci uſus eſt: verum neutiquam ſolito effectu, ſed ejus loco primò nauſeam cum dolore gravativo imo diſtendente ſenſit, quam mox vomitus pituitoſorum ac bilioſorum fuit ſecutus, alvo adſtrictâ manente. Quare Medicus accerſitus, ſequentem hauſtulum purgantem ſequenti mane aſſumendum, & hanc mixturam cochleatim uſurpandam præſcripſit.

Præcordiorum anxietatem.

Ac vomitū pituitoſorū &c. incidit.

Quare miſturam ſtomachicam flatus diſcutientem.

℞. *Aq. menth. ſtill. Fœnicul. Cortic. aurantior. ana* ℥iß. *Vit. Matthiol. Spirit. carminat. Sylv. ana* ℥ß. *Elixir. proprietat. cum oleo tartar. per deliquium parat.* ʒij. *Syrup. menth.* ℥vj. MS.

Et hauſtum purgantem aſſumpſit.

℞. *Electuar. cholagog. Sylv. Hydrag. ejuſd. ana* ʒij. *Tartar. vitriolat. gran.* xij. *Sal. volat. oleoſ. gutt.* xvj. *Aq. fœnic. q. ſ.* M. S. F. hauſtus.

Manente alvo adſtrictiori.

Poſt miſturam aſſumptam nauſea vomituſque brevi evanuere. Verum uſurpato hauſtu purgante ne ſemel quidem alvum depoſuit æger; quare ſequens enema præſcripſit Medicus, & veſperi ac mane tria cochlearia elixiris ſalutis in ſuperioribus deſcripti aſſumenda.

℞. *Decoct. emollient. & carmin. pro clyſter.* ℥viij. *Electuar. diacathol.* ℥ij. *Sal. gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter pro Viro.

Unum vel alterum enema fruſtra fuit injectum.

Verum incaſſum his jam adhibitis, idem enema bis illo die iteratum fuit, adaucto ſale gemmæ ad drachmas duas treſve, decoctumque vulgare purgans datum, ſed oleum & opera perdita. Quare alter Medicus fuit vocatus, qui dicta cum intellexiſſet, & ægrum de dolore ventris gravativo & diſtendente, reſpiratione difficiliore valde conquerentem &c. vidiſſet, una cum priori Medico enema ex aqua & ſale communi mox memoratum adhiberi juſſit, ac intra horam unam vel alteram alvum reddidit, fæceſque induratas magna in quantitate excrevit, brevique omnia ſymptomata evanuere, ac poſtea nonniſi decoctum purgans aliquandiu uſurpavit, & curatus fuit.

Tandem clyſter ex ſale & aqua fuit adhibitus, & brevi fuit curatus.

Clyſteres nutrientes & corroborantes ex quibus præparantur.

Clyſmata nutrientia & corroborantia vulgò ſequenti modo præſcribuntur, creduntur que nutrire & corroborare. In paralyſi linguæ, anginâ, ventriculi ulceribus &c. ubi deglutiri non poſſunt cibi, & tamen ne deficiant ægrotantes, dicta clyſmata applicantur:

℞. *Ju-*

♃. *Juris Capon. Vitulin. ana* ℥jv. *Crem. hord.* ℥ij. *Lact. Vaccin.* ℥iij. *Vitell. ovor. no.* ij. MS.F. Clyſter nutriens. Horum formulæ.

♃. *Vin. optim.* ℥x. *Panis tritic. exſiccat. & ſubtiliter pulver.* ℥ß. *Vitell. ovor. no.* ij. MS.F. Enema ſimul corroborans.

Quinque in horum adminiſtratione obſervanda.

In horum clyſterum adminiſtratione quinque præcipuè veniunt obſervanda.

1. Ut alvus ſi non ſit laxa, aut ab excrementis libera clyſtere purgante, aut ſuppoſitorio ſolvatur, ſicque à fecibus & excrementis liberetur, ne enemata nutrientia aut confortantia, vireſque debilium conſervantia & reficientia, fæcibus commixta ab iiſdem inquinentur & inficiantur, nullique blandi reficientes aut nutrientes ſed inquinati tantum halitus in venas lacteas intrudantur; ſicque nutritio, virium refectio aut conſervatio &c. impediatur, ut putat Hadrianus à Mynſicht in ſuo armamentario medico-chymico ſect. 32. de clyſteribus p.m. 430.

2. Ut majori copiâ (quàm quidem in vulgaribus clyſteribus plerumque ſolet fieri) præſcribantur, ſæpiuſque iterentur, fortiterque ſemper injiciantur, docente Paræo in operib. chirurgic. lib. 25. cap. 22.

3. Ut injecto tali nutriente vel corroborante clyſtere, ſomno ſe tradat æger; ſic enim diutius & facilius retinebit, (quod maximè obſervandum) quippe ſomnus ventrem adſtringit, ejuſque vacuationes impedit & ſiſtit, ut teſtantur Hippocrates aphor. 15. ſect. 4. & C. Celſus lib. 1. cap. 3. titul. de his quæ alvum adſtringunt & ſolvunt, p.m. 32.

4. Ut ex euchymis & eupeptis, benèque nutrientibus, aut reficientibus & corroborantibus volatilibus blandis præparentur, ut ita levi tantum in inteſtinis mutatione in venas lacteas intrudi, & motus periſtaltici beneficio impelli poſſint dicti clyſteres.

5. Ne ſalia, olea, acriaque ulla addantur, utpote quæ alvum ſolvunt, ac dicta enemata nonniſi inficiunt, ut videre eſt apud Ambroſium Paræum loco citato.

Ex dictis clyſteribus nutriri & corroborari poſſe (g) cibum qui

 aver-

(g) Nutrientes clyſteres, quibus Veteres nonnulli nimiùm indulſere, hodierni modo Medici rejiciunt, & præſertim Ettmullerus, qui inter inania & anilia figmẽta eos recenſuit; hoc præcipuè ductus argumento, quod clyſteres ii ultra colon nõ adſcendant, obſtante ipſius valvulâ, nihilq; poſſit nutrire, niſi prius in ſtomacho fuerit digeſtum, & in duodeno à ſuis ſordibus depuratum. Unus tamen eſt Peyerus, qui in elegantiſſima de glandulis inteſtinorum exercitatione à blanda ſpirituum cum liquore alimentario injecto, ut ipſe loquitur, commotione nonnihil etiam emolumenti ſanguini redundare, & ipſius fermentationem ad tempus conſervari luculenter demonſtravit. Sanè, ſi vera loqui velimus, fateamur oportet, particulas liquoris per clyſterem impulſi ad ſanguinem per capillarium vaſorum oſcilla permeare, atque quum illæ volatiliores ſint, nervos etiam ſubire, & altius colo adſcendere. Quod quidem tum iis, qui à vino in anum injecto ebrii redditi ſunt, cum præſertim ex eo evincitur, quod opium per clyſterem re-

Ex dictis parati clyſteres nutrire & corroborare aſſerunt nonnulli Medici.

averſantur, vel faſtidiunt, vel aſſumere nequeunt ægrotantes, olim putarunt & probarunt varii Medici, ut Oribaſius collect. lib. 8. cap. 24. Aetius Tetrab. 3. ſermon. 1. c. 2. C. Celſus lib. 3. cap. 19. p. m. 158. Ambroſ. Paræus Chirurg. lib. 25. cap. 22. Rondeletius de medicamentis titul. Clyſteres ad nutriendum. Hanc ſententiam qui protegunt, ſtatuunt, ventriculum famelicum nutrimentum ſibi gratum ac neceſſarium attrahere, (quare etiam clyſterem maximâ vi manibus compellendum eſſe docent, ut ita clyſma ad remotas ſuperioreſque partes aſcendat) & in ipſis inteſtinis fieri primam quandam cibi elaborationem, quæ ſanguificationem præcedit: ipſa enim inteſtina aliquam coquendi, & chyli elaborandi vim habere teſtatur Galenus lib. 14. de uſu partium cap. 17. ſicque nutriri poſſe ægrotantes putant. Contrarium vero qui docuere, ex ſanguine tantum corpus noſtrum nutriri, ſanguinemque nonniſi ex chylo prius in venticulo è cibis elaborato fieri; longiorem quoque eſſe inteſtinorum tractum, & tot circuitibus & gyris implicatum, quàm ut vel violentâ illâ impulſione, obſtante nempe coli valvulâ, ad ventriculum pervenire, vel à ventriculo facilè attrahere cibum poſſint; ſolumque ventriculo, non vero inteſtinis cibi in chyl um mutationem Galenum loco citato attribuere probant, eoque concludunt crudos cibos in inteſtina infuſos nutrire non poſſe.

Verum nonnulli negant.

Recentiores priorem ſententiam quâ ratione probent.

Recentiores priorem ſententiam ſequenti modo probant: certum eſt, inquiunt, aliquam in inteſtinis clyſterum nutrientium & confortantium mutationem, levemque quaſi concoctionem juxta Galenum loco citato fieri, ſicque non crudos eſſe cibos, ſed quodammodo concoctos & alteratos; clyſtereſque nutrientes & corroborantes ex cibis euchymis & eupeptis vel confortantibus volatilibus eſſe confectos; leviterque jam concoctorum clyſterum partem ſubtiliorem in vaſa lactea intrudi, (anatomia enim talia vaſa lactea in inteſtinis craſſioribus, etſi pauciora, quàm quidem in tenuibus inteſtinis, demonſtrat) ſicque per vaſa lactea inteſtinis inſerta ad glandulam meſenterii ſeu pancreas Aſellii, perq; ductum thoracicum ad cor partem illam tranſcolatam deduci, ibique cum ſanguine aſcendente & deſcendente commiſceri, in ſanguinem tranſmutari; unde vires

receptum Coma induxerit: quale exemplum tradidit Salmuth cent. 2. obſervat. 97. Sed res extra controverſiam erit, ſi conſideremus nicotianæ clyſmata aliquando vomitum peperiſſe: cui ſimile refert in Tentamine de corporum Animalium poroſitate Robertus Boyle de Medico Londinenſi, qui vomitum ſæpenumerò ſibi procuravit decoctâ nicotianâ articulis ſuis, aliiſque externis partibus applicatâ. Ut vero earum rerum nullam prætereamus, quæ rem illam confirmare poſſint, notabimus ex Adriano Helvetio inter Pariſienſes Medicos magni nominis, à china china ſub enemate uſurpatâ expeditius periodicas febres debellari, quàm ſi illa per os exhiberetur. Verum per hæc non contendimus, perfectam à clyſteribus, quos nutrientes vulgò vocant, nutritionem haberi poſſe; ſed ſaltem ab iis tenuiores quaſdam particulas per inteſtinorum poros ſpiritibus & ſanguini ſuppeditari volumus, à quibus tum cordis motus refici, tum ſanguinis fermentatio inſtaurari non ſine notabili virium corporis refectione poterit.

vires refici & corpus noſtrum corroborari poſſe, quis non videt? Halitus quoque acidi, vel auſteri, tetrique elevati ſi ſuffocationem hypochondriacam, animi deliquium &c. excitare valeant, quod quotidiana teſtatur experientia: quare ergo halitus blandi, oleoſi &c. ex volatilibus corroborantibus, vel nutrientibus reficientibuſve elati & aſſurgentes, non reficerent vires, aut eaſdem conſervarent, nutrirent, aut corroborarent? Olfactus namque & vires reficit, ut teſtatur Senex lib. de alimentis: quare ergo halitus ex dictis clyſteribus elevati non idem agerent? Præterea an ipſa nutrientium corroborantiumque ſubſtantia per venas lacteas (ut ſupra probatum) intruſa, & ad cor propulſa vires non reficeret, conſervaret, corroboraret, corpuſque ægrotantium debilium nutriret?

Suppoſitorium formulæ.

Suppoſitoriorum formulæ.

℞. *Mell. crud.* ℥j. *Spec. hier. picr. cum agaric. Salis gemm. ana* ʒj. Coq. mel ad ſpiſſitudinem debitam, ac reliquis adjectis F. Suppoſitor. ad debitam magnitudinem.

℞. *Mell. coct. ad ſpiſſitud.* ʒjß. *vel* ʒij. *ad* ʒß. *Spec. hier. picr.* ʒß. *Trochiſc. alband.* ℈ß. MS. F. Suppoſitorium.

℞. *Trochiſc. alband.* ℈j. *Caſtor. optim. Sal. armoniac. ana* ʒß. *Rad. helleb. alb.* ℈ß. Cum ſ. q. mellis ad ſpiſſitudinem coct. F. Suppoſitoria no. ij. oleo caſtorei illinenda, in lethargo, apoplexiâ, cæteriſque capitis affectibus ſoporoſis convenientia, maximè enim excitant, & tenacem viſcidamque pituitam incidunt: fortiſſima hiſce in caſibus applicanda ſuppoſitoria. In affectibus ſoporoſis.

Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 6. cap. 30. de ſuppoſitoriis. p. m. 178. ſuppoſitoriorum, inquit, modus parandi apud Galeniſtas hic eſt vulgatiſſimus, quando ex melle ad ſpiſſitudinem cocto cum ſpeciebus purgāntium mitiorum vel ſale parantur: ſed quia facilè liqueſcunt, nec ultra diem durant, inventa eſt alia ratio parandi ſuppoſitoria à Chymiatris.

Conſervare tamen eadem qui deſiderat, adeat pharmaciam Galenicam Belgico idiomate conſcriptam lib. 3. §. 24. p. m. 101. modumque diu eadem conſervandi inveniet ſtudioſus Lector. Quomodo conſervanda.

℞. *Aloes* ʒjß. *Rad. helleb. nigr.* ʒj. *Pulp. colocynth.* ℈j. *Spec. hier. picr. Galen.* ʒß. *Hermodactyl. gr.* xv. *Salis commun.* ʒij. *Farin. frumentar.* ʒijß. *Vitell. ovor. no.* j. *Mell. deſpumat. & probè coct. q. ſ.* Pulveriſanda pulveriſentur, & cum melle, vitello ovi, & farinâ fiat maſſa, ex qua formentur ſuppoſitoria, prout cujuslibet ætas re-

quirit: ad alvum irritandam proſunt, & quando injecti clyſteres non redduntur.

In vermibus aſcaribus.

℞. *Fell. Taur. Succ. abſinth. inſpiſſat. ana* ℈j. *Aloes Myrrh. rub. ana* ℈ß. Cum ſ.q. mellis cocti F. Suppoſitorium in vermibus aſcaridibus dictis.

In quibus etiam lardum &c. convenit.

Ad lumbricos alliciendos commendatur valde ſaccharum Penidii in forma ſuppoſitorii confectum, & in primis quoque glans ex lardo benè loto, item ex caſeo recenti conformata in aſcaridibus prodeſt.

In flatibus.

℞. *Pulv. cumin. Carvi ana* ℈j. *Nitr. cum antimon. fixat.* ʒß. Cum ſ.q. elect. de bacc. laur. & mellis F. Suppoſitorium in flatibus pellendis.

Accuratum eorundem parandi modum, pluresque formulas qui deſiderat, adeat Johann. Schroderi pharmacop. medic. chymic. lib. 2. cap. 83. p.m. 286. & 287. & Vid. Vidium de medicamentis lib. 8. cap. 5. necnon Wecherum antidotarii ſpecialis lib. 2. ſect. 44. &c.

In ani dolore ſedando.

℞. *Opii crud. Croci optim. Caſtor. ana* ℈ß. Cum melle cocto, aut cerâ, oleo nymphææ vel violarum F. Suppoſitorium, appenſo filo, ut retrahi poſſit pro libitu, ad dolorem in ano & circa eundem ſedandum. Nota, ex narcoticis præparatas glandes non diu nec ultra ſemihoram eſſe in ano relinquendas, nec ſæpius immittendas, ac iterandas, ob muſculi ſpincteris paralyſeos metum, ut Morellus lib. 2. ſect. 2. de methodo præſcribendi formulas cap. 13. p.m. 242. & 243. monet.

Circa hæc ſuppoſitoria quid obſervandum.

Ubique enim, & in omnibus affectibus, hominibuſque quia clyſteres & ſuppoſitoria non conveniunt, breviter demonſtrabimus ubinam conveniant, & præſcribi poſſint, vel noceant, & neutiquam præſcribi & applicari debeant.

Quibus in humoribus conveniant clyſteres.

Quoad humores in inteſtinis nota, in omnibus humoribus, præſertim quæ per καθαρτικὰ φάρμακα nonniſi ſummis doloribus, torminibus, anxietatibus, aut non levi cum periculo educi queant, ut Senibus, Pueris, gravidis, & quibus vires languent &c. admodum clyſteres conveniunt: inciduntur enim, & præparantur, temperantur viſcidi tenaciores, redduntur clyſterum beneficio humores fluidiores, ſicque ſine dolore, facilèque eiiciuntur peccantes humores, qui aliis medicamentis vix temperari & præparari atque educi poterant; viaque citius tutius jucundiuſque morbos, quibus decumbentes laborant, curandi paratur.

Variis in morbis enemata injecta quia conveniunt, in quibuſdam vero nocent, non incongruum duximus tradere, quibus in morbis conveniant clyſmata, vel contra: præcipuos ergo numerabimus.

Mor-

Morbi & ſub his comprehenſa ſymptomata, in quibus clyſmata proſunt, ſunt.

Morbi &c. in quibus enemata proſunt, ſunt.

1. Apoplexia: hoc in affectu clyſteres admodum conveniunt teſte Aetio lib. 3. c. 68. Verū nota, multò, imo duplo quidem acriora debere eſſe clyſmata in apoplexiâ, quàm quidem in aliis ventris, vel non ſoporiferis affectibus, ut Trincavellus lib. 1. conſil. 42. ſtatuit: imo tam acria nonnunquam è colocynthide, ſcammonio &c. parata præſcribere neceſſum eſt, ut ipſum ſanguinem clyſmata eliciant, ut docuit Johannes Walæus in ſua medendi methodo titulo de clyſtere p. m. 54. Acria enim ni ſint clyſmata, nihil omninò efficient; acriora vero ſi exiſtant, ſtimulando & irritando inteſtina excitant, pituitamque viſcidam, tenacem, lymphamque craſſiorem viſcidam &c. incidunt, ſtagnanteſque humores eliciunt, ſicque continuâ illâ in inteſtinis irritatione nonnunquam alvus ſubducitur, vis ſopita excitatur, hæmorrhoides producuntur, ſicque ſtagnanti & immoto quaſi ſanguini motus conciliatur, & ægri hac methodo à levi apoplexia ſubinde curantur. Vehementem enim apoplexiam ſolvere, impoſſibile quidem dixit Senex aphoriſm. 42. ſect. 2. levem vero non facile; & C. Celſus lib. 2. cap. 8. circa finem, mediocrem vix ſanari, vehementem ſanari non poſſe conteſtatur: quod & Ægineta innuit, dum apoplexiam nequaquam aut raró curari poſſe autumat. Curatam tamen apoplexiam videſis in notis noſtris & obſervationibus circa Praxim Pauli Barbette lib. 1. cap. 2. de apoplexia circa finem p. 28. 29. & 30. ut & ſequentem caſum.

Apoplexia.

Clyſteres tum multò acriores, & quare.

Quæ apoplexia curabilis, quæ, lethalis.

Ante menſem circiter vocatus fui Noortvicium, ubi Vetulam ſeptuageſimum ſecundum jam ſuperantem annum offendi, quæ menſæ aſſidens, dum juſculum quoddam ſumeret, ſubitò corruiſſe, fæces ac urinas involuntariè reddidiſſe narrabatur; cum reſpiratione difficiliori, imo ſtertore quodam, aphoniâ, ac ſpumâ ex ore effluente: quam cum acceſſiſſem, ad interrogata non reſpondit, ſed quaſi torvo vultu adſtantes filium, filiaſque, & amicos adſpexit. Cum jam narrata ita ſe habere, remque propius vidiſſem & examinaſſem, pulſum inveni parvum, verum non debilem, venas valde diſtentas, adeoque hanc licet Vetulam tot annorum plethorâ laborantem. Amicos rogavi, vena an ipſi ſubinde fuiſſet ſecta? reſpondebant, per tempus aliquot ter quaterve quotannis fuiſſe ſectam, & ſi paulò in longius ſpatium dilata fuiſſet ſectio, cephalalgiâ graviſſimâ fuiſſe afflictam. Quare quoque ſtatim venam neceſſariò ape-

Vetula 72. annorum levi apoplexiâ afflicta.

Venę ſectione.

aperiendam ei eſſe judicavi. Hac igitur apertâ, cum me intueretur, alterâ manu manum meam dexteram comprimens, ac capite bis terve annuens, ſanguinem ad uncias decem detraximus. Obligato quoque brachio, gratias nobis egit pro venę ſectione, & voce articulatâ ad omnia intra horam reſpondit, attamen de ſummo capitis dolore gravativo conquerens: Quare mox ſequentem dedi mixturam, & linimentum ſequens nuchæ & temporibus illinendum.

Mixturâ cephalicâ.

℞. *Aq.majoran.nobil. Roriſmarin.ana* ʒijß. *Antiepileptic. Amſtelod.*ʒvj. *Tinctur.caſtor.*ʒjß. *Sal.volat.oleoſ.gutt.*xxv. *Ol.ſuccin. gutt.* v. *Syr.ſtœchad.*ʒvj. MS.

De qua ſingulis horis cochleare unum aſſumpſit tanto cum levamine, ut intra quatriduum ſana & planè reſtituta ac curata ſibi videretur.

Linimento.

℞.*Unguent.martiat.*℥ ij. *Ol.caſtor.*ʒiij. *Rutæ. Roriſmar.ſtillat. ana gutt.*vj. *Sal.volat.oleoſ.*℈j. MS.F.Linimentum.

Verum poſt fæces involuntariè redditas, quia intra triduum alvum non depoſuerat, dolor capitis gravativus denuo exacerbuit: quare idem malum ac recidivam metuens, enema pag. 255. deſcriptum injectum fuit, ex quo bis terve alvum depoſuit, cum capitis doloris gravativi maximo levamine. Poſtea ſubinde pilulis cephalicis purgantibus, & ultimò nonniſi hoc vino medicato cephalico laxante (inſtillatis guttulis aliquot ſingulis doſibus ſalis volatilis oleoſi) uſa fuit, & curata:

Pilulis cephalicis purgantibus.

℞. *Rad.valerian.ſylveſtr. Fraxinell. Pæoniæ. maris ana* ʒijß. *Folior.origan.Cretic.* M.j. *Rut.Major.nob.Roriſmar. ana* M.j. *Senn. ſine ſtip.*ʒiij.*Flor.ſtœchad. Arab.Lavendul.ana p.*ij.*Summit.hyperic. p.*jß. *Turbith gummoſ.*℥ß. *Extremit.cortic.aurantior. Cardamom. min.ana* ʒij. *Aloes optim. Tartar.Rhenan.ana* ʒijß. Conciſis atque contuſis affund. *Vin.Gallic.pint.*vj. Stent in infuſione in loco calido. Doſis unciæ tres quatuorve ſemel biſve de die, pro ut alvus tardius celeriuſve reſpondebat.

Et vino medicato cephalicò curata.

Epilepſia.

2. Epilepſia, præcipuè in paroxyſmo ſi fuerint adhibita enemata, aſt itidem acriora (modo non adſit quod impediat) aliàs alvus inde vix laxior redderetur, bis, ter, quaterve etſi aliquando fuerint iterata Clyſmata. Extra paroxyſmum raro in uſum revocantur, niſi alvo adſtrictiore laborent ſæpius, tumque maximè quoque conducunt. Clyſterum quoque beneficio & humores acres peccantes temperantur & corriguntur, inciduntur, & eliciuntur: halitus enim & vapores è clyſteribus (è volatilibus & aromaticis nempe confectis & præparatis) elati temperant, incidunt, & corrigunt, fæceſque induratas emolliunt & educunt; ſicque tanta humorum ſtagnatio, & per conſequens acredo, ſpiritibus

In paroxyſmo.

Extra paroxyſmum.

tibus nempe avolantibus, producetur. In paroxyſmo clyſteres emollientes, carminativi, & purgantes paulò tamen acriores ſubinde maximè conducunt, præſertim in Infantibus: epilepticis enim & convulſivis motibus ab alvo adſtrictâ teſte Pet. Pachequo apud Lazarum Riverium in obſervationibus communicatis p. 305. (ex fæcibus induratis vel flatibus oriundâ) productis & excitatis non rarò tentantur, quibus in caſibus admodum conveniunt. Quare ſequentem hiſce addo obſervationem.

Infans trium ſeptimanarum dies noctesque multas inſomnes, & in his triduum ſummo cum clamore & ejulatu præ ventris torminibus acerrimis, alvo adſtrictiore, traduxit. Unde ortis variis motibus convulſivis, aqua florum tiliæ & fœniculi data, & manna Calabrina pulti immiſtâ: Mater etiam ſemen aniſi & carvi aliquandiu uſurpavit, unde multos poſtmodum emiſit flatus, & alvum bis depoſuit Infans, valdéque motus convulſivi & epileptici fuere diminuti: aſt niſi bis terve quotidie puls mannæ admixta eſſet exhibita, iterum alvus adſtricta, ventris tormina, & motus convulſivi imo graviores ſubſecuti ſunt. Vocatus ſequens clyſma injiciendum præſcripſi.

Infans ex dolore ventris & alvo adſtrictâ.

Motibus convulſivis afficitur.

Alvo laxiori motus epileptici minores.

Verum adſtrictâ, mox majores.

℞. *Sem. fœnic. Carvi ana* ℥iij. *Fol. malv.* M. ß. *Rut.* M. j. Contuſa coq. in ſ. q. vini & aquæ, in colatur. ℥iiß. diſſolv. *Mell. anthoſat.* ℥ij. *Elect̄. diaphœnic.* ℥iij. MS. F. Clyſter pro Infante.

Hoc enemate injecto intra ſemihoram maximam pituitæ viſcidæ copiam una cum fæcibus & flatibus bis per alvum excrevit, motuſque convulſivi & epileptici multum ſunt diminuti, tumque ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam dedi.

Enemate.

℞. *Aq. fœnic.* ℥iß. *Florum lilior. convall. cum vino deſtillat.* ℥j. *Margarit. præpar. gran.* xij. *Ol. cort. aurantior. ſtillat. gutt.* ij. *Spir. ſalis armon. gutt.* vj. *Syr. roſar. ſolut. Florum. pœon. ana* ℥vj. MS.

Mixturâ antiepilepticâ.

Hujus mixturæ beneficio omnes fere motus convulſivi evanuere poſt flatus multos redditos. Pulti, alvo adſtricta cum laboraret, præter mannam Calabrinam, ſequentem pulverem flatus diſcutientem, leniterque ſimul purgantem admiſcendum preſcripſi,

℞. *Fol. ſenn. ſ. ſtip.* ℈ß. *Sem. aniſ.* ℈j. MS. F. Pulvis tenuiſſimus.

Alvum vero à pulvere pulti admixto cum ſubinde non deponeret, ſyrupi de cichorio cum rheo tres drachmas vel ſemiunciam mane vel veſperi exhiberi juſſi, juxta Johannem de la Galega de Serna de morbis Puerorum, qui Infantes ab epilepſia præſervari hujus ſyrupi beneficio, teſtatur.

Et pulvere purgante, & c. curatus.

Hiſce exhibitis & uſurpatis medicamentis Infans quotidie ſemel biſve alvum depoſuit, ſicque à convulſivis & epilepticis motibus, flatibus, alvoque adſtrictâ fuit curatus.

Lethargus & reliqui affectus ſoporoſi.

3. Lethargus, omneſque capitis ſoporoſi affectus, ut legimus apud Aetium lib. 3. cap. 168. & Trincavellum lib. 1. conſil. 42. aſt itidem acriora neceſſariò, niſi quid vetat, enemata eſſe debent: hiſce enim, cæteris non neglectis, ſæpius excitantur, ut videre quoque eſt ſupra pag. 158. §. 3. ut & apud Gregor. Horſtium problematum medicorum decad. 2. quæſtion. 5. de morbis capitis p. mihi 61. pluresque alios, qui acriores clyſteres aliquoties adhuc iteratos ſummo cum ſucceſſu ſemper præſcripſere.

Capitis affectus chronici.

4. Plerique capitis frigidi ac inveterati affectus, in quibus omnibus optimè convenire enemata dixit Joubertus de cephal. cap 7. & Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 6. cap. 31. de clyſteribus p. 191. Nec mirum, obſervamus enim cephalæa alioque capitis affectu diuturno laborantes, ſemper doloribus &c. levari, ſi alvus benè reſpondeat, alvoque adſtrictâ ſi modo afficiantur, ſtatim iterum exacerbari omnia: meritò ergo præſcribuntur & laudantur clyſmata in affectibus capitis frigidis & inveteratis. Porro qui capitis affectibus inveteratis afficiuntur, ſemper fere laborant alvo adſtrictâ, & per conſequens in iis omnes humores quodammodo ſtagnant, acrioreſque fiunt, vaporeſque & halitus adſcendentes capitis dolorem &c. augent. Neceſſarium ergo quammaximè, ut his alvus ſolvatur, ejuſque adſtrictio prohibeatur, quod optimè clyſtere peragetur; clyſter enim alvum laxat, laxatamque eandem non vero adſtrictam relinquit.

Lippitudo, ophthalmia.

5. Lippitudo, ophthalmia, id eſt tunicæ adnatæ inflammatio, teſte Galeno commentar. in Hippocrat. lib. 6. aphor. 17. & Antonio Muſa Braſſavolo commentar. in eundem aphoriſmum, ut & in commentaria Galeni circa hunc aphoriſmum p. 940. & 941. necnon Renodæo lib. 5. inſtitut. pharmaceut. cap. 5. Hippocrates quoque aphor. 17. ſect. 6. dixit, ophthalmiâ laborantem alvi profluvio corripi, bonum: idem quoque legitur Coac. prænot. ſect. 2. §. 133. Quæ educere oportet, quò maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia, aph. 21. ſect. 1. ophthalmia enim per alvi profluvium quia curatur, meritò clyſmata præſcribuntur: quare C. Celſus lib. 2. cap. 8. p. m. 69. dixit, omnem dejectionem lippienti prodeſſe. Nil autem magis ophthalmiâ laborantibus nocet, quàm alvus adſtricta; ſtatim enim tunicæ adnatæ inflammatio hac augetur; laxâ vero fluidâque eadem diminuitur lippi-

lippitudo: cujus ecce tibi obſervationem.

Juvenis viginti ſex circiter annos natus, calidioris temperamenti, cum plus ſolito Baccho indulſiſſet, indeque calefactus frigidum aera diu ſubiiſſet, corporis æſtum ut temperaret, die poſterâ ingentem in dextro oculo ſenſit pruritum: quem poſtquam digitis perfricuerat, acuto in utroque oculo dolore ardoreque correptus eſt, ac veſperi ruborem ingentem in oculorum albo conſpexit. Noctu modicè ut quieverat, curatos oculos putavit. Aſt eoſdem ob pruritum mane iterum perfricans, talem in eis dolorem, ardorem, ruboremque concitavit, ut neutiquam lucem tolerare poſſet, verum clauſos oculos continuò tenere cogeretur; nec diu poſt maxima lachrymarum copia ex oculis effluxit. Quare aquam roſaceam tepidam oculis ipſemet impoſuit, unde malum tolerabilius minuſque doloriſicum fuit redditum. Tertio ab affectus hujus invaſione die vocatus ſequentem præſcripſi clyſterem

Juvenis calefactus aera frigidiorem ſubiens.

Incidit in oculi pruritum, dolorem &c.

℞. *Decoct. vulg. pro clyſtere emoll.* ℥viij. *Elect. diaphœnic.* ℥iß. *Mellis anthoſat.* ℥vj. *Sal. gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter pro Viro.

Quare etrema fuit injectum.

Quo injecto ter alvum depoſuit: victum refrigerantem & humectantem ſtatim commendavi, omnia acria, ſpirituoſa, aromatica, &c. interdixi, quietem & ſomnum imperavi, & ut oculis clauſis ab omni corporis motu ſimul & ſermone juxta C. Celſum abſtineret: denique animi pathemata in primis vero iram vitaret, ſedulò monui. Hocque facto venam ſecari, (juxta Galenum lib. de curatione per ſanguinis miſſionem cap. 16. qui teſtatur, ophthalmias ſæpe ſolâ phlebotomiâ intra unam horam fuiſſe curatas) ſanguinemque ad uncias decem abſtrahi juſſi; oculiſque ſequens cataplaſma imponendum, ſinguliſque tribus horis renovandum præſcripſi.

Et vena fuit ſecta.

℞. *Pulp. pomi ſubacidi ſub cinerib. aſſat.* ℥j. *Mic. panis alb. recent.* ℥ij. *Album. ovi diu agitati, & in liquorem converſi* ℥iß. *Croci optimi lævigat.* ℈ij. *Lactis muliebris recenter mulcti q. ſ.* MS. F. Cataplaſma in linteo extendendum, ac moderatè tepidum oculis admovendum; quod admodum dolorem & inflammationem ſedavit.

Cataplaſma oculis impoſitum.

Secundo vocationis die mane ſequentem hauſtum purgantem juxta Hippocratem aph. 31. ſect. 6. aſſumpſit.

℞. *Elect. cholagog. Sylv.* ℥ß. *Tartar. vitriolat.* ℈j. *Aq. betonic. q. ſ.* MS. F. hauſtus.

Hauſtum purgantem aſſumpſit.

Quo aſſumpto, ſepties alvum depoſuit: in potu quotidie nonniſi ſpiritum nitri uſurpavit. Tertio quartoque vocationis die omnia curata putabat ægrotans: quinto vero omnia pejora. Hujus mutationis cauſam cum indagarem, nullam reperire potui, præterquam quod poſt purgationem alvum nondum depoſuerat: quare clyſterem ſupradictum ſtatim iterandum judicavi, quo facto bis

Clyſter quotidie iteratus. alvum depoſuit. Sexto die omnia iterum meliora; quare ſingulis diebus clyſterem injici juſſi, atque brevi ab ophthalmia fuit curatus: attamen quinto vocationis die loco cataplaſmatis ſequens collyrium uſurpaverat.

(Tincturæ veneris præparatio.) Et collyrio curatus. ℞. *Tinctur. veneris* (per ſpiritum ſalis armoniaci minus acrem æri uſto infuſum, ac per octiduum leni calore digeſtum, ſicque tinctura cærulea viſu jucundiſſima extract.) ʒß. *Aq. euphrag. Roſar. ana* ℥iß. *Croc. optimi lævigat.* ℈j. MS F. Collyrium.

Hoc uſurpato & rubedo, & dolor, & pruritus &c. brevi evanuere.

Ventriculus pituitâ &c. obſeſſus. 6. Ventriculus pituitâ obſeſſus, crudorumve humorum magnâ illuvie accumulatus, ut teſtatur Mattheus Martini de affectib. hypochondriacis, qui clyſmata talibus in caſibus valde commendat. Simile quid confirmatum videſis apud Latinum Hippocratem puta C. Celſum lib. 2. cap. 12. titul. 2. de alvi ductione p. m. 85. qui ait, ſi in ſtomachum quædam bilioſa concurrunt, vel etiam pituita eò ſe, humorve aliquis aquæ ſimilis confert, non omittendum enema: & idem quia obſervavi, caſum hiſce inſerere placuit.

Mulier poſt ultimum puerperium Varius dolores &c. paſſa. Mulier triginta quatuor fere annorum, quinque liberorum mater, admodum pituitoſa, ac flatibus graviter afflicta, poſt ultimum puerperium maximam præcordiorum compreſſionem, appetitus fere abolitionem, ventriſque tormina obſervavit, imo circa mediam noctem nonnunquam talem ventriculi dolorem punctorium, ut jam jam morituram ſe putaret. Alvus ſemper fere erat ſuppreſſa: qua de cauſa ſi quid aſſumeret, brevi alvi fluxus ſummè dolorificus ſubſequebatur; quare nucem moſchatam cum vino calido cum ſucceſſu ſemper uſurpavit. Curationis ergo varia aromata & calefacientia medicamenta ipſi fuere præſcripta, aſt fruſtraneo eventu; Ut & flatus, ac præcordiorum expanſiones, imo multa aromatica medicamenta cum de die uſurpaſſet, tanta flatuum abundantia, præcordiorumq; expanſio inde exorta, ut reſpirare aliquando vix poſſet ægra. Inter omnia medicamenta, quibus fuit uſa, ſequens vinum medicatum etſi valde calidum, ut & conditum ſtomachicum multum profuit.

Quare vinum. ℞. *Rad. galang. Zedoar. Calam. aromatic. ana* ℥iij. *Fol. menth. criſp. Majoran. nobil. ana* Mjß. *Senn. ſ. ſtip.* ℥ß. *Spic. Nard. Macis ana* ʒjß. *Sem. fœnic. dulc. Extrem. cort. aurant. ana* ʒij. *Rhabarbar. Turbith gummoſ. ana* ʒiij. Conciſa & contuſa indantur vitro cantharove lapideo, affundanturque *Vini Gallic. pint.* v. Tumque digerantur per quatriduum. Hujus vini medicati uncias tres pro doſi ter de die aſſumpſit, inſtillatis ſingulis doſibus guttulis duodecim elixir. proprietatis Paracelſi, cujus beneficio quotidie bis alvum depoſuit magno cum levamine; appetitus enim paululum rediit, flatuſque multos emiſit, manente tamen

præ-

præcordiorum compreſſione & quaſi cingulo.

Hoc vino medicato per tres circiter ſeptimanas cum uſa fuiſſet, ita ab eo abhorruit, ut nec odorem nec ſaporem perferre amplius poſſet: quare aliud medicamentum ventriculi confortandi, & corroborandi gratiâ & quidem in forma conditi petiit; quod ſequenti modo præparatum & compoſitum dedimus.

℞. *Conſerv.menth.criſp. Abſinth.Roman.ana* ʒj. *Spec.diagalang. Meſuæ* ʒii. *Rad.enul.campan. Cort.aurantior. Nuc. moſchat. condit.ana* ʒjß. *Ol.menth. Macis ſtillat.ana gutt.* jv. *Syr.menth.q.ſ.* MS. F.conditum. — Et conditũ ſtomachicum fuit præſcriptũ.

De hoc condito mane & veſperi ad nucis moſchatæ quantitatem uſurpavit: quo uſurpato ne ſemel quidem alvum quia depoſuerat, & purgante quia uti nolebat, clyſterem ſequentem injiciendum præſcripſi. — Verum ob alvum adſtrictam.

℞. *Decoct.emollient.& carminat.commun.pro clyſterib.* ℥viij. *Elect.diaphœnic.*ʒiß.*Mell.virgin.* ℥ß. *Salis gemmæ* ʒß. MS. F. Enema. — Clyſter fuit injectus.

Hoc enemate injecto, ter alvum depoſuit, & maximam pituitæ viſcidæ, flatuumque copiam reddidit, præcordiorumque compreſſionem adeo diminutam ab hoc clyſtere ſenſit, ut poſt biduum idem enema iterandum peteret: quo facto, omnis præcordiorum compreſſio &c. planè evanuit, & curata poſtmodum fuit. — Et curata fuit.

7. Singultus à quacunque cauſa productus, ut legitur apud Petrum Foreſtum de affectibus ſtomachi lib. 18. obſervat. 12. in ſcholiis, p.m.151. Blandos namque halitus vaporeſque ex injectis clyſteribus aſſurgentes acria ſingultum ut plurimum producentia temperare quodammodo poſſe, ſicque temperatis acribus illis humoribus, ſingultum neceſſariò diminui & curari debere, nonnulli putant. Præterea clyſteres ſi pituitoſos, viſcidos, bilioſos, aquoſos crudoſque humores è ventriculo exturbent & eliciant, ut jam jam ex C.Celſo & Mattheo Martini probatum, ſequitur enemata humores ſingultum producentes elicere, ſicque ſingultum curare; ſublatâ enim cauſâ tollitur effectus. — Singultus.

8. Ileos, volvulus, ſeu miſerere mei: (h) hoc in caſu clyſte- — Ileos.

 res

(h) Iliaca paſſio, qua inter morboſas inteſtinorum affectiones nulla fere eſt gravior, ex eorum inverſo motu originem trahit. Sic enim in Ileo inteſtina afficiuntur, ac in vomitu ventriculus; ut proinde quemadmodum iſte in vomitu contenta ſua per os expellat, ita illa in affectione Iliaca fæces, quæ per alvum reiici deberent, ſurſum projiciũt. Hæc vero affectuum ſimilitudo inter inteſtina & ventriculum id nobis in animum revocat, quod utraque tali fibrarum contextu fuerint extructa, ut ad inſtar Lumbricorum per omnem ſuam longitudinem ſucceſſivè contraherentur: quod tum chyli, cum fæcum deſcenſus gratiâ à natura factum, Anatomici omnes norunt. Ut vero ſucceſſiva illa in inteſtinis contractio, quam periſtaltici motus vocabulo Galeno placuit inſignire, uſque ad podicem excurrat, id neceſſarium eſt, ut nec inteſtinorum membranæ ullo obſtaculo detineantur, neque interior cavitas materiâ adeo firmâ occupetur,

res ut plurimum convenire ex affectus deſcriptione, cauſiſque eum producentibus patet. Quare inſpiciat ſtudioſus Lector Praxim Barbettianam cum notis & obſervationibus noſtris lib. 4. cap. 7. de ileo ſatis accuratè ibidem deſcripto p. 188. 189. & ſeq.

Dolor ſcorbuticus.

9. Dolor ventris ſcorbuticus, ex lacte & pauxillo ſacchari &c. nempe ſi ſint confecta enemata præ cæteris conducunt, ut teſtantur plurimi Practici, qui de hoc affectu unquam ſcripſere: lac enim humorum acrimoniam obtundendo temperat, ſimulque laxat. En ea de cauſa ſequentem caſum.

Vir poſt varias aeris injurias &c.

Vir quiſpiam quadraginta circiter annos natus, valde pituito-

---

tur, ut eorum compreſſioni obluctetur. Quibus ſtantibus, quum periſtalticus ille motus vulterius progredi non poſſit, neque inteſtinorum impetus, qui non ſecus, ac gravia corpora in deſcenſu per aerem, acceleratur, ſiſti repente poſſit; jam neceſſe eſt, ut inteſtina ſuperiora verſus contrahantur. Id vero Lumbricorum exemplo luculentius fit, quos ſi ita medio corpore digito comprimamus, ut hæreant, jucundo ſanè ſpectaculo abeuntes, & redeuntes contractiones ſpectabimus, poſterioremque corporis partem modo extendi, modo corrugari, prout contractio abit & redit, videbimus. Quanto autem cum labore fiat motus hic inteſtinorum inverſus in exordio, omnium maximè declarat exquiſitus ac intolerandus ille dolor, qui incipienti præſertim morbo nectitur. Quum enim inteſtinorum fibræ contrario prorſus motu ducantur, cui inſtituendo nunquam antea conſuevere, ſtatim organica illorum textura evertitur; eorumque interiores ſinus & corrugationes, quæ ita fuere à natura formatæ, ut deſcenſui fæcum quàm aptiſſimè reſpondeant, utque proinde earundem adſcenſui tamquam crebriores valvulæ obſiſtant, jam quò motum illum inteſtinorum ſequantur, novam formam nanciſci neceſſe eſt: quin etiam ſanguis cæterique liquores, qui inter inteſtinorum membranas fluunt ac refluunt, in ſuis vaſis coguntur ſubſiſtere, ut idcirco mirum non ſit, ſi toties inteſtina hoc morbo interemptorum inflammata reperta fuerint. Ex tanto vero læſionum numero, quos ab inverſo motu inteſtina ſuſcipiunt, vehementem dolorem abeſſe non poſſe, quis non videt? Verum ei motui obeundo paulatim inteſtina aſſueſcunt, eorumque ſinus ita accommodantur, ut fæcum adſcenſui jam non obluctentur: quo facto alvi excrementa ſine ullo fere doloris ſenſu frequentius per os rejiciuntur. Hæc quum ita ſint, palam eſt ad affectum hunc conſtituendum tum inteſtinorum requiri occluſionem, cum eorundem irritationem: quod utrumque ſæpius eadem cauſa præſtat. Etenim aliquando flatus magnâ copiâ collectos, aliquando fæces induratas, modo inflammationes, modo tumores magnos morbum illum peperiſſe, cadaverum ſectiones indicarunt. Plerumque vero inteſtina extra aliorum ordinem propulſa, ut in Herniis, vel à vicinorum viſcerum prominentioribus tumoribus compreſſa manus ei dederunt. Multoties ileon planè conſtrictum, velut injectò laqueo ſtrangulatum, reperitur, cujus exemplum præbet Peyerus in tractatu de glandulis inteſtinorum. Toties vero inteſtinorum convolutiones, complexiones, & ingreſſum unius in aliud obſervarunt Practici, ut illæ in dubium verti haud poſſint, niſi vel oculorum fallaciam accuſemus, vel clarioribus hiſtoriæ medicæ Scriptoribus fidem ſurripiamus. Neque profecto pro illo ingreſſu oportebit, ut inteſtina à Meſenterii margine diſtrahantur, & vaſa rupta magnam ſanguinis copiam in abdominis cavum fundant, quemadmodum Johannes Verduc in ſua Pathologia Chirurgica opinatur; ſed ſatis tantum eſt, ut meſenterium ipſum ingredientis inteſtini curſum ſequatur. Ejus autem ingreſſus meminit quoque in ſuis obſervatis Job à Meekren in ductu cyſtico biliario, licet iſte hepatis ſubſtantiæ quoque adhæreat. Sed de curatione hujus morbi pauca quidem tradi poſſunt, quum unanimi Medicorum conſenſu lethalis omnibus audiat. At nihil non tentandum, modo incolumem patientem præſtemus. Invenit itaque Ars Medica opiata præſertim & anodyna, ut ſpirituum impetum conſopiamus, & ſtimulum demulceamus; malvæ juſculum ad duras fæces emolliendas; carminativa pro flatibus expellendis; ſectionem abdominis ad inteſtina in ſuum locum compellenda; hydrargyri potionem, & plumbeas glandes deglutitas ad intorta, involuta, vel implexa inteſtina conformanda. Quid, ſi nihil his præſtemus? An fabrili folle flatum in ventrem immittamus, ut factum ab Hippocrate traditur? An Barbette ratio amplectenda, qui diſſectionem muſculorum abdominis, & peritonæi ſuadet, ut manibus inteſtinum à cavitate alterius extrahamus? Sed memoranda quoque eſt Sydenhamii curàndi ratio per ſalem abſinthii cum ſucco limonum, & viventem catulum nudo ventri procumbentem, qua certè nulla alia ſecurior, ſi votis reſponderet. Caveant vero Medici à quocunque purgantium genere, niſi vomitiones provocare velint; atque etiam à clyſmatibus, quum à craſſis inteſtinis, aut ipſo podice motus eorum inverſus incipiat.

toſus ex variis multiſque aeris injuriis, quas diu perpeſſus fuerat, maximam totius corporis gravitatem, doloremque graviſſimum, & motus impotentiam contraxerat, ita ut ſe movere aut pedibus incedere, aut per cubiculum meare propemodum nequiret; de appetitu proſtrato, præcordiorumque dolore compreſſivo & ſæpe diſtendente, & in primis ventris dolore contorquente nonnunquam vero corrodente imo perterebrante intolerabili maximè conquerens; alvo inſuper ſemper fere adſtrictâ, & poſt cibi aſſumptionem nauſeâ, item gingivarum eroſione, dentiumque vacillatione atque nigredine, reſpiratione difficili, teterrimoque oris fœtore laborans. Vocatus pulſum inæqualem & debilem, urinamque ſemper fere nigram craſſam multo cum ſedimento, vel intensè rubram nullo cum ſedimento obſervavi. Nigram ſedimento refertam urinam multam quoties reddidiſſet, ſemper ſymptomata erant diminuta: intensè vero rubram claram cum excreviſſet, graviora omnia ſymptomata inveni. Graviter huic ſcorbuto afflicto omnia auſtera, ſalſa, fumo indurata, cruda, &c. interdixi, ac ſequentem mixturam antiſcorbuticam præſcripſi.

Incidit in ſcorbutum variis ſymptomatibus affligentem.

Urinâ nigrâ craſſâ reddita ſymptomata erant mitiora.

Urinâ vero clarâ, è contra.

Auſteris ſalſis &c. interdictis.

℞. *Aq. menth. Fœnicul. ana* ℥ij. *Cochlear.* ℥jß. *Spirit. antiſcorbut. ſequent.* ʒj. *Salis armoniac. gutt.* xx. *Ol. macis ſtillat. Baccar. junip. ana gutt.* iv. *Tinctur. croci* ʒj. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syr. cochlear.* ℥j. MS.

Mixturam antiſcorbuticam uſurpavit.

De hac mixtura cochlearia duo ſexies ſeptieſve de die aſſumpſit, unde nonniſi urinam nigram craſſam majori copia excrevit. De ventris dolore quia ita conquerebatur, nec tolerare eundem amplius poterat, ſequens clyſma præſcripſi.

Ob ventris dolorem.

℞. *Rad. alth. Malv. ana* ℥ß. *Fol. cochlear. Flor. chamomill. Sambuc. ana* M. j. *Papav. errat.* M. ß. *Bacc. laur. Junip. ana* ʒiij. *Sem. cumin. Carvi ana* ʒij. Conciſa & contuſa coq. in ſeri lactis q. ſ. vaſis quàm optimè clauſis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Ol. cochlear.* ℥ß. *Elect. lenitiv.* ℥j. *Vitell. ovor. no.* j. MS. F. Clyſter.

Enema antiſcorbuticum fuit injectum.

Hoc clyſmate injecto, bis alvum cum multis flatibus depoſuit non exiguo cum levamine: dolorem enim præcordiorum compreſſivum & diſtendentem, ventriſque dolorem contorquentem corrodentem & perterebrantem jam tolerare poterat hic miserè afflictus: quare eundem clyſterem poſt biduum iterandum juſſi. Interim in mixturæ ſupradictæ uſurpatione continuavit æger, aſt majori cum ſucceſſu, quàm quidem antea.

Summo cũ ſymptomatum levamine.

Octavo, ni fallor, vocationis die mane eum viſitans, multis petechiis per totum corpus diſperſis ſummo pariter pruritu ipſum afflictum inveni: quare ſequentem hauſtulum antiſcorbuticum diaphoreticum dedi.

Octavo die petechiis cũ pruritu afflictus.

℞. *Aq.*

Hauſtum diaphoreticum &c. aſſumpſit.

℞. *Aq. card. bened.* ℥iſs. *Cochlear.* ℥ß. *Theriac. ſimplic. Spir. antiſcorbut. ana* ʒijß. *Nitri dulc.* ℈ß. *Croc. optim. gr.* vj. *Syrup. papav. errat.* ʒiij. MS. F. hauſtus.

Summo cū effectu.

Quo aſſumpto, leviter tegumentis tectus blandè admodum ſudavit, tali cum ſucceſſu, ut omnes petechiæ una cum pruritu diſpellerentur. His autem diſpulſis, teterrimus oris ventriculique fœtor exortus fuit; quare ſequens conditum præſcripſi.

Ob oris fœtorem condito ſtomachico uſus.

℞. *Cinnam. morſu elect. Rad. ireos Florentin. ana* ʒiij. *Nuc. moſchat. Cort. aurantior. condit. ana* ℥ß. *Lap. prunell.* ʒj. *Conſerv. menth. criſp.* ℥ij. *Ol. caryophyll. ſtill. gutt.* vj. MS. F. Conditum.

Fœtor decrevit, & appetitus rediit.

De quo ter de die aſſumpſit ad nucis moſchatæ magnitudinem, non neglectâ interim ſupradictâ mixturâ: hujus conditi uſurpatione in dies decrevit ille fœtor, & appetitus rediit.

Circa tertiam ſeptimanam omnia ſymptomata jam mitiora apparuere, & per cubiculum meare incœpit æger, manente tamen ventris dolore nunc corrodente, nunc perterebrante: quare clyſma ſequenti modo mutatum iterum præſcripſi.

Ob ventris dolorem corrodentē &c.

℞. *Fol. malv. Cochlear. ana* M. iß. *Hyoſciam* M. ß. *Flor. chamomill. Roman. Papav. err. ana p.* iij. *Bacc. laur. Sem. Carui ana* ʒiij. Contuſa & conciſa coq. in ſ. q. lactis Bubuli recentis vaſis quàm optimè clauſis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Sacchar.* ℥ß. *Ol. cochlear.* ʒvj. *Vitell. ovor. no.* ij. MS. F. Clyſma.

Clyſma antiſcorbuticum denuo fuit injectum.

Hoc enemate injecto, diuque retento, multos flatus reddidit, tamque acrem humorem pituitoſum excrevit, ut dolorem intolerabilem circa anum inde ſentiret; qui tamen non longè poſt cum omni ventris dolore ſolo lacte tepido, in quo vitellus ovi erat diſſolutus, ſublatus eſt, nec rediit. De gingivarum fœtore & laxitate, & dentibus vacillantibus & nigricantibus quia continuò conquerebatur, ſequens dedi.

Et ob gingivarum laxitatem, fœtorem &c.

℞. *Rad. ireos Florentin. pulv.* ʒij. *Alumin. uſti* ℥ß. *Mell. roſar.* ℥j. *Aq. theriacal. ſimpl.* ʒvj. *Spir. ſalis dulc.* ℈j. *Cochlear.* ʒj. MS.

Mixtum quoddam uſurpavit.

Poſt oris collutionem ſæpius gingivas hocce ſummo cum ſucceſſu inunxit; tandemque nempe circa quintam ſeptimanam curatus fuit miſerè hic afflictus.

Curatus fuit.

Spiritus anti-ſcorbuticus ſupracitatus & præſcriptus.

Spiritus antiſcorbutici deſcriptio.

℞. *Rad. angelic.* ʒij. *Polypod. quercin. Filic. Raphan. ſylveſtr. ana*

ana ℥iſs. *Fol. cochlear.* M. iiij. *Naſturt. hortenſ. Beccabung. ana* M. ij. *Menth. criſp. Rutæ Salviæ ana* M. iſs. *Sem. aniſ. Fœnic. dulc. ana* ʒvj. *Cinnam. acut. Zinzib. alb. Extrem. cort. citri ana* ℥j. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Gallic. ſtop.* ij. *Spirit. vin. ſtop.* j. Et leni calore ex arena, vel mariæ balneo abſtrahatur ſpiritus, magnæ adverſus ſcorbutum efficaciæ.

10. Ventris tormina ejuſque dolores, vel colici, vel ſimiles, teſte D. Hoffmanno apud Scholzium conſil. 173. qui in colica nullum medicamentum magis idoneum eſſe, quàm clyſteres emollientes, & ſi viſcida materia adſit, etiam incidentes & abſtergentes quondam docuit loco citato, quod conteſtatur D. Crato itidem apud Scholzium conſil. 169. imo Solenander ſect. 3. conſil. 28. in clyſtere promptum, tutumque remedium, & præſens juvamen adverſus colicos dolores exiſtere putat & probat. Hiſce in ventris torminibus ejuſque doloribus leniendis & curandis accuratè notandum & obſervandum, quænam ſit doloris cauſa, an humor acris, an flatus, an vermes, an inteſtinorum inflammatio, an aliquid aliud; quibus cognitis facilior & certior erit curatio: aſt neglectis & incognitis, nulla aliquando ſequitur vel curatio aut ſymptomatum mitigatio. Quare nonnulli Medici hìc clyſteres damnant, & aliâ methodo ſymptomata mitigare, atque ægros doloribus afflictos curare ſtudent; qui hac ratione tum aut non, aut caſu atque fortuitò tantum curantur: nimirum clyſteres in talibus ſimilibuſque affectibus rejiciunt, quia optatum finem inde non fuere adepti; non autem clyſterum maleficio incurati manſerunt ægrotantes, aſt Medicorum ignorantiâ, qui cauſâ dolorum non ſatis accuratè inquiſitâ, non medicamenta cauſæ dolores excitanti contraria, ſed aliâ qualitate prædita præſcribunt. Sequentem igitur hiſtoriam hiſce inſerere libet.

Ventris tormina ac dolores.

Eorum cauſæ accuratè examinandæ.

Mulier quædam triginta annos jam nata, inſigniter pituitoſa, poſt multos fructus horarios avidè aſſumptos & devoratos in ventriculi frigiditatem maximam, menſtruorum ſuppreſſionem, ventriſque tormina graviter affligentia, ac poſtea dolorem circa umbilicum jam rodentem, jam perterebrantem, alvumque valde adſtrictam, capitis dolorem gravativum, præcordiorum anxietatem, ac voracitatem nonnunquam inſatiabilem contraxit. Curationis ergo varia aſſumpſit à variis Medicis medicamenta aromatica, flatus diſcutientia, dolorem obtundentia, humorumque acrimoniam temperantia, purgantia, menſes provocantia, ac enemata emollientia, carminativa &c. quorum omnium beneficio ventriculi frigiditas curata fuit, capitis dolor gravativus evanuit, & menſtruorum fluxus tandem rediit, manente præcordiorum anxietate,

Mulier poſt fructus horarios avidè aſſumptos.

In ventriculi frigiditatem, menſtrua ſuppreſſa &c. incidit.

Quare varia aſſumpſit medicamenta.

& vo-

Manente ventris dolore rodente &c.

& voracitate inſatiabili, ac in primis dolore ventris rodente & perterebrante. Doloris vehementiâ coacta alium inſuper Medicum accerſivit, qui omnia ſymptomata ac ægrotantis querelas perpendens, humorem acidum ac vermes latitare ex dictis ſymptomatibus colligens, primò ſequentem pulverem dedit.

Quare pulverem acidum infringentem.

♃. *Ocul. cancr. Corn. cerv. philoſophic. præparat. ana* ℈j. *Nuc. moſchat. Sal. armoniac. ana* ℈ß. *Croc. optim. gr.* viij. MS. F. Pulvis pro duabus doſibus.

Hujus pulveris unam doſim aſſumpſit mane cum juſculo calido, & veſperi alteram doſim eodem modo: quo pulvere per quatuor dies uſurpato, & voracitas & præcordiorum anxietas parum ſunt diminutæ. Tumque ſecundò hoc pulvere uſa eſt.

Ut & pulverem contra vermes.

♃. *Corn. cerv. philoſophic. præparat.* ʒj. *Sem. zedoar.* ʒiß. *Nuc. moſchat. Corallin. ana* ℈j. MS. F. Pulvis tenuiſſimus in ſex doſes dividendus.

De hoc pulvere mane & veſperi doſim cum vino abſinth. aſſumpſit. Tertiò ſequentem bolum mane aſſumendum.

Necnon bolum aſſumpſit.

♃. *Elect. hier. diacolocynth.* ʒij. *Sem. zedoar. ſubtiliſſimè pulv. Corallin. ana gr.* xv. *Diagrid. gr.* v. *Ol. cort. aurant. ſtill. gutt.* ij. MS. F. bolus.

Quartò clyſterem ſequentem injiciendum præſcripſit Medicus.

Et enema ex lacte &c. fuit injectum.

♃. *Lact. Bubul. recentis* ℥viij. *Sacchari* ℥ij. MS. pro Clyſtere.

Ac magnam lumbricorum copiam excrevit, & curata fuit.

Quibus omnibus aſſumptis, & hoc injecto clyſtere, ter quaterve alvum depoſuit, una cum magna lumbricorum copia, ac poſtmodum voracitate, & dolore rodente & perterebrante fuit libera & curata.

Dolor colicus ex varia causa oriundus.

11. Dolor colicus vel à flatibus, vel à pituita viſcida, vitreave, ut Galenus lib. 2. de locis affectis cap. 2. p. m. 732. narrat, dolorem colicum acerbiſſimum ſe ipſum patientem, pituitam vitream excreviſſe: vel à bilioſis & acribus humoribus, vel etiam ab auſteris melancholicis humoribus, vel ab acidis, vel à fæcibus induratis, vel ab inteſtinorum inflammatione, diſtendendo ac quaſi divellendo, vel mordendo, erodendo ac irritando, vel etiam contorquendo, pungendo ac vellicando &c. excitatus ac productus: quibus omnibus in caſibus, imo in omni fere dolore à quacunque cauſa exorto, & in imo ventre exiſtente juxta Cornelium Celſum lib. 2. cap. 12. titul. 2. de alvi ductione p. m. 85. clyſteres optimè audiunt. Si enim à flatibus exoriatur dolor colicus, clyſterum beneficio quàm optimè educuntur: aſt nota in minori quantitate tum clyſmata eſſe præſcribenda, nec medicamenta ſolutiva ex manna &c. confecta admiſcenda. Si autem à pituita viſcida vitreave ſit productus dolor, itidem enemata conveniunt: horum

Qualia enemata in ſingulis conveniunt.

enim

enim beneficio & pituita viſcida vitreaque inciditur & temperatur, ſicque inciſa, ſoluta, & temperata blandè non raro expellitur. Si vero à bilioſis acribus humoribus contumax dolor ſit excitatus, optimè clyſteribus emollientibus & acrimoniam temperantibus curatur. Aſt ſi ab auſteris acidiſque humoribus ſit factus contorquens & pungens ille dolor, enemata in primis conducunt, quia purgantium medicamentorum per os aſſumptorum beneficio auſteri acidique humores nonniſi ſummis ventris cum torminibus, anxietatibus, doloribuſque punctoriis educi poſſunt. Aſt halitus vaporeſque blandi oleoſive ex clyſteribus talibus in doloribus præſcriptis elati auſteros illos acidoſque humores dolores illos excitantes temperant, corriguntque, ſicque dolores tollunt. A fæcibus induratis verum ſi generatus colicus dolor, clyſteres emollientes facilè ſubinde eundem tollunt, alvumque ſolutam poſt ſe relinquunt, ſicque novam colici doloris productionem prohibent. Si ab inflammatione inteſtinorum ſit exortus ille dolor, tum dolor eſt longè acutior, febris & quidem continua adeſt, de ſiti conqueruntur ægrotantes: hoc in caſu clyſteres quoque benè audiunt, ſed abſint olea, acria purgantia, ut & medicamenta valde ſpirituoſa calida, ac oleoſa, quippe ſtatim tum dolores valde exacerbeſcerent. Verum venæ ſectio in pede mox levamen adfert, ac in momento quaſi dolor minuitur imo tollitur, omnibus medicamentis antea fruſtra etſi adhibitis, quod quia ſæpius vidi, plurium loco unicum mox caſum narrabo. Optimè notandum ſemperque obſervandum, alvum ſolutam eſſe ſervandam poſt colicos dolores à quacunque cauſa productos & curatos, clyſtere vel alio ſolutivo medicamento, aliàs facilè recidivam patiuntur curati ægrotantes. Quando venæ ſectio ſimul conducat.

Hac occaſione non potui non narrare hiſtoriam de muliere prægnante dolore colico acerbiſſimo ac diuturno afflicta, poſt varia imo optimæ notæ medicamenta interna externave fruſtra adhibita, oſtreis crudis intra tres quatuorve horas curatâ. Colicus dolor diuturnus oſtreis curatus.

Mulier viginti quatuor annos nata, pituitoſa, alvo adſtrictiori, ſex circiter menſibus jam prægnans, tempore autumnali, quotidie mala perſica plus avidè cum devoraſſet, primò de præcordiorum diſtenſione quadam, dein flatibus, ac doloribus ventris contorquentibus conqueſta eſt: quare cochleare ſpiritus aniſati aſſumpſit, multoſque ructus ac flatus cum levamine reddidit. Verum alvum intra quatriduum quia non exoneraverat, veſperi cubitum itura duo cochlearia de elixire ſalutis ſuperius memorato & p. 133. deſcripto uſurpavit: circa mediam noctem dolor colicus acerbiſſimus eam corripuit. Quare Medicus accerſitus, mox clyſte- Mulier prægnans poſt mala perſica avidè devorata. In dolorem colicum acerbiſſimũ &c. incidit.

 ſte-

ſterem ſequentem flatus diſcutientem &c. præſcripſit.

Quare enema.

℞. *Decoct. emoll. & carmin.* ℥viij. *Elect. diacathol. De bacc. laur. ana* ℥j. *Balſam. ſulphur. aniſat.* ℈j. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xxx. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Cujus beneficio bis alvum dejecit, & multos flatus reddidit, verum abſque ullo levamine: interim ſingulis horis cochleare unum vel alterum uſurpavit de hac mixtura carminativa anodyna.

Et mixtura carminativa anodyna.

℞. *Aq. cort. aurantior. Fœnicul. ana* ℥iijß. *Theriacal. ſimplic.* ℥ij. *Spirit. carminat. Sylv. Anticolic. mox deſcribend. ana* ℥ß. *Ol. cardamom. ſtillat. gutt.* iv. *Laud. opiat. gran.* ij. *Syrup. diacod.* ℥j. MS.

Qua aſſumptâ, levamen per horas aliquot obſervavit, aſt mox dolores adaucti ſunt: quare enema p. 254. deſcriptum denuo injectum fuit, verum eodem effectu: externè hoc linimento ventrem bis quotidie inunxit.

Ut & linimentum externum fruſtra adhibitum.

℞. *Unguent. martiat.* ℥ß. *Ol. chamomill. Anethin. Laurin. ana* ʒvj. *Nuc. moſchat. expreſſ.* ʒij. *Papav. expreſſ.* ʒj. MS. pro linimento.

Quo facto, ſemper magnum levamen obſervavit, imo majus quàm à præcedentibus aliis medicamentis, relictâ per diem unum vel alterum hac inunctione, dolores majores ſenſit. Sicque per quinque vel ſex ſeptimanas doloribus colicis vexata fuit hæc prægnans: non tantum his, ſed & pluribus temperatis imo nonnihil refrigerantibus ſimulque anodynis fruſtra tentatis & adhibitis remediis, nonniſi in inunctione continuavit relictis cæteris omnibus. Caſu de oſtreis audiens, eaque ſummè appetens, Marito indicavit, qui ſummam illam appetentiam obſervans, mox Ancillam miſit. Oſtrea allata cruda pipere contuſo benè condita & inſperſa plurima Uxori comedenda præbuit; unde hæc ſequente nocte placidè dormivit, mane alvum ſponte ter quaterve exoneravit, nec amplius de dolore colico conqueſta fuit, imo curata manſit.

Tandem oſtreis crúdis curata fuit.

Juvenis viginti quatuor annos natus, bilioſus, Baccho plus ſolito indulgens, magnâ farciminis Bononienſis copiâ devoratâ, cubitum iturus cum nauſeabundus eſſet, cochleare unum ſpiritus vini Rhenani aſſumpſit, unde nauſea brevi fuit ſublata. Verum ſeptimâ matutinâ de dolore capitis & inteſtinorum acutiſſimo, & quaſi punctorio, ſiti intolerabili, febrique conquerebatur: quare Medicum accerſivit, qui mox hoc enema præſcripſit, & ſequentem mixturam.

Juvenis Baccho indulgens calidiora & ſpirituoſa aſsumens.

In dolorem acutiſſimum incidit.

Verum enemate.

℞. *Decoct. emoll. & carmin.* ℥viij. *Elect. lenitiv.* ℥ij. *Ol. chamomill.* ℥j. MS. F. Clyſter pro Viro.

Quo injecto, dolor adaugeſcere cœpit: quare cochleare ſingu-

lis

lis horæ quadrantibus ex juſſu Medici uſurpavit de hac mixtura.

℞. *Aq. fœnic.* ℥ij. *Betonic. Cortic. aurantior. ana* ℥j. *Spirit. carminat. Sylv.* ℥ß. *Nitri. dulc. gutt.* xvj. *Antim. diaphor.* ℈j. *Laud. opiat. gran.* ij. *Ol. cortic. aurantior. ſtill. gutt.* iv. *Syrup. diacod.* ℥j. MS.

Mixturâ anticolicâ anodynâ.

Cujus maleficio dolor valde fuit exacerbatus: quare clyſma parum & ſequenti modo mutatum iteratum fuit.

℞. *Decoct. emollient. vulgar* ℥viij. *Electuar. lenitiv.* ℥j. *Ol. verbaſc.* ℥vj. *Theriac. Andromach.* ℨjß. MS. F. Clyſma pro Viro.

Necnon clyſmate anodyno fruſtra adhibitis.

Cujus beneficio ſemel alvum depoſuit, & dolor paulò tolerabilior. Verum poſt horam unam vel alteram, dolore quammaximè adaugeſcente, me quoque vocarunt, dictaque cum intellexiſſem, ac medicamenta vidiſſem, inteſtinorum quandam inflammationem adeſſe ſuſpicabar: ac ea de cauſa venæ ſectionem in pede ſummè neceſſariam judicabam, nec contraindicans adeſſe demonſtrabam, imo me ſæpius à venæ ſectione tali in caſu ſummum habuiſſe levamen aſſeverabam. Quo audito, cum annueret alter Medicus, vena ſtatim in pede dextro fuit ſecta, ac eodem ipſo momento ſummum ſe obſervare levamen ægrotans retulit. Varias noctes inſomnes quia traduxerat, ſequentem dedimus emulſionem.

Venæ ſectione.

℞. *Hord. mundat. ad crepat. coct.* ℥vj. *Semin.* 4. *frigid. maj. ana* ℥ß. *Lini Papav. alb. ana* ℨiij. F. cum ſ. q. aq. lactuc. Emulſ. ad ℥xiiij. add. *Julap. roſat. Syrup. papav. alb. ana* ℥vj. MS. pro Emulſione.

Emulſione.

Qua aſſumptâ, quietè illâ nocte dormivit, & vix de dolore mane conqueſtus eſt: alvum ante quia non reddebat, ſequens clyſma præſcripſimus.

℞. *Rad. alth. Malv. ana* ℥ß. *Fol. malv. Biſmalv. Violar. ana* M. j. *Flor. ſambuc. p.* ij. Coq. in ſ. q. aq. hord. in colatur. ℥viij. diſſolv. *Lap. prunell.* ℨiß. MS. F. Enema pro Viro.

Ac enemate emolliente temperato &c. curatus.

Hujus beneficio bis alvum depoſuit, nec de dolore amplius, verum de ſiti adhucdum conqueſtus eſt: quare nonniſi ſpiritum nitri dulcem ſequenti modo paratum ad guttulas viginti ex cereviſia tenui dulci, necnon ſubinde lapidem prunellæ dedimus, ac veſperi emulſionem per quatriduum continuavit æger, referens ſummum poſt venam ſectam obſervaſſe ſe levamen ab emulſione.

℞. *Spirit. nitri vulgari modo parat.* ℥j. *Semin. carui* ℨj. *Extrem. cortic. pomor. zinenſ.* ℨiij. *Spirit. vini rectificat.* ℨiij. Mixta ſ.a. ex retorta deſtillentur fere ad ſiccitatem, ac cohobentur.

Ne tamen recidivam pateretur, quotidie ultimum clyſma fuit injectum, ſimul ac alvus non reſpondebat, ac brevi fuit curatus.

Et ne recidivam pateretur, alvus clyſtere laxior ſervata eſt.

Colica biliosa plerumque in paralyſim degenerat.

Datur & alia colici doloris ſpecies, colica bilioſa (i) vulgò dicta, in qua clyſteres conveniunt, quæ ut plurimum in paralyſim degenerat: quo in affectu dolor crudeliſſimus & atrociſſimus colicum imitatus exoritur, qui aliquando clyſteribus aſt rarò curatur: clyſteres tamen ſæpius iterati ab omnibus hactenus notis Practicis unanimiter in primis laudantur. Aliquando vero neque clyſteribus, neque fomentis, neque aliis remediis ille dolor cedit, ſed ad plures menſes plerumque perſeverat, vigilias ab continuum dolorem inducit, appetitum &c. tollit; unde corpus ut plurimum valde contabeſcit, febriſque jam remittens continua, jam intermittens ipſos invadit, tandemque, ſponte ſæpius doloribus remittentibus, paralyſis partes ſuperiores magis quàm inferiores occupans ſequitur, imo convulſiones epilepticæ & brevi mors producitur, tibiæ cruraque ſæpiſſime dolent, rarius reſolvuntur omnino.

Hoc in caſu in primis & præ omnibus præſtat tinctura radicis Jenſing, vel Niſi, de qua in ſequentibus prolixius.

Colico-nephriticus.

Datur & dolor colicus una cum nephritico dolore ex calculo arenuliſque exorto conjunctus, & tamen nonniſi colicus dolor videtur, quo in caſu clyſmata quammaximè conducunt: horum enim beneficio & humores acres, flatus, & fæces induratæ &c. colici doloris cauſæ temperantur, educuntur, & emolliuntur, viæque laxantur, ac lubricæ redduntur, ſicque calculi arenulæque mi-

(i) Nomen iſtud Colicæ bilioſæ invaluit olim apud veteres Medicos, ut ait Ettmullerus, tuncque primùm prodiit, quum viridem humorem vel per alvum effluere, vel per os reiici conſpexerint. Verum, quam hic deſcribit clariſſimus Auctor ſub Colicæ bilioſæ nomine, nemini non notum, tantum ab illa diſtare, quantum convulſiva ab humorali. Duplex etenim Colici doloris ſpecies, altera quæ ab acrioribus contentis in inteſtinis oritur; altera vero, quæ ſine inteſtinorum culpa, ſed nervorum potius meſenterio vel proximis partibus inſidentium excitatur. In illa deſcribenda nihil fere à rei veritate abludit Sylvius, noſque eam humoralem appellabimus. Verum alteram detexit Williſius, ſive potius ante eum Carolus Piſo, qui Colicum dolorem ſine ullo contentorum in inteſtinis vitio plerumque excitari demonſtrarunt: atque hæc illa eſt Colicæ ſpecies, quæ convulſiva audiri in Scholis Medicis cœpit. Licet autem viridis quoque humor hic rejici ſoleat, id tamen fit, quia bilis etiam receptacula ſpaſmo corripiuntur, & contentum humorem in cavitatem inteſtinorum projiciunt. Tantum vero abeſt, ut pro hujus Colicæ cauſa ſeroſam colluviem in cerebro aggeſtam cum Piſone, vel quædam ſucci nervei recrementa per nervos decidua cum Williſio deſignemus; ut potius putemus, acrem materiam, quæ aliunde, quàm per nervos, meſenterio advenit eos nervorum plexus exſtimulare, qui ad inteſtina propagines ſuas tranſmittunt. Quod planè calculi exemplo in renibus confirmatur, à quo toties pertinax Colica abſque cerebri, vel ſucci nervei culpa excitatur. Neque illud favet citato Williſio, quod Colicam iſtam ſæpiſſime Convulſiones epilepticæ, vel Paralyſes excipiant, & corpus patientis ita tandem contabeſcat, ut ſceleti inſtar videatur. Nam ut prætereàm, hæc non ſemper à ſucci nervei vitio fluere, quis non videt ex morbi laboribus, pertinaciâ, ac diuturnitate labem non levem humoribus imprimi, debitam glandularum tum cerebri, cum naturalium viſcerum texturam everti, atque nonnullos etiam nervos aliorum, cum quibus implicantur, laqueo veluti ſtrangulatos ſenſim ita occludi, ut per eos ulterius via ſpiritibus non pateat? In quacunque autem Colicæ ſpecie curanda, in id præſertim oportet incumbamus, ut ſpirituum impetum conſopiamus, & inteſtinorum ſpaſmos deliniamus: quod utrumque ab opiatis, & oleo amygdalarum dulcium tum ſeorſim, cum ſimul exhibitis ſemper obtinuimus. A catharticis vero ſemper abſtinuimus, atq; duntaxat illa in alvum injicere, ſicque humoris moleſti excretionem provocare maluimus, quod optimo ſemper eventu nobis obtigit.

minori cum difficultate, & facilius per ureteres veſicamque excernuntur. Auctoritatis loco duabus obſervationibus hæc ultima probabo.

Mulier quadraginta annos nata, melancholica, poſt quartanam diu affligentem incidit in graviſſimam dyſenteriam animi deliquio & ſummis ventris doloribus conjunctam: adverſus quam dyſenteriam varia uſurpavit remedia optimo ſemper cum ſucceſſu, aſt ſtatim recidivam iterum fuit paſſa. Ultimò ſequentem mixturam, conditum, & clyſterem ſæpius iteratum præſcripſimus, & à doloribus, animi deliquio, & dyſenteria fuit liberata.

Mulier poſt diuturnam quartanam.

Dyſenteriâ afficitur.

℞. *Aq. fœnic. Extremit. cort. aurantior. cum vino deſtill. ana* ℥ij. *Cinnam.* ʒj. *Confect. hyacinth.* ʒij. *Corall. rub. præparat.* ʒß. *Laud. opiat. gr.* iij. *Ol. macis ſtillat. gutt.* iij. *Syr. myrtin.* ℥j. MS. de hac mixtura ſingulis horis cochlear unum aſſumpſit.

Sed mixturâ.

℞. *Elect. antidyſenter. noſtr. p.* 126. *deſcript.* ʒvj. *Diaſcord. Fracaſtorii* ʒiij. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒj. *Croc. martis adſtring. Nuc. moſchat. ana* ʒj. *Ol. cinnam. Macis ſtill. ana gutt.* iij. *Syr. myrtin. q. ſ.* MS. F. Conditum: de hoc condito uſurpavit ter de die mane & circa meridiem & veſpertino tempore ad nucis moſchatæ fere magnitudinem.

Condito.

℞. *Rad. tormentill.* ℥ß. *Flor. roſar. rub. Papav. errat. ana* M. ij. Coq. in ſ. q. lactis Bubuli recentis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Terebinth. Venet. in duobus ovorum vitellis diſſolut.* ʒv. *Mell. roſat.* ℥j. MS. F. Clyſma.

Ac clyſtere curatur.

Poſt annum circiter à curata dyſenteria urinam inſtar aquæ limpidæ per menſem fere excrevit: hoc tamen flocci faciens, ſubitò ex ſomno præ dolore ventris ingenti excitata. Accerſitus nauſeabundam ſummo cum ventris ſupra umbilicum dolore diſtendente afflictam, & maximè circa regionem lumbarem querentem inveni: alvum quia intra triduum non dejecerat, ſtatim ſequentem clyſterem præſcripſi.

Poſt annum dolore nephritico afflicta.

℞. *Decoct. emollient. & carminat. commun. pro clyſter.* ℥vij. *Ol. amygd. dulc. Chamomill. ana* ℥iß. *Sacchar.* ℥j. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Enemate.

Quo injecto, parum dolores fuere ſedati, ac poſt horam circiter ſemel alvum una cum paucis flatibus depoſuit: moxque de ſequenti mixtura ſingulis horis duo cochlearia aſſumpſit.

℞. *Aq. extrem. cortic. aurant. cum vino deſtill. Fœnic. ana* ℥ij. *Spir. anticolic. ſequent.* ʒß. *Nitri dulc. aromat. p.* 275. *deſcript.* ʒß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. bacc. junip. gutt.* vj. *Syr. papav. errat.* ℥j. MS.

Mixturâ anti-nephritico-colicâ.

Mane rediens omnia ſymptomata parum diminuta, urinamque

que cum arenulis parvis quibuſdam excretam inveni; magiſque de dolore paulò infra regionem lumbarem, quàm quidem de ventris dolore diſtendente jam conquerebatur: quare clyſma in calculo p. 254. deſcriptum hoc modo mutatum ſtatim injiciendum præſcripſi.

Ac clyſmate.

℞. *Fol. malv. Petroſel. Flor. chamomill. Roman. ana* M. iß. *Sem. lini Fœnu græc. ana* ℥ß. *Cumin.* ℨij. Contuſa & conciſa coq. in ſ. q. aq. commun. & vini, in colatur. ℥vij. diſſolv. *Ol. amygd. dulc. Amarar. ana* ℥j. *Chamomill. Sacchar. ana* ℥ß. MS. F. Clyſter pro Muliere.

Hoc clyſtere injecto, & per duas circiter horas retento, maximam flatuum copiam, & varias arenulas excrevit: quare circa meridiem ſequentem hauſtum dedi.

Ut & hauſtu oleoſo &c.

℞. *Ol. amygdalar. dulc. recens expreß. Pulp. caß. fiſtul. recenter extract. Syr. alth. Fernelii ana* ℥vj. *Aq. fœnic.* ℥j. MS. F. Hauſtus.

Duos reddidit calculos.

Poſt tres circiter ab aſſumptione hujus hauſtus horas ultimum enema iterandum ſtatimque tum injiciendum juſſi; quo facto & varios iterum flatus una cum duobus glabris teretibuſque calculis nuci avellanæ non craſſitie aſt longitudine reſpondentibus excrevit: ac ultimò nonniſi mixturam ultimam bis tantum uſurpavit, & curata fuit.

Et curata fuit.

Spiritus anticolicus ſupra præſcriptus.

Spiritus anticolici deſcriptio & præparatio.

℞. *Rad. Angel.* ℥vj. *Galang. Zedoar. ana* ℥ß. *Fol. baſilic. Majoran. nobil. ana* Mj. *Salv. Rut. hortenſ. ana* M. ß. *Summit. fœnic. Flor. lavendul. Chamomill. Roman. ana* M. ij. *Bacc. laur. Flaved. cort. aurantior. ana* ℥ij. *Sem. aniſ. Carvi Fœnicul. ana* ℥j. *Leviſtic. Macis ana* ℥vj. *Nuc. moſchat. Caryophyllor. ana* ℨij. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Hiſpanic. ſtop.* ij. *Spir. vin. optim. ſtop.* iß. Digerantur per quatriduum in balneo Maris ſ. Mariæ, tumque ſpiritus leni calore abſtractus reaffund. magmati, & iterum per triduum digeratur, tumque per Mariæ balneum ſpiritus ad pintas ſex vel ſeptem abſtrahatur: reſiduo affund. vini & aquæ communis ana ſ. q. digeratur iterum & abſtrahatur tandiu, quandiu aromaticum ſaporem retineat; quæ aqua flatus egregiè diſcutit.

Vir varios ſubinde calculos &c. per urinam reddens.

Vir quiſpiam quinquageſimum jam agens annum, bilioſus, dulcibus maximè deditus, multas ſubinde arenulas calculoſque exiguos cum urina excrevit. Evenit, ut poſt inſolitos majores labores

res

res incaleſceret, moxque aera cum ſubiiſſet, magnum frigus membra corriperet, quod tamen flocci pendens, ab aere non abſtinuit; unde brevi graviſſimo ventris dolore rodente & circa regionem lumbarem perterebrante quaſi dolore fuit afflictus una cum vomitu bilioſorum & pituitoſorum humorum (quod optimè notandum ſuadet Paulus Barbette in ſua Praxi lib. 4. cap. 8. §. 5. p. 201. eſt enim malè conſtituti ventriculi ſignum, nauſea vero & inanes evomendi conatus benè conſtitutum ventriculum denotant.) Vocatus ſtatim nonniſi clyſterem penultimum ex decocto emolliente & carminativo &c. compoſitum, ob dolorem continuò exacerbeſcentem, quàm citiſſimè injiciendum præſcripſi, ac mox ſequentem mixturam dedi, de qua ſingulis horis duo cochlearia aſſumpſit.

In dolorem rodentem cum vomitu &c. incidit.

Signum in nephriticis malè vel benè conſtituti ſtomachi.

Clyſtere.

℞. *Aq. poſt abſtractum ſpiritum anticolicum deſtillat. Fœnicul. ana* ℥ij. *Anti-nephritic. Spir. anti-colic. mox deſcript. ana* ʒß. *Nitri dulc. aromat. p. 275. deſcript.* ʒß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. baccar. juniper. gutt.* vj. *Macis ſtill. gutt.* ij. *Syr. papav. errat. Violar. ana* ʒvj. MS.

Et mixtura colico-anti-nephriticâ.

Poſt injectum enema & uſurpatam mixturam nephriticus nonniſi dolor parum erat diminutus, & nauſea non rediit amplius; aſt ventris dolor rodens nec clyſteri etſi ſemel adhuc iterato, nec mixturæ ceſſit, quare ſequentem hauſtum præſcripſi.

℞. *Mann. Calabrin.* ʒvj. *Pulp. caſſiæ Ol amygd. dulc. recenter expreſſ. & extract. ana* ʒß. *Cort. aurantior. ſtill. gutt.* ij. *Aq. fœnicul.* ʒx. MS. F. Hauſtus.

Et hauſtu lenitivo &c.

Quo aſſumpto, nauſeam per horam quidem fuit paſſus: poſt duas ab aſſumptione horas clyſterem ultimò in caſu præcedenti præſcriptum injiciendum curavi, quo facto, quater alvum depoſuit, tali cum effectu, ut dolor ventris rodens fere evaneſceret, multoſque exiguos calculos una cum copioſa urina ejiceret. Nihil præter unicam adhuc mixturam poſtea uſurpavit, & curatus fuit.

Fuit curatus.

Plures ejuſmodi obſervationes addidiſſem, niſi mutato ſolummodo ægrorum nomine me idem dicturum metuiſſem.

12. Inteſtinorum ulcera, excoriationes, ut dyſenteria, teneſmus &c. nempe ad ulcera & excoriationes detergendas & conſolidandas, ut quondam docuere P. Gorræus cap. de clyſtere, & Heurnius in Praxi medica lib. 1. cap. de clyſtere. Sed objiciet forſan aliquis, enemata hiſce in affectibus injecta nihil boni poſſe adferre, quando ulcus ſupra coli valvulam exſtiterit. Aſt talibus vulgò reſpondetur, totam injectorum detergentium & conſolidantium clyſterum ſubſtantiā etſi eò nunquam pervenire credibile ſit,

Inteſtinorum ulcera, excoriationes &c.

ni-

nihilominus tamen halitus ex detergentibus aut conſolidantibus ſurſum elatos multum juvare. Experientia quoque quotidiana, ut & ſequens caſus, horum clyſterum beneficio non tantum ulcera & excoriationes infra, ſed & ſupra coli valvulam exiſtentes curari, teſtatur.

Juvenis poſt Bacchi caſtra ſecutus.

Juvenis quiſpiam, bilioſus, poſt ingentem æſtum Bacchi caſtra ſtrenuè ſecutus, decimo ſeptimo ætatis anno levi alvi fluxu corripitur, mox graviori: quare ſemiunciam aquæ vitæ Matthioli aſſumpſit, alvique fluxus major inde quia redditus, vinum calidum, in quo nux moſchata macerata fuerat, uſurpavit; unde non tantum alvi fluxus exortus eſt, verum tali cum dolore circum circa umbilicum ſingulis dejectionibus affligens hominem, ut præ dolore altâ voce ſubinde exclamaret. Quare cujuſdam conſilio panem album calidum oleo olivarum imbutum uſurpavit, verum fruſtraneo eventu, imo brevi magnam puris copiam una cum mucoſis excrementis puri intimè mixtis & tam acribus per alvum depoſuit: continuo deſidendi niſu nihil præter pus, ſanguinem, mucoſumque humorem excrevit. Quare mane vocatus dictam hiſtoriam cum audiviſſem, ſtatim enema in teneſmo p. 254. deſcriptum injici juſſi, & mixturam in penultima obſervatione deſcriptam dedi, aſt loco olei macis ſtillatitii addidi balſami ſulphuris aniſati ſemiſcrupulum: ſequenti vocationis die hoc enema præſcripſi.

In alvi fluxum dolorificum incidit.

Omnibus fruſtra adhibitis, enemate. Mixturâ.

℞. *Fol. verbaſc.* M. iß. *Flor. roſar. rub. Papav. err. ana p.* iij. *Hyperic.* M. j. *Sem. cydonior.* ʒiij. Conciſa & contuſa coq. in ſ. q. lact. chalybeat. in colatur. diſſolv. *Terebinth. Venet. duobus ovorum vitellis diſſol.* ℥ß. *Balſam. ſulphur. terebinth.* ʒß. *Mell. roſat.* ℥vj. MS. F. Clyſter.

Alioque clyſmate injecto.

Ac iterato.

Hoc adhibito clyſtere, & teneſmus & dolores circa umbilicum valde remiſerunt, nec amplius tantam puris ſanguiniſque copiam excrevit; quare ultimum clyſma veſpertino aliquandiu tempore iterandum, diuque retinendum præſcripſi. In uſurpatione mixturæ continuavit ad finem curationis, ſæpius aſſumpſit lac Bubulum, in quo cinnamomum acutum, & panis biſcoctus maceratus & coctus, ovique vitellum diſſolutum erat: tandem horum medicamentorum ope & inteſtinorum ulcere, & ventris doloribus, & teneſmo fuit curatus.

Necnon lacte cum cinnamomo &c. curatus fuit.

Lumbrici. Quotuplices. Teretes. Lati.

13. Lumbrici, qui ſecundum Theodorum Gazam & Galenum commentar. in lib 3. aphor. 26. Hippocratis ſunt vel teretes ſeu rotundi, & frequentius in inteſtinis tenuibus generantur, unde ſæpe in ventriculum aſcendunt: vel lati, faſciæ etiam à nonnullis nominati, quia lati & longi ſunt inſtar faſciarum, quibus Infantes involvuntur; hæc lumbricorum ſpecies rarior multò eſt,

cæ-

cæteris: plura notatu digniſſima de lumbrico lato, qui deſiderat, inſpiciat tractatum Adriani Spigelii de lumbrico lato doctiſſimum, & lectu digniſſimum: vel aſcarides ſeu tenues lumbrici, filorum particulas referentes, qui in parte inferiori craſſiorum inteſtinorum, & juxta ſphincterem muſculum plerumque reſidere ſolent. Ad lumbricos hos necandos expellendoſve enemata apprime conveniunt: ſed notandum, clyſteres dulces præcipuè ex lacte confectos præſcribendos eſſe, non vero amaros aut oleoſos aut valde acres, aliàs clyſterum beneficio non educi poſſe, teſtatur Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 6. cap. 31. de clyſteribus §. 19. p. m. 191. Amara vero, ut extractum abſinthii, centaurii minoris &c. ſi tunc ſimul per os exhibeantur, citior & facilior erit curatio: amara enim in primis ſi ſimul laxantia ſint, vel purgantia, lumbricos necando & purgando vel laxando deturbant; dulces vero clyſteres alliciendo dulcia maximè appetentes lumbricos, expellunt. En dicta exemplo uno vel altero confirmata.

Aſcarides.

Enemata dulcia in lumbricis requiruntur.

Juvencula quatuordecim circiter annorum, pallida, pituitoſa, melancholica, poſt fructus horarios in primis pruna cruda plus ſolito ac avidè devorata, ac caſtaneas quotidie aſſumptas, appetitu penitus deſtituta, hypochondriorum diſtentionem, ſitim intolerabilem, faciei pallorem, tuſſim pertinacem, & cum cubitum iret valde exacerbeſcentem, febres erraticas, ac inſomnia nocturna quandoque horrenda, quibus ſæpius mediâ nocte lecto expelleretur, ſumma cum præcordiorum tum anxietate, & reſpiratione difficillima paſſa eſt. Quare Parentes pluresque alii incubo juvenculam vexari putabant. Brevi autem tam macilenta eſt reddita, ut nonnulli phthiſi, vel atrophiâ laborantem judicarent: urina ſemper erat cruda ac limpida; alvus jam laxior, jam vero adſtrictior. Plurima à Parentibus adhibita ſunt remedia aperientia, menſes provocantia, purgantia varia, & diaphoretica, verum fruſtraneo eventu. Tandem Agyrta quidam multa pollicitus, menſtruorum retardationem omnium ſymptomatum cauſam eſſe autumans, neſcio quæ non menſtrua provocandi causâ dedit, ſed in caſſum omnia. Quare Filia valde debilitata, Parentes ſummas in anguſtias redacti, Filiamque jam jam morituram verentes, Medicum accerſiverunt, qui omnibus ritè examinatis & accuratè perpenſis, lumbricos dictorum ſymptomatum forſan cauſas eſſe concludit: quare primò de ſequenti pulvere doſim cum hydromelite mane & veſperi exhibuit.

Juvencula poſt fructus horarios, lacticinia, &c.

In varia incidit ſymptomata.

Ita ut incubo vel atrophiâ &c. laborare judicabatur.

Verum Medicus lumbricos eſſe concludit.

℞. Sem. tanacet. ℨß. *Myrrh. rubr.* ℈i. *Corallin.* ℨiß. *Mercur. ſublimat. dulc. gran.* xxv. *Reſin. jalapp. gran.* xv. MS. F.

Ac pulverem contra lumbricos.

Pulvis tenuiſſimus divid. in duodecim doſ.

Elixir cum ſale volatili &c.

Secundò ex vino abſinthite uſurpavit de ſequenti vigi nti guttulas mane, in prandio, & cœna.

℞. *Sal. volat. oleos. Elixir. propriet. cum oleo tartar. per deliq. parat. ana* ℥iß. *Ol. tanacet. ſtillat. gutt.* vj. MS.

Enema ex lacte dulci.

Tertiò alvo adſtrictâ quia ſæpius laborarat, enema ſubinde ex lacte dulci cum ſaccharo fuit injectum, & alvum una cum lumbricis rotundis ſubinde reddidit.

Quartò totum abdomen inungi juſſit hoc linimento.

Linimentum.

℞. *Unguent. de arthanit.* ℥j. *Ol. Myrrh.* ℥ß. *Cheyrin. Abſinth. ana* ʒvj. *Philoſoph.* ℈j. MS. F. Linimentum.

Cereviſiam mercurio crudo agitatam.

Quintò contra ſitim vero intolerabilem cereviſiam, ſed cum mercurio crudo diu agitatam, de die aſſumpſit, ac intra tres quatuorve hebdomadas omnia fere ſymptomata ſunt ſuperata, incredibili lumbricorum copiâ una cum fæcibus excretâ.

Pilulas aperientes.

Ultimò nonniſi pilulas aperientes, menſes ſimul provocantes ſæpius jam nominatas, & bis in ſeptimana vinum medicatum ſequens uſurpavit, & curata fuit.

Et vinum medicatum menſtrua provocans &c. exhibuit, & brevi curata fuit.

℞. *Rad. irid. Florent. Calam. aromat. ana* ℥ij. *Angelic. Zedoar. ana* ℥iß. *Folior. ſabin.* M. j. *Roriſmar.* M. ß. *Summit. abſinth. Centaur. min. ana p.* jß. *Turbith gummoſ. Aloes lucid. ana* ʒiij. *Corallin.* ʒß. *Semin. leviſtic. Apii Tartar. Rhenan. ana* ℥ij. *Limatur. chalyb. in petia ligat.* ℥iij. Conciſis ac contuſis affund. *Vin. optim. pint.* vj. Poſt quatriduum unciæ tres quatuorve mane aſſumendæ.

Puerulus poſt lacticinia, ſaccharata &c.

In varia ſymptomata.

Lumbricos concomitantia &c. incidit.

Puerulus quatuor jam annos natus multa lacticinia, ſaccharata &c. cum uſurpaſſet, appetitu fere abolito, mox eodem aucto, alvum adſtrictam ſæpius, rarius alvum ſolutam, ventris dolorem erodentem (in primis tempore inediæ) ac diſtentionem, oris fœtorem, narium pruritum, ſitim fere inexplebilem, faciei pallorem, corporis gracilitatem, imo atrophiam habuit; circa anum vero dolorem punctorium, ac continuam dejiciendi & deſidendi cupiditatem. Vocatus primò glandem ex caſeo recenti loto confectam, & melle inunctam ano intrudendam, cum ſequenti pulvere præſcripſi (interdictis omnibus ſaccharatis, lacticiniis, fructibuſque horariis &c.) unde optimum ſemper in vermibus ſucceſſum habui.

Glande ex caſeo recenti melle inunctâ.

Pulvere.

℞. *Raſur. corn. Cerv.* ʒj. *Corallinæ* ℥iß. *Granor. malor. punic. Myrrh. rub. Mercur. ſublim. dulc. ana* ℈j. *Spec. diaturb. cum rheo* ℥iß. *Reſin. jalapp.* ℈ß. MS. F. Pulvis tenuiſſimus in octodecim doſes dividendus.

De hoc pulvere mane & veſperi doſim cum hydromelite aſſumpſit, ac quotidie bis alvum poſtmodum dejecit una cum variis

riis

riis aſcaridibus: tum umbilico ſequens emplaſtrum imponendum juſſi.

℞. *Trochiſc. alhand. Myrrh. rub. Aloes lucid. ana* ℈j. *Fell. Taur. inſpiſſat.* ʒß. *Ol. abſinth.* ℈ß. *Unguent. de arthanita q. ſ.* vel ejus defectu ſolummodo *cum ceræ q. ſ.* F. Emplaſtrum umbilico imponendum.

Emplaſtro ventri impoſito.

In potu ordinario, poſt emplaſtrum umbilico impoſitum, pulveremque uſurpatum, ſpiritum nitri dulcem uſurpavit. Per ſeptimanam circiter cum dicta uſurpaſſet, clyſterem ex ſolo lacte dulci, ſaccharo penidii, & melle confectum præſcripſi, quo injecto magnam lumbricorum rotundorum copiam excrevit: continuavit poſtea puerulus in pulveris ſupradicti aſſumptione, & emplaſtrum renovatum umbilico adhuc imponendum, clyſteremque ſubinde iterandum præſcripſi, & à lumbricis & atrophiâ &c. brevi curatus fuit.

Ac enemate ex lacte dulci.

A lumbricis &c. fuit liberatus.

14. Alvus adſtricta à fæcibus induratis, vel flatibus, humoribus auſteris, melancholicis, vel acidis, vel pituitoſis viſcidis, (k) &c. ubi purgantia dare non licet; aut ubi poſt medicamentum

Alvus adſtricta.

 pur-

(k) Recenſitis à clariſſimo Auctore adſtrictionis alvi cauſis aliæ quoque nectendæ ſunt, quæ tantum quandoque negotium faceſſunt, ut arte nullâ vinci poſsint. Sed tamen methodi gratiâ cauſas omnes, quæ alvum ſiſtere poſſunt, vel ad inteſtina, vel ad contenta ipſa referemus. Proximi ſunt generis, quas Auctor noſter recenſuit, quarum numerum complent lapideæ aut gypſeæ concretiones, quæ non ſecus, ac in renibus & articulis, in cavitate inteſtinorum ex ſalium diverſi generis concurſu procreantur. Id vero reticendum non eſt, quod non modo ventriculus vitioſa contenta inteſtinis ſuppeditet, ſed etiam in culpa quandoque ſint, cur illa cumulentur, liquores aliunde in cavitatem eorum confluentes. Notior enim res eſt, quàm ut inficiari poſſit, ex nimia ſucci pancreatici auſteritate, biliſque & humiditatis ejus defectu, quam Peyeri glandulæ ſubminiſtrant, viſcidiorem mucum ex chyli recrementis inteſtinorum parietibus extrui, qui glutinis inſtar fæces complectitur. Iſtæ vero debito tempore non excretæ, ſed diutius retentæ areſcunt adeo, & dureſcunt, ut nec ſponte per inteſtina prolabi poſſint, neque inteſtinorum conatibus facilè auſcultent. At vero ſi inteſtina ipſa ſpectemus, plures jam occurrent adſtrictionis alvi cauſæ. Etenim quemadmodum reliquæ corporis partes, ita inteſtina Paralyſi corripi poſſunt, ut proinde alvus maneat omnino, niſi acriori pharmaco extimuletur. Segniùs quoque inteſtina fæces proijciunt, ſi craſſiori muco ſuis tunicis extructo earum ſtimulos non percipiant, & motus eorum excretorius hebeſcat. Toties vero inteſtinorum cavitas abrumpitur, vel quia inteſtinorum parietes antea exulcerati coaluerint, vel quia tumore aliquo comprimuntur, vel quia validiori ſpaſmo, veluti laqueo, ſtrangulantur. Gravidæ idcirco Mulieres fæces facilè non egerunt: hæmorrhoides prope anum prominentiores, & calculus prægrandi mole in veſica latitans earum quoque excretionem præpediunt: atque qui affectione premuntur hypochondriaca, quotidie de alvi emanſione conqueruntur. Jamdiu vero admirationem mihi inceſſit, quod morbo illo affecti fæces excernant duriores, & Caprarum more in globulos diſtractas: quod non aliunde oriri conjeci, quàm ex pertinaci inteſtinorum, & ligamentorum per coli longitudinem excurrentium contractione; unde ejus inteſtini cellulæ crebriores, breviores, ac contractiores redduntur, quod ad fæces alvi in globulos diſtrahendas neceſſarium judicavi. Sed memoranda quoque eſt ea alvi ſegnities, quam incurrunt, qui ſuctui fumi tabaci aſſueti, ejus uſum intermiſerint: validiori enim hujus fumi ſtimulo ita inteſtina aſſueſcunt, ut mitiori fæcum incitamento deinceps non percellantur. Quod autem clyſteres in omni alvi adſtrictione admodam valeant, id ſatis evincit, quod periſtalticum inteſtinorum motum, quo ſine nulla per alvum contingit excretio, provocent. Unde factum, ut ad motum illum excitandum res maximè acres quandoque Practici adhibeant, ut vinum ſtibiatum, decoctionem nicotianæ, colocynthidis, & ſimilia. Verum hæc in fæcibus duris, & ſpaſmodicâ inteſtinorum contractione minus conveniunt, ubi vel malva incocta, vel olivarum oleum ſolū injectum conducibilius eſt.

purgans aſſumptum alvus non ſolvatur, ſed è contrario æger veſſicetur, diſtendatur, & lancinationes experiatur: clyſter hiſce in caſibus neceſſariò injiciendus, ut quondam docuit Paulus Ægineta lib 7. cap. 6. ex commentar. Philagrii. Item alvo adſtrictiore qui naturaliter laborant, ut non rarò Fœminis contingit, clyſteres hoc in caſu quammaximè conducunt, ut auctor eſt Arnoldus de Villa Nova doctrin. 4. cap. 13. aphor. 13. Obſervavimus quoque non ſemel alvo adſtrictiori laborantes poſt ſubinde applicatos & iteratos clyſteres quotidie poſtea ſemel biſve alvum depoſuiſſe: quare inſpiciat ſtudioſus Lector obſervationem pag. 236. & 237. deſcriptam. In alvo adſtricta à fæcibus induratis φάρμακα καθαρτικὰ neutiquam exhibenda, priuſquam clyſtere fuerit ſoluta, juxta C. Celſum lib. 2. cap. 12. titul. 2. de alvi ductione p. m. 85. lib. 3. cap. 18. ubi de tertio inſaniæ genere agit, p. 154. & 155. nec non Hippocratem ſect. 7. aphor. 70. In alvo adſtricta à flatibus quoque clyſteres commodè purgationi præmittuntur; flatus enim ubi valde peccant, purgationem ſiſtunt: imo obſervatum à quibuſdam ſæpius fuit, fortiſſima etſi φάρμακα καθαρτικὰ in colica à flatibus exorta aſſumpta, ne quidem alvum laxam reddidiſſe, aſt inſignes diſtenſiones & lancinationes doloreſque colicos graviores excitaſſe. Quare clyſterum emollientium carminantiumque beneficio flatus potius expellendi, alvuſque adſtricta ſolvenda, quàm purgantia tali cum ægrorum damno præſcribenda. In alvo adſtricta ab humoribus auſteris, melancholicis, & acidis nequaquam purgantia medicamenta præſcribenda, quia vel nihil educunt, aut ſummis cum ventris torminibus, doloribus contorquentibus, pungentibuſve, præcordiorumque anxietate, ac ſuffocationis ſubinde metu aliquid è corpore exturbant; ut ſupra, ubi de humoribus purgationem & vomitum vetantibus egimus, probatum. In alvo adſtricta à pituitoſis viſcidis humoribus itidem purgantia non conducunt, ob rationes ex Hippocrate aphor. 9. ſect. 2. & aphor. 70. ſect. 7. ſupra p. 153. & 154. allatas.

A natura. — *A fæcibus induratis.* — *A flatibus.* — *Ab humoribus auſteris, melancholicis acidis.* — *A pituitoſis viſcidis humoribus.*

15. Renum & veſicæ effectus, ut renum dolor à calculo, inflammatione &c. exortus, veſicæque dolor à calculo, dyſuriâ, iſchuriâ &c. productus. His omnibus malis proſperè clyſma medetur, ut legimus apud Avicennam 4. 1. cap. 17. & Renodæum lib. 5. inſtitution. pharmaceut. cap. 5. Clyſteres enim & fæces induratas, maximè hiſce in affectibus nocentes, emolliendo expellunt, ſicque irritantibus, & dolorem excitantibus, inflammationemve augentibus evacuatis, non adeo comprimuntur dictæ partes, faciliuſque tum materia calculoſa per ureteres &c. expelli poteſt. Sic quoque per ureteres veſicamve &c. laxando, lubricando, & emolliendo mino-

Renum & veſicæ affectus. — *Et quomodo.*

A nephritico vix diſcernendus.

nori cum dolore arenulas calculoſque tranſire efficiunt. Nephriticum dolorem à colico diſcerni vix poſſe, dixit Galenus lib. 2. de locis affectis cap. 2. circa medium p.m. 732. ibidemque ſibi ipſi hoc contigiſſe, cum calculo laborare ſe putaret; quare oleum rutaceum iniici curavit, aſt non calculum, verum pituitam vitro fuſo perſimilem reddidiſſe teſtatus fuit. Ea de cauſa colici & nephritici doloris differentias paucis tradam. In nephritico primò dolor gravativus in lumbis conſtans eſt & perpetuus, (ſi nempe ex calculo) acerbior tamen corpore inclinato, vel pede fortius in terram alliſo, teſticulique lateris affecti retractio: colicus vero dolor magis vagus eſt. Secundò, decubitus in parte affecta intolerabilis eſt in nephritico, non item in colico dolore. Tertiò, colicus dolor poſt paſtum augetur, nephriticus vero minuitur. Quartò, in dolore colico majus levamen emergit ab excretionibus per alvum & vomitum, quàm quidem in nephritico dolore. Quintò, urina primum clara, tenuis, & pauca, cruentave, poſtea vero aliquid ſabuloſi fundum petit, & tandem arenulæ aut lapilli excernuntur in nephritico: in colicis vero doloribus urinæ ab initio craſſiores fiunt & excernuntur, Sextò, ſtupor aliquando cruris è directo renis laborantis exoritur in nephritico dolore, non item in colico. (1) Dicta exemplo comprobabo.

Quo modo tamen diſcernendus.

Mulier ſalitis, fumo induratis, piſcibus marinis dedita.

Urinam crudam ſemper reddens.

Mulier quadraginta quinque jam annos nata, melancholica alvo adſtrictiori, ſalitis, fumo induratis, ut & piſcibus marinis maximè dedita, vitam ſedentariam agens, plus ſolito obeſior, ſæpius de dolore quodam in regione lumbari conqueſta, urinam ſemper fere reddidit claram, crudam, limpidamque: verum nauſeâ aut vomitu nunquam quia afficiebatur, nec ſabulum in urinæ fundo fuerat repertum, Medicus lympham acrem eſſe judicabat, ſed neutiquam ſabulum aut calculum. Attamen dorſo decumbens dolorem lum-

(1) Hæc quidem à Practicis tradi ſolent indicia, quæ Nephriticum à Colico dolore diſterminant. Sed potiſſimum, qui ex renibus affectis dolent, teſtium retractionem plerumque patiuntur, iiſque vel crura obſtupeſcunt, vel ita contrahuntur, ut ſine magno cruciatu extendi haud poſſint. Hæc itaque Nephritidem apertiſſimè declarant: quod tamen ut luculentiùs conſtet, eorum effectuum rationes ex Anatome depromam. Renes etenim ita in regione lumborum ſiti ſunt, ut muſculorum lumbarium capitibus adhæreant & incumbant. Hujus ergo viciniæ & adhæſionis jure lumbares muſculi adeo contrahi ac inflammari ex dolentibus renibus poterunt, ut magnum illum nervorum cruralium faſciculum, qui à ſpinali medulla per medium eorum deſcendit, conſtringant: quare quum ſpiritus per eos liberè fluere non poſsint, ſtupor idcirco crura corripit & opprimit. Lumbaribus vero muſculis contractis & inflammatis, iliaci quoque, qui ab interna oſsis ilii facie emergunt, contrahi & inflammari poterunt: etenim antequam ii ad femur accedant, cum iliacis modo dictis nectuntur, atque tum muneris, cum fibrarum communione inter ſe conſpirant ac conſentiunt. Quare quum uterque eorum muſculorum cruri flectendo inſerviat, & neuter muſculorum extenſorum actioni auſcultet; exinde patet, quamobrem crurum extenſio dolores congeminet. Sed quemadmodum iliacus à lumbari in conſenſum facilè trahitur, ita cremaſter muſculus, qui teſticulum complectitur, multoties contractionem & inflammationem iliaci, cui jungitur, excipit: quod ſi unquam contingat, affecti lateris teſtis retrahitur, ac fere ſub pube abſconditur.

Et dorſo incumbens dolorem acutiſsimũ obſervavit.
lumborum acutiſſimum imo intolerabilem ſemper obſervabat. Poſt menſes aliquot curru Hagam Comitis vecta, urinam reddidit cruentam, noctem inſomnem traduxit, mane in urinis ſanguinolentis ſabulum rubrum obſervavit, ac circa meridiem non tantum nauſeâ, verum & vomitu bilioſorum ac pituitoſorum humorũ affecta fuit. Itaque calculo laborare ſe putans, alium accerſivit Medicum, qui dictis omnibus ſatis ſuperque perpenſis, arenulas vel calculum in renibus latitare in præſentiarum collegit: quare ob vomitum tum continuum alvumque adſtrictam &c. mox ſequentem clyſterem præſcripſit.

Curru vecta urinam cruentam reddidit.

Calculo certò laborare putans

Enema fuit injectum.

℞. *Decoct. emoll. & carmin.* ℥viij. *Elect. diacathol.* ℥ij. *Ol. lilior. alb. Pulp. caſſ. recent. extract. ana* ℥vj. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Mane cruris ſtupore affecta.

Quo injecto, ter alvum depoſuit ſummo cum levamine, ac vomitus nauſeæque ſublatione. Verum è lecto ſurgens crus ſiniſtrum ſtupore quodam quaſi affectum obſervavit, quod reverſo Medico indicavit, qui Amicis calculum renum adeſſe dixit: qua de cauſa ſequens bis quotidie uſurpandum dedit cum vino Rhenano vetuſtiori.

Hauſtulum lenientem.

℞. *Ol. amygd. dulc. (vel olivar. limpid. dulc.) recens expreſſ.* ℥j. *Pulp. caſſ. fiſtul. recent.* ℥ß. *Liquor. tartar.* ℨj. *Syrup. alth. Fernel* ℥v. MS. pro Hauſtu.

Quo aſſumpto, alvum bis quotidie reddidit, & nullo de dolore amplius conqueſta eſt. Verum Amicos viſitandi gratiâ cum exiiſſet, ſubitò nauſeâ iterum affecta, vix pedibus incedere potuit: ideoque hauſtum denuo aſſumpſit, & dolore valde diminuto domum petiit. Grano uno laudani opiati cubitum itura cum ſyrupo altheæ Fernelii & vino Rhenano uſa, totâ nocte blandè cum dormiviſſet, mane urinam totâ nocte non reddidiſſe ſe conqueſta eſt. Quare decoctum cicerum cum radice petroſelini aſſumpſit, & una cum urina calculum ad formam & magnitudinem fabæ excrevit, & hinc benè ſe habet & vivit, nonniſi ſingulis menſibus circa plenilunium manè uſurpans oleum amygdalarum dulcium recens expreſſum ad unciam unam cum oleo tartari per deliquium guttulas triginta; neque de nauſea, neque de vomitu, neque de lumborum dolore, neque cruris ſtupore amplius conqueritur.

Et laudanũ opiatum cũ ſyrupo Fernelii &c. aſſumpſit.

Calculum excrevit.

Et curata uit.

Dolor Iſchiadicus.

16. Dolor iſchiadicus, ut teſtatur D. Crato apud Scholzium conſil. 249. C. Celſus lib. 2. cap. 12. tit. 2. de alvi ductione, & Aetius lib. 3. cap. 168. Aſt nota, vehementiora & acriora in hoc affectu, quàm quidem in aliis eſſe præſcribenda, imo tam acria, ut ipſum ſanguinem aliquando provocent, ut Crato loco citato dixit.

Hydrops.

17. Hydrops, teſte Paulo Æginetâ, præcipuè tamen in aſcite; clyſteres aſt acriores, niſi venter ſponte humeſcat, applicandos plurimi perhibent.

18. Fe-

18. Febres ſyncopales, ut legitur apud Joubertum lib. 3. Practic. cap. 19. qui frequentiorem clyſterum uſum apprime in febri ſyncopali convenire, ibidem probavit. Febres ſyncopales.

Febres ardentes & acutæ, ut quondam docuit, & experientiâ Senex lib. 1. popularium ſect. 3. 1. 5. p. m. 672. & 673. in Philiſco febri acutâ laborante, ſudante, noctem laborioſam habente, ſecundo die omnibus exacerbatis veſperi ab infuſo per clyſterem adhibito benè ſe nocte quietâ habente, probavit. Febres ardentes acutæ. Conveniunt enim enemata in febribus acutis à quacunque fere cauſa exortis: ex nullà manifeſta cauſa etſi febris acuta ſit producta, Ex nulla manifeſta. qualem inveniet ſtudioſus Lector apud Hippocratem lib. 7. popularium 57. 9. p. m. 876. in Philiſtide Heraclidæ uxore: vel manifeſtâ cauſâ exorta ſit eadem aut generata: Vel manifeſtâ cauſâ exortæ. vel à tuſſi matura, ut Zoilo lib. 2. popularium ſect. 3. 44. p. 698. accidit: vel ex caſu facta, ut contigit Olympiadæ uxori lib. 7. popularium 22. 1. p. 847: Ex caſu. vel à præcordiorum dolore, ut lib. 1. popularium ægroto undecimo, 3. pag. 681. evenit: Ex præcordiorum dolore. vel ex tuſſi populariter graſſante, ut legimus lib. 7. popularium 31. 5. p. 856: vel ex non facta menſtruorum purgatione; vel ex laboribus & laſſitudinibus; vel à dentitione puerorum; vel ex largiore potatione & vomitu, &c. Ex tuſſi &c. ex quibus omnibus acutas febres productas Hippocrates in popularibus teſtatur. Ex nonnullis aliis cauſis. Hiſce in acutis febribus etſi Senex clyſteres ubique non præſcripſerit, verum quidem hinc inde glandes: non ſequitur ergo quia Hippocrates clyſteres non præſcripſit, ergo hiſce vel ſimilibus in caſibus enemata non conducunt. Senex enim non tam horum ægrotantium curationem, quàm quidem morborum hiſtorias, & eventus hìc deſcripſit. Nam multa hiſce in affectibus convenirent medicamenta, quæ tamen an applicata & adhibita fuerint nec ne, ibidem non legitur. Enemata vero illis in febribus à dictis cauſis productis conveniunt, quia vel alvo adſtrictâ, vel ſopore profundo &c. ut ſuperius probatum, dicti ægrotantes laborarunt.

Febres validæ & fortes, ut quondam docuit Hippocrates lib. de purgantibus circa finem p. 609. Febres validæ ac fortes. Aſt nota, hìc levia, non vero acria præſcribenda clyſmata, ut legitur apud Fuchſium lib. 2. de compoſitione medicamentorum cap. 20. Vehementibus illis in febribus purgatoria medicamenta exhibere Senex ibidem vetat, aſt infuſa per clyſterem, quotieſcunque volueris, conducere teſtatur. Vehementibus enim illis in febribus purgantia neutiquam conveniunt, quia vel nihil educunt, ſi ſimul acida auſtera in corpore peccent, vel febrem magis exacerbeſcere faciunt, vel nonnunquam lethalem alvi fluxum excitant.

Quartanæ febres, ut probat D. Crato apud Scolzium conſil. Quartanæ febres.

256.

256. Quartanâ enim febri laborantes quia ſæpius alvo adſtrictâ ſimul laborant (ex acidis, auſteris, pituitoſis, viſcidis, ac valde tenacibus quia plerumque exoriuntur quartanæ, non mirum de alvo adſtrictâ quod quartanarii ſubinde conquerantur) maximè in iis enemata proſunt, quia & dicti humores quartanam plerumque producentes vaporibus halitibuſqus ex injectis clyſteribus elatis vel temperantur & corriguntur, vel inciduntur &c. ſicque temperati vel inciſi &c. per clyſteres educuntur, alvuſque laxa & ſoluta clyſterum beneficio ſervatur. Alvum enim adſtrictam ſi habeant quartanarii, graviorem ſemper paroxyſmum febrilem tum obſervavi: quare ſequentem obſervationem hiſce addere placet.

Mulier ipſis menſtruis fluentibus.

Mulier triceſimum quintum jam agens annum, melancholica, pituitoſa, circa autumnum, menſtruis fluentibus, diu ſub aere frigido nebuloſo cum ambulaſſet, domum reverſa in capitis dolorem gravativum incidit, noctem inſomnem traduxit. Mane menſtruis ſuppreſſis febricitavit, paroxyſmo cum magno frigore & præcordiorum anxietate circa octavam matutinam adventante, frigore per tres quatuorve horas graviter affligente; eoque finito mox dolor capitis gravativus pulſans ſecutus, alvuſque adſtricta cum torminibus, appetituſque mox diminutus imo abolitus. Vocatus clyſterem ſequentem præſcripſi.

Frigidum aera ſubiẽs.

In febrem, alvum adſtrictam &c. incidit.

Quare clyſter fuit injectus.

℞. *Fol. malv. Mercurial. Arthemiſ. ana* M. ij. *Flor. chamomill.* M. j. *Bacc. laur.* ℥ß. *Sem. carvi Cumin. ana* ʒij. Contuſa coq. in ſ. q. *aq. commun.* in colatur. ℥viij. diſſolv. *Elect. diaphœnic.* ℥iß. *De bacc. laur.* ℥ß. *Sal gemm.* ʒß. MS. F. Clyſma pro Fœmina paulò calidius injiciendum.

Quo injecto, ter alvum depoſuit, ac menſtruorum fluxus parum rediit: quare ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam dedi.

Mixturâ anti-hyſtericâ &c.

℞. *Aq. puleg. Card. bened. cum vino deſtillat. ana* ℥iij. *Antihyſteric. pag.* 242. *deſcript.* ℥j. *Tinctur. caſtor. Croci ana* ʒj. *Spir. ſalis armon.* ℈j. *Sal. volat. ſuccin.* ʒß. *Syr. card. bened.* ℥j. MS.

Hac uſurpatâ mixturâ, menſtruorum fluxus aſt ſolito minor rediit, & præcordiorum anxietas valde diminuta fuit. Aſt quarto die paroxyſmus febrilis, non vero tanto cum frigore & præcordiorum anxietate, iterum circa nonam matutinam invaſit: quare in mixturæ uſurpatione continuavit, ac duabus circiter ante ſequentem febrilem paroxyſmum horis hunc bolum ſudoriferum antifebrilem uſurpavit.

Et bolo anti-febrili uſa fuit.

℞. *Extract. febrifug. pag.* 131. *præſcript.* ℈ij. *Sal. abſinth. Volatil. ſuccin. ana* ℈ß. *Ol. cort. aurantior. gutt.* j. MS. F. bolus.

Ab

Ab aſſumpto cum vino calido bolo optimè ſudavit, ac frigus vix, aſt capitis dolorem pulſantem majorem obſervavit: multa quoque in ventre tormina ſenſit, non enim intra triduum alvum depoſuerat, clyſterem vero vel purgans aſſumere noluit: quare quoque febre iterum adventante & frigus & præcordiorum anxietas, & capitis dolor gravativus valde exacerbeſcebant. Rediens poſtridie, omnia in pejus vergentia, alvumque adhuc adſtrictam inveni; quare clyſterem iterandum dixi, quem dolore urgente injici ſibi permiſit: eo injecto magnam primò flatuum copiam excrevit, mox ter quaterve alvum largiter depoſuit. Sequenti paroxyſmo omnia ſymptomata mitiora inveni: à flatuum excretione & alvi ſolutione quia ſymptomata mitiora obſervavi, ſequentem præſcripſi hauſtum purgantem.

Benè ſudavit.

Verum ob alvum adſtrictam omnia pejora.

Quare clyſter denuo injectus.

Summo cũ levamine.

♃. *Elect. hydragog. Sylvii.* ℥iij. *Sal. abſinth. Volatil. ſuccin. ana* ℈ß. *Tartar. vitriol. gr.* xv. *Ol. cort. aurant. gutt.* iij. *Aq. fœnic. q. ſ.* MS. F. Hauſtus.

Poſt hauſtũ purgantem.

Quo aſſumpto, ſepties alvum depoſuit variis cum torminibus & flatibus: ac duabus iterum ante paroxyſmi invaſionem horis aſſumpſit bolum modo præſcriptum, unde quoque optimè ſudavit, ac nullum fere frigus, præcordiorum anxietatem tantum leviſſimam, capitis dolorem gravativum neutiquam, aſt pulſantem parum obſervavit. Alvo adſtrictâ iterum laborante, omnia ſymptomata rediere: clyſmate ſupradicto adhibito, omnia iterum erant mitiora. Quare ſequens vinum medicatum ſimul leviter purgans præſcripſi.

♃. *Rad. gentian.* ℥ß. *Angel. Imperator. ana* ℥iij. *Jalap.* ℥v. *Summit. eupator. cannabin. Abſinth. ana* M. j. *Fol. ſenn. ſ. ſtip.* ℥j. *Rut. hortenſ.* M. iß. *Majoran. nobil.* M. ß. *Sem. apii Sinap. ana* ℥ij. *Bacc. laur.* ℥ß. *Extrem. cort. aurantior. Zinzib. alb. Cardam. min. ana* ℥iß. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Gallic. pint.* vj. Stent ſimul clauſis vaſis in loco calido per quatriduum.

Et vinum medicatum

De hoc vino medicato ſingulis mane ac veſperi uncias tres, inſtillatis prius de ſequenti ſpiritu guttulis ſexdecim, aſſumpſit; cujus beneficio quotidie ſemel biſve alvum depoſuit, & appetitus, menſtruorumque fluxus rediit, febriſque quartana fuit curata.

♃. *Spir. contra præcordior. anxietat. p.* 157. *deſcript.* ℥iij. *Salis armoniac.* ℥ß. *Tinctur. croci.* ℥j. *Ol. cort. aurantior. Menth. criſp. ſtillat. ana gutt.* vj. MS.

Necnon ſpiritum contra anxietatem &c. uſurpavit, & curata fuit.

19 Menſtrua ſuppreſſa, ut ſuperius dictum, & ex mox allata obſervatione patet: quod quoque conteſtatur Paulus Barbette in ſua Praxi lib. 4. cap. 11. de menſium ſuppreſſione. A pituita viſci-

Menſtrua ſuppreſſa.

A pituita viſcida.

viſcida ſi oriatur menſtruorum ſuppreſſio, clyſteres proſunt, quia horum beneficio, in primis paulò calidiores ſi injecti & diutius retenti fuerint, & pituita viſcida inciditur, & viæ laxantur, & vaſa aperiuntur, ſicque menſtrua ſuppreſſa provocantur. Ab acidis auſteriſque humoribus ſi producta ſit menſtruorum obſtructio, itidem enemata conveniunt, ex volatilibus & appropriatis in primis ſi ſint confecta; quia humores acidi auſterique halitibus vaporibuſque blandis volatilibus &c. ex injectis clyſteribus elatis temperantur, ac corriguntur, ſicque facilior erit menſtruorum ſuppreſſorum curatio: & ſic de cæteris plurimis cauſis menſtruorum fluxum impedientibus, & eorum ſuppreſſionem producentibus.

Ab acidis auſteriſve humoribus.

Suppoſitoria quibus n affectibus &c. conveniant.

Suppoſitoria quibus in affectibus & ſymptomatibus conveniunt ſupra p. 252. partim diximus. Conferunt quoque in primis in capitis ſoporoſis affectibus: aſt nota, duplo triploque quidem acriora eſſe debere, quàm quidem in aliis non ſoporiferis morbis, ut teſtatur Ambroſius Paræus lib. 25. oper. chirurgic. cap. 23. Item in enterocele, ubi metus eſt à clyſmate, & cum fæces duriores renituntur clyſteri, conducunt glandes teſte Heurnio in Praxi medica lib. 1. cap. de ſuppoſitor. in qua ſcilicet enterocele inteſtinum adeo tumet, ut ſi inſuper infuſo clyſtere compleatur, peritonæum magis comprimeretur, adeo ut mox facilè per partem laxatam ejus vel ruptam in ſcrotum devolveretur, ut putat Ambroſius Paræus loco ſtatim citato. Sic quoque ſuppoſitoriorum uſus potiſſimum probatur in febribus ardentibus, ut dixit Fuchſius lib. 2. de compoſitione medicamentorum cap. 19. quod quoque Heurnius loco ultimò citato conteſtatur.

Morbi, & ſymptomata clyſteres vel ſuppoſitoria vetantia, ſunt.

Morbi, affectus, & ſub his comprehenſa ſymptomata, in quibus clyſmata vel ſuppoſitoria non conveniunt, ſunt.

Peſtis.

1. Peſtis, ut Johannes Baptiſta Montanus teſtatur: inteſtina enim frequenti clyſterum uſu in peſte affectis valde debilitari, alvique fluxum inde lethalem nonnunquam ſequi, probat. Rondeletius vero & Hollerius huic adverſantur. Clyſteres, ſi valde acres, alvi fluxum non flocci faciendum excitare poſſe in peſte affectis, quis non videt? In peſte qua peſte affectis quoque non tam humorum peccantium quantitas, quàm quidem qualitas peccat: non ergo

Et quare.

cly-

clyſteres purgantes aut acres inteſtina irritantes, rodentes &c. hic ita conducunt. Natura quoque ab opere, ut ita dicam, quaſi retrahitur, particulæque venenoſæ à centro ad corporis circumferentiam, glandulas nempe axillares, circa aures, in inguine, &c. jam propulſæ, & quodammodo quaſi fixatæ & concentratæ, clyſterum acrium purgantium irritatione, corroſione &c. intus iterum propelluntur, ac quaſi retrahuntur; ſicque peſte affecti interſicerentur, ut Montanus putat: nam vires debilitatæ de novo aggredientem hoſtem non propellere, imo ne quidem reſiſtere ei valerent. Alvi fluxum formidandum vel dyſenteriam lethalem ab acribus clyſteribus non difficulter poſſe produci, ſequenti modo nonnulli probant. Sanguine diſſoluto, valde tenui & acri quia peſte correpti laborant, (quod ex variis diſſectis hac lue extinctis corporibus probant: idem quoque ſatis ſuperque conſtare ex hæmorrhagia narium utplurimum, & ſemper fere lethali, non rarò peſte correptos affligente, item ex dyſenteria plerumque quoque lethali, petechiis &c. necnon juvantibus & nocentibus in ipſa peſtis curatione dicunt) facilè nimirum clyſteres acres irritando, pungendo, corrodendo, mordendove &c. venas hæmorrhoidales vaſaque vicina venoſa tenuia aperire, & hæmorrhoidum fluxum, dyſenteriam, alvique fluxum gravem excitare. Varii quoque Moderni Practici φάρμακα καθαρτικά peſte correptis exhibere audent, imo adhibenda neceſſariò ſtatuunt, venæ ſectionem inſtituunt &c. De his vero fuſius in capite ſeptimo ſequenti de diaphoreticis agemus; ac ibidem probare conabimur, quod neutiquam adhibenda ſint φάρμακα καθαρτικά; ac in peſte venam ſecare hiſce in regionibus, nil ſit, niſi ægros interficere, &c.

2. Hæmorrhoides, ut videre eſt apud D. Caſparum Hoffmannum, apud Scholzium conſil. 173. & D. Johannem Walæum in ſua medendi methodo p. m. 53. qui ibidem ex nimis frequenti clyſterum uſu hæmorrhoidum fluxum poſſe excitari teſtatur; inprimis ſi acris exiſtat ſanguis, acreſque & quidem ſæpius ſi adhibeantur clyſteres. Frequenti enim illâ clyſterum injectione vaſa illa tenuia debilitantur, acriumque illorum irritatione magis magiſque ſanguis eò propellitur, acris quia & ille exiſtit, facilè vaſa eroduntur, ſicque hæmorrhoidum fluxus excitatur. Ab excrementis vero induratis ſi productæ ſint hæmorrhoides (m), enemata maximè conveniunt. Hæmorrhoides.

Oo 2 Mu-

(m) Qui alvi ſegnitie ex induratis fæcibus laborant, toties hæmorrhoidibus corripiuntur, ut minimè ſit dubitandum, quin frequentior ejus affectus cauſa ſit duriorum fæcum circa colon & rectum inteſtinum ſubſiſtentia. Venæ etenim hæmorrhoidales, quæ ſanguinem ab iliacis arteriis acceptum ſurſum per inteſtina revehunt, ita à durioribus fæcibus comprimuntur,

Mulier variis doloribus.

Et alvo adſtrictâ laborans.

Sæpius clyſteribus uſa.

Unde in fluxum hæmorrhoidū incidit.

Mulier quædam triginta octo circiter annos nata, melancholica, variis jam hanc jam illam corporis partem affligentibus doloribus diu vexata, alvoque adſtrictâ ſemper fere afflicta, poſt aſſumpta φάρμακα καθαρτικὰ ſemper alvum adſtrictiorem obſervavit. Dicti dolores intolerabiles ut plurimum, dum alvus adſtricta erat, exiſtebant; ſolutam vero alvum cum haberet, dolores minores ac magis tolerabiles ſenſit. Quare conſilio cujuſdam Medici ſubinde clyſterem inijci curavit, unde alvus laxior fuit reddita: paulò vero adſtrictior cum eadem eſſet, ſtatim clyſterem iterari voluit Medicus. Frequenti huic enematum injectioni tandem ita natura aſſuevit, ut nunquam alvum depoſuerit, quin clyſtere prius eſſet provocata: tandemque magnus hæmorrohidum fluxus fuit ſecutus, qua de cauſa clyſteres poſtmodum rejecit. Advocatus quæ acta erant cum audiviſſem, ſequentem hauſtum, alvo adſtrictâ iterum laboranti, præſcripſi.

Hauſtu laxante.

℞. *Caſſ. fiſtul. recens extract* ℥ß. *Mann. Calabrin. Syr. roſar. ſolut. ana* ʒv. *Aq. cichor. q. ſ.* MS. F. Hauſtus.

Ac iterato.

Nec non venæ ſectione curata.

Hoc aſſumpto & uſurpato hauſtu, ter alvum depoſuit ſine dolore, ac poſt biduum ſponte iterum ſemel excrementa non indurata, aſt fluida per alvum dejecit: alvoque aſtrictâ cum laboraret, denuo eundem hauſtum iteravi, unde optimè habuit; imo poſt quartam hujus hauſtus aſſumptionem, & venæ ſectionem in brachio planè ab hæmorrhoidum fluxu fuit curata.

Vir per menſes aliquot cephalalgiâ periodicâ afflictus.

Poſt pilulas cephalicas purgantes.

Vir triginta quatuor annorum, bilioſus, cephalalgiâ circa octavam veſpertinam per menſes aliquot exacerbeſcente afflictus, pilulas quaſdam cephalicas ſæpius aſſumpſit ſummo cum levamine, ita ut intra ſeptimanas duas treſve ab omni dolore liberaretur. Verum poſt aliquod tempus niſi quotidie alvum deponeret, levem cephalalgiam noctu vel cubitum iturus obſervabat: quare præcedens malum metuens, iterum pilulis cephalicis uſus fuit. Sed poſt purgationem alvus quia denuo adſtrictior, ſequentem clyſterem injici ſibi curavit.

A dolore fuit liber.

Verum ob alvum adſtrictam ſæpius clyſma fuit injectum.

℞. *Decoct. emoll. & carminat. vulg.* ℥viij. *Elect. diacathol.* ℥ij. *Sal. gemm.* ʒiß. MS. F. Clyſter pro Viro.

Quo adhibito, optimè alvum depoſuit, & ſummum levamen quoad

---

tur, ut ei tranſitum denegent. Unde ſanguis quum fluere anterius non poſſit, poſterius eas venas eouſque implet ac diſtendit, ut vel in magnam molem promineant, vel circa podicem, ubi illæ magis conſpicuæ ſubtiliſſimâ tantum muniuntur pelliculâ, planè rumpantur. Quemadmodum vero duriorum fæcum in inteſtinis craſſis congeſtio hæmorrhoidibus occaſionem præbet; ita ortæ jam hæmorrhoides fæcum deſcenſui obluctantur, ut proinde in alvi egeſtionibus labores & dolores conduplicent. Hinc ad morbum hunc præcavendum quanti interſit fluidiorem alvum ſervare, nullo negotio colligitur, quod præ aliis maximè emollientibus injectis clyſteribus obtinetur.

quoad cephalalgiam habuit, nec poſtea alvus ita fuit obſtipata, quàm quidem à pilulis cephalicis; quare ſæpius clyſter fuit iteratus. Evenit tandem, ut poſtquam aere calidiore plus ſolito ambulaverat, calefactus admodum domum reverſus fluxum hæmorrhoidum graviſſimum pateretur, imo ultra libras tres ſanguinis floridi intra unius horæ ſpatium effluxiſſe domeſticis narrantibus. Vocatus lecto decumbentem, ac valde debilem inveni, quare mox ſequentem mixturam præſcripſi. In aere calidiore ambulans in fluxum hæmorrhoidalem incidit.

℞. *Aq. plantag.* ℥iv. *Cinnamom.* ℥ß. *Acet. ſtillat.* ʒij. *Oculor. cancror.* ℈ß. *Confect. hyacinth.* ʒiß. *Laud. opiat. gran.* ij. *Syrup. myrtin. Portulac. ana* ℥ß. MS. Mixtura cardiaca &c.

De qua ſingulis horis cochleare uſurpavit, ac veſperi doſim de hoc pulvere.

℞. *Corall. rubr. ppt.* ʒß. *Lapid. prunell.* ʒj. *Sacchar. ſaturn.* ℈ß. MS. F. Pulvis in quatuor doſ. divid. Pulvere.

Externè podici linteamina ſequenti medicamento imbuta & madida applicari, ac ſingulis horis renovari juſſi. Ac externo medicamento.

℞. *Aq. plantag.* ℥iv. *Roſar.* ℥ij. *Sacchar. ſaturn.* ʒj. *Lap. prunell.* ʒiß. MS.

Quibus omnibus adhibitis, hæmorrhagia brevi fuit ſedata: pro cibo aſſumpſit juſculum Vitulinum cum portulaca, acetoſa, hordeo mundato, &c. coctum, & veſperi ſæpius lac ebutyratum cum manna Calabrina, vel uvis Corinthiacis paratum, ac optimè inde ſe habuit, alvumque ut plurimum quotidie ſemel dejecit. Cum jam curatus ſibi videretur, in reddenda alvo de dolore quodam & ardore circa anum valde conquerebatur, præprimis ſi fæces paulò duriores eſſent: quare ſequens linimentum præſcripſi, quod podici externè adhibuit maximo cum levamine.

℞. *Unguent. popul. Roſar. ana* ʒj. *Succ. ſemperviv. maj. recens expreſſ.* ʒvj. *Cret. albiſſ. ſubtiliſſimè lævigat.* ʒiij. MS. pro Linimento. Necnon linimento.

Ultimò ſummum ardorem per univerſum corpus ſe obſervare, indeque multas tum noctes inſomnes traducere cum teſtaretur, hanc dedi emulſionem, cujus veſperi cubitum iturus mediam partem, alteram partem poſt mediam noctem, ſi dormire nequiret, necnon ſubinde lapidis prunellæ drachmam unam cum lacte ebutyrato, vel juſculo aſſumpſit.

℞. *Hord. mundat. ad crepat. coct.* ʒiij. *Sem. melon.* ℥ß. *Lini Papav. alb. ana* ʒij. F. cum ſ. q. aq. decoct. hord. Emulſ. ad ℥x. add. *Syrup. diacod.* ʒvi. MS. Et emulſione curatus.

3. Oppilatio in inteſtinis magna, teſte Philippo Grulingio in ſuo florilegio Hyppocrateo-Galeno-chymico novo part. 6. cap. 31. in primis acria ſi exiſtant enemata neutiquam injicienda, aſt qui- Oppilatio in inteſtinis magna.

quidem emollientia, & humectantia, tumque per os quoque ſimul lenientia medicamenta exhibenda eſſe, idem ibidem docuit.

Enterocele.

4. Enterocele, ut patet è dictis Heurnii Prax. medic. lib. 1. cap. de ſuppoſit. & Ambroſii Paræi lib. 25. oper. chirurg. cap. 23. Clyſteres enim infuſi (in primis ſi ſimul flatus diſcutiant) tumens inteſtinum magis implent, diſtendunt, ac peritonæum comprimunt; ſicque ventre magis diſtento inteſtinum ab injectis clyſteribus intumefactum facilè per partem peritonæi laxatam vel ruptam in ſcrotum devolveretur.

Suppoſitoria acria non conveniunt.

Neutiquam quoque ſuppoſitoria in primis acria conducunt.

In hæmorrhoidibus, nec ani tumoribus.

1. In hæmorrhoidibus & reliquis ani tumoribus, ut legitur apud Petrum Gorræum cap. 1. de ſuppoſitorio: acria enim ſi ſuppoſitoria exiſtant, hæmorrhoidum fluxum non curant, ſed inſigniter provocant, imo & interdum gravia in ano ulcera exinde quoque ſubſequuntur, quod conteſtatur Heurnius in Prax. medic. lib: 1. cap. de ſuppoſitor. & ſequens caſus.

Vir alvo adſtrictiori laborans.

Vir quiſpiam quadraginta quatuor jam natus annos, bilioſus, alvo adſtrictiori laborans ſæpius, in hæmorrhoidum periodicum fluxum gravem ſingulis quatuor ſeptimanis redeuntem incidit: unde ſemper ſingulis vicibus ita debilitatus fuit, ut nec pedibus incedere, nec per cubiculum meare intra tres quatuorve dies poſſet; appetitus ſemper fere erat abolitus, dolorque aderat lumborum gravis, imo paulò ante hæmorrhoidum fluxum intolerabilis: in ano autem dolorem ac pruritum per biduum triduumve ſemper obſervavit: fluentibus vero hæmorrohidibus dolor & in ano pruritus evanuere ſtatim, aſt lumborum dolor tum gravior utcunque erat. Mane vocatus de dolore & pruritu in ano maximè conquerentem, alvumque intra triduum non dejectam inveni: quare ſtatim ſequentem clyſterem, quia excrementa valde indurata ſe ſentire referebat ægrotans, præſcripſi.

Incidit in hæmorrhoidum fluxū periodicū.

Verum ante fluxum.

Ani dolor & pruritus ingens.

Ob alvum adſtrictam.

℞. *Rad. alth. Lilior. alb. ana* ℥ß. *Fol. malv. Verbaſc. ana* M. j. *Flor. papav. errat. Verbaſc. ana p.* ij. *Sem. cydonior.* ʒiij. Conciſa & contuſa coq. in ſ. q. *Aq. commun.* in colatur. ℥viij. diſſolv. *Electuar. lenitiv.* ℥ij. *Ol. lilior. alb.* ℥vj. MS. F. Clyſma pro Viro, circumſpectè, cautè, & leniter injiciendum, ac fiſtulâ benè prius oleo inungendâ.

Clyſter emolliens &c. fuit injectus.

Ab hoc injecto enemate bis alvum depoſuit levi cum pruritus & doloris in ano levamine: circa meridiem venæ ſectionem ad uncias

Vena ſect.

cias decem celebrari juſſi. Veſperi rediens, & dolorem, & pruritum in ano non parum diminutum inveni : de dolore vero & pruritu externo & interno quia adhuc conquerebatur patiens, ſequens linimentum ano inungendum, linteaminibus applicandum, ac mollibus turundis intrudendum præſcripſi.

℞. *Unguent. popul. Roſar. ana* ℥ß. *Ol. nymphææ Roſar. Omphacin. Verbaſc. ana* ℥jß. MS. pro Linimento. — Et linimentum externè adhibitum fuit.

Mane rediens & dolorem & pruritum fere omnem ſublatum inveni, alvum vero quia ſponte nondum dejecerat, ſequentem hauſtum leniter purgantem ſtatim aſſumendum dedi.

℞. *Mann. Calabrin. Pulp. caſſ. recens extract. ana* ℥ß. *Tamarindor. Syr. roſar. ſolut. ana* ʒv. *Cremor. tartar.* ℈j. *Aq. cichor. q. ſ.* MS. F. Hauſtus. — Hauſtumque purgantē aſſumpſit

Hoc aſſumpto hauſtu, quater alvum abſque ullo fere dolore depoſuit: in ſupradicti tamen linimenti inunctione continuavit per ſeptimanam, & nullus hæmorrhoidum fluxus fuit ſecutus. Poſt menſem circiter & dolorem & pruritum in ano iterum obſervavit. Vocatus enema præſcriptum, & venæ ſectionem, ac poſtea linimentum tali cum ſucceſſu iteravi, ut intra biduum à dolore, & pruritu curaretur. — Et curatus. — Poſt menſem recidivam paſſus, iiſdemque curatus fuit.

Poſt annum circiter non tam pruritu quàm quidem dolore iterum afflictus Chirurgū quendam accerſivit, qui hæmorrhoidum dolorem illum tollendi curandique gratiâ glandem ex pauco ſaccharo ſaturni, floribus ſulphuris, melle ad duritiem cocto, & ceræ quantitate ſufficiente confectam, anoque intrudendam ægroto huic dedit. Aſt curationis & doloris hujus ſublationis loco gravis hæmorrhoidum fluxus ſummo cum dolore affligens, & ulcus tam ingens fuit ſubſecutum, ut brevi non tantum maximam puris copiam, verum etiam ipſa excrementa non per anum ſed ſupra eundem per novum glandis hujus maleficio excitatum foramen dejecerit: quod foramen nonniſi ſummis laboribus tandem fuit curatum, nec tamen ita curatum, quin aliquando fæces ſponte effluxerint. — Poſt annum denuo recidivam obſervans, glande ex ſaccharo ſaturni &c. confecta. — Ingens ulcus in ano ſubſecutum eſt.

2. In ani fiſſuris, nam acria quia plerumque ſuppoſitoria ſunt, meritò rejiciuntur in ani fiſſuris: acria enim ani fiſſuras non curant, aſt irritando, mordendo &c. eaſdem augent, & nonniſi deteriores reddunt. Quare quoque Heurnius loco ultimò citato cap. de ſuppoſitor. eadem in ani fiſſuris damnat, ſi, inquit, æger fiſſuris ani laboret, nunquam ſuppoſitoriis acribus alvum provocantibus utitor; facilè namque hoc modo ficus ani excitaretur, quod quoque vidiſſe ac obſervaſſe teſtor. — Ani fiſſuris

Ho-

Abſque periculo enemata, & ſuppoſitoria ferunt.

Homines, in quibus enemata & ſuppoſitoria ſine periculo applicari poſſunt, ſunt.

Senes.

1. Senes, teſte Petro Gorræo capite de clyſtere. Senes ut plurimum alvo adſtrictâ laborant, (in primis quibus juvenibus fluxerit eadem, ut docuit Senex aphor. 20. & 53. ſect. 2. quod confirmatum videſis apud C. Celſum lib. 1. cap. 3. tit. de ætatum varietate p.m. 32. & 33.) quare clyſmata ergo maximè iis conducunt, quia & φάρμακα καθαρτικὰ non ita tolerare queunt Senes, facilèque alvi fluxus gravis poſt pharmaca cathartica in Senibus ſubſequitur, aut fluxus alvi poſt cathartica ſi non ſequatur, ſummis cum torminibus purgantur: acidi enim & pituitoſi viſcidi humores in iis prævalent, parumque calidi innati habent, teſte Hippocrate aphor. 14. ſect. 1.

Pueri.

2. Pueri, ut auctor nobis eſt Johannes Walæus in ſua medendi methodo p.m. 52. à flatibus, fæcibuſque induratis in iis ſi oboriatur alvus adſtricta; facilè enim & maximè à catharticis eorum corpora debilitantur. Satius ergo eſt, ut per clyſmata flatus fæceſque induratæ alvum eorum adſtrictiorem reddentes educantur, ſicque ab alvo adſtrictâ liberentur.

Infantes.

3. Infantes, ut Petrus Gorræus loco ſtatim citato, & Heurnius in Prax. medic. lib. 1. cap. de clyſtere docuere, quod & quotidiana conteſtatur experientia: levia enim ſuppoſitoria vel clyſmata in Infantibus doloribus colicis à flatibus &c. oriundis graviter vexatis non tantum dolores, flatibus fæcibuſque induratis &c. expulſis tollunt, ſed & alvum ſolutam reddunt & ſervant, ſicque ulteriorem ac novum ſimilium dolorum exortum, alvum ſolutam reddendo & ſervando, prohibent. Videſis ea de cauſa hiſtoriam de Infante variis convulſivis motibus afflicto & curato pag. 263. & 264. deſcriptam, ut & ſequentem.

Infans alvum depoſiturus. Summo dolore affectus. Verum alvo depoſitâ ſiluit. Quare Mater varia fruſtra adhibuit.

Infans duos treſve jam natus menſes, ſingulis veſpertinis temporibus per horam circiter unam atque alteram magno ejulatu alvum depoſuit, alvoque depoſitâ ſtatim ſiluit; imo nunquam aliàs alvum dejecit, niſi ejulatu per horam unam atque alteram præcedente: cæterum Infans optimè valuit. Varia hujus mali tollendi gratiâ uſurpavere Parentes remedia, pulti enim immiſcuere ſæpius aquam fœniculi, item ſemen aniſi pulveriſatum: Mater quoque, cujus ubera ſemper ſuxit Infans, nonniſi ſemen carvi ſaccharo incruſtatum in dies aſſumpſit, item mammis antequam

Mater

Mater Infantem appoſuit, ſæpius ſpiritum vini aniſi & carui ſeminibus infuſum & abſtractum prius uſurpavit, unde ejulatus multiplicati fuere, ac minus per alvum dejecit. Innumerabilia fere itaque medicamenta Parentes poſtmodum adhuc in uſum revocarunt, aſt tamen incaſſum omnia. Vocatus primò hanc mixturam dedi.

℞. *Aq. fœnic. Cort. aurantior. cum vino deſtillat. ana* ℥iß. *Syr. de cichor. cum rheo. Fœnic. ana* ℥j. MS.

Ac mixturam anticolico-purgantem.

De hac mixtura ſingulis duabus horis cochleare unum ſubinde quoque & alterum Infanti exhibuerunt, unde nonniſi flatus paucos excrevit, ſemelque tantum alvum depoſuit. Aſt veſpertino tempore adventante iterum valde ejulavit, ſimulque per alvum ſemel liquidum quid dejecit. Mane rediens ſequens pulti admiſcendum præſcripſi.

℞. *Mann. Calabrin.* ʒij. *Fol. ſenn. ſ. ſtip.* ℈ß. *Sem. aniſ.* ℈j. MS.

Et mannam &c. pulti immiſcuere.

Poſt hujus uſurpationem iterum ſemel tantum quid paulò conſiſtentius priori cum paucis flatibus per alvum excrevit, aſt circa veſperam itidem acriter, verum non ultra ſemihoram, ejulatum edidit. Mane iterum viſitandi causâ rediens, ſequentem ſacculum ventri Infantis imponendum, ac ultimum quoque iterandum, ac pulti immiſcendum præſcripſi: antequam vero ventri ſacculus fuit impoſitus, umbilico ſequens emplaſtrum fuit applicatum.

℞. *Trochiſc. albandal* ℈j. *Aloes lucid. Hier. picr. Galeni Ol. abſinth. ana* ʒß. *Ceræ alb. q. ſ.* MS. F. Emplaſtrum umbilico Infantis imponendum.

Umbilico emplaſtrum

℞. *Flor. chamomill. Roman.* M. iß. *Sem. fœnic.* ʒij. *Carvi Cumin. ana* ʒiij. *Bacc. laur.* ʒß. Conciſa & contuſa inſuantur parvo ſacculo ventri Infantis imponendo.

Et abdomini ſacculũ impoſuere.

Hiſce dictis ultimis adhibitis & applicatis, ingentem flatuum copiam, & per alvum ſemel viſcida tenacia una cum excrementis excrevit: quare in horum medicamentorum uſurpatione per octiduum circiter continuavimus; ſingulis veſpertinis tamen Infans, aſt per horæ tantum quadrantem, ejulavit. Poſt octiduum quia intra biduum alvum non dejecerat, ſequens clyſma, ſimulque hunc bolum præſcripſi.

℞. *Sem. carv.* ℈j. *Bacc. laur. Sem. fœnic. Aniſ. ana* ℈ß. MS. F. Pulvis tenuiſſimus. Ex hoc pulvere cum ſ. q. *Butyr. recent.* F. Boli no. iij. externè ſaccharo pulveriſato inſpergendi: de quibus unus bolus ori Infantis imponendus, mox mammis Infans apponendus, ut ita ſugendo bolum deglutiat.

Tandem bolum aſſumpſit.

Poſt horam ab aſſumpto bolo enema ſequens injici curavi.

℞. *Fol. malv.* M. ß. *Flor. chamomill. melilot. ana p. j. Sem. carui*

Et enema carminans adhibitum fuit.

Cumin. ana ℥iß. *Bacc. laur.* ℥ij. Conciſa atque contuſa coq. in ſ. q. aq. commun. In colatur. ℥iiß. diſſolv. *Elect. lenitiv.* ℥iij. *Mell. virgin.* ℥ij. MS. F. Enema pro Infante.

Et poſt pituitoſa biliosa &c. excreta curatus.

Poſt hujus clyſteris applicationem, & ſupradicti boli aſſumptionem bis alvum depoſuit, & magnam pituitæ viſcidæ bilioſo colore tinctæ copiam ſimul excrevit, ac ſequenti veſpertino tempore non ejulavit Infans, nec quoque alvum depoſuit: quare bolum ſubinde iterandum juſſi, quo facto ſemper alvum exoneravit, ac poſtmodum quotidie ſemel ſponte dejecit, ac optimè poſtea degit curatus ille Infans.

Debiles & qui viribus languent.

4. Debiles, & qui viribus languent, ut Petrus Gorræus cap. de clyſtere, & Heurnius in Prax. medic. lib. 1. cap. itidem de clyſtere docuere: debiles enim, & qui viribus languent, alvo adſtrictâ ſi laborent; neutiquam φάρμακα καθαρτικὰ tolerare queunt; debiles namque debiliores hac methodo redderentur. Rectè enim Petrus Poterius centur. 1. curat. 22. debilia corpora catharticis minimè eſſe obruenda nec ita debilitanda ſtatuit; pharmaca enim cathartica corpora illa magis debilitant, ac illorum vires deſtruunt. Quare meritò Galenus commentar. 2. in lib. prorrh. text. 37. indoctum eſſe, & artis Medicinalis planè inſcium illum nominat, purgare qui ingrediatur debiles, viribus languentes, & imbecillitate affectos: ſatius ergo alvum illorum adſtrictam enemate ſuppoſitorioque ſolvendam & provocandam, quàm hac ratione ad mortem debiles deducendos eſſe, ducimus.

Abhorrentes à pharmaco, & alvo adſtrictâ laborantes.

5. Qui pharmaca tolerare nequeunt; alvoque tamen adſtrictâ laborant. Novi enim Homines robuſtos, qui tamen purgantia medicamenta neutiquam tolerare poſſunt, ſed ſtatim poſt aſſumpta cathartica vomitu nauſeâque continuò vexantur: ſi vero accidat, ut aſſumpta cathartica pharmaca retineant, ſtatim in alvi fluxum nullis fere medicamentis ceſſantem incidere obſervavi. Quare ſequentem caſum hiſce addam.

Vir ventris torminibus & alvo adſtrictiori laborans.

Indeque ſtatim cephalalgiâ.

Vir quiſpiam quadraginta jam natus annos, bilioſus, robuſto corpore præditus, ventris torminibus ſæpius vexatus, alvo adſtrictâ ut plurimum laborabat, ſingulis biduis autem ſi alvum non deponeret, ſtatim cephalalgiâ vexabatur, & torminibus doloribuſque ventris gravibus affligebatur. Varia hac de cauſa aſſumpſit medicamenta non malo cum ſucceſſu, præterquam quod cephalalgiam quandam excitarent. Curationis ergo vocatus, primò ſequentem mixturam ipſi dedi, de qua ſingulis duabus horis cochleare unum aſſumpſit.

Mixturâ anticolicâ.

℞. *Aq. fœnic.* ℥iij. *Poſt abſtractum ſpiritum anticolicum pag.* 278. *deſcript.* ℥iß. *Betonic. Spir. anticol. ibidem traditi*

diti ana ℥j. *Nitri aromat. dulc. p.275. deſcript.* ℈ij. *Ol. cortic. aurantior. gutt.* jv. *Syr. fœnicul.* ℥j. MS.

Tormina & dolores ab hac mixtura quidem minores reddebantur, aſt capitis dolor mox inde excitabatur: quare ſequentem hauſtum cholagogum levem, quia facilè alvum deponere ſe retulit patiens, dedi.

℞. *Elect. cholag. Sylvii.* ʒij. *Syr. de rheo ſimpl. ejuſdem* ʒiij. *Aq. fœnic.* ʒx. MS. F. Hauſtus.

Hauſtu purgante cholagogo aſſumpto.

Quo aſſumpto, ita fuit nauſeabundus, ut jam jam vomitu rejiceret purgantem hauſtum, retinuit tamen: aſt intra ſex circiter horas vicesies quidem alvum depoſuit tali cum ventris dolore, tantiſque cum torminibus, ut præ dolore altâ voce clamaret. Vocatus omnia perpendens, & interrogans Uxorem, adſtantes, ægrumque, an quid antea aſſumpſiſſet, & an unquam quidem Maritus catharticum pharmacum antea uſurpaſſet, retulit Uxor, ſemper hoc contigiſſe à leviſſimo etiam pharmaco, etſi tantum lenitivo, ſi modo retinuiſſet catharticum; aliàs nauſeâ vomituque continuo tandiu vexari, donec totum purgans evomeret.

Levi hypercatharſi ſummis cũ doloribus fuit affectus

Quare de ſupradicta mixtura cochleare unum alterumque ſtatim aſſumere juſſi, ſed non ideo alvi fluxus ceſſavit. Veſperi rediens, dejicientem parum nauſeabundum, minori tamen cum dolore, & paucioribus torminibus inveni: quare ſequentem bolum præſcripſi.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℈ij. *Confect. hyacinth.* ʒß. *Ol. macis ſtill. gutt.* j. MS. F. Bolus.

Quare bolum.

Hoc aſſumpto bolo, per tres circiter horas non ita alvum depoſuit, aſt poſtmodum rediit iterum fluxus, verum dolore & torminibus expers. Mane viſitans, ſexies adhuc illâ nocte alvum depoſuiſſe Maritum, retulit Uxor; quare ſequens conditum præſcripſi, de quo ſubinde ad nucis moſchatæ quantitatem aſſumpſit.

℞. *Conſerv. roſar. rub. Miv. cydonior. antiq. ana* ʒvj. *Elect. antidyſenter. p.126. deſcript.* ʒß. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒij. *Syr. myrtin. q.ſ.* MS. F. Conditum.

Ac conditũ uſurpavit.

Veſperi iterum rediens, ſemel tantum alvum depoſuiſſe narratum: quare nonniſi mixturam ægrum poſtea aſſumere voluit, unde ad priſtinum ſtatum brevi tamen fuit reſtitutus. Denuo vero alvo adſtrictâ ac torminibus ventris cum laboraret, non amplius purgans, ſed ſequens κλύσμα præſcripſi. Docuit enim Paulus Ægineta, non purgantia, ſed enemata adhibenda iis, quorum venter ægrè deſcendit, & qui ſtomacho imbecilli, nempe medicamenta ad ſubducendum efficacia non ſuſtinente laborant, lib. 1. capite 44. de clyſteribus p.m.45.

Verum alvo adſtrictâ denuo afflictus

Enema fuit adhibitum.

℞. *Decoct.emoll.& carminat.vulgar.pro clyſter.* ℥vij. *Elect.diacathol. De bacc.laur.ana* ℥vi.*Ol.chamomill.*℥ß. *Mell.anthoſat.* ℥ii. MS. F. κλυστὴρ pro Viro.

Et curatus fuit.

Hoc injecto clyſtere, bis alvum cum multis flatibus tali cum ſucceſſu depoſuit, ut tormina doloreſque ventris mox evaneſcerent; alvumque, poſtquam nempe ſemel adhuc enema hoc fuerat iteratum, poſtea quotidie ſemel depoſuit; & à dolore & torminibus & cephalalgiâ fuit curatus.

Nonnullos alios itidem alvo adſtrictiori laborantes, ex leniſſimo pharmaco in nauſeam, vomitum, alvive fluxum incidentes, tantum clyſtere vel ſuppoſitorio curavimus.

Baccho qui indulſere.

6. Qui multum ante morbum potavere, aut auctor eſt Cornelius Celſus lib.2.cap.12.tit.2.de alvi ductione p.m.85.quod idẽ fere conteſtatum quoque inveniet ſtudioſus Lector apud Johannem Walæum in ſua medendi methodo p.m.53.accidit interdum, inquit, ut in febribus ex nimio potu purgantia medicamenta retineri non poſſint, ſed ſtatim evomantur; ſi tum præmittatur κλυστήριον purgans retinebitur.

Ex morbo convaleſcentes, & alvo adſtrictiori laborantes.

7. Ex morbo convaleſcentes, alvoque adſtrictâ ſi laborent: aſt nota, non acria & vehementia enemata in hiſce uſurpanda, verum ex ſolo oleo olivarum &c.præparata eſſe adhibenda, ut videre eſt apud Philippum Grulingium in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 6. cap. 31. de clyſteribus p.m. 290. Alvus adſtricta in convaleſcentibus qualem non moleſtiam Medicis aliquando parit? quam moleſtiam brevi ut plurimum ſuperant Practici ſolo ex oleo olivarum præparato enemate bis terve pro re nata iterato. Quare & ſequentem hiſtoriam hiſce addere placuit.

Vir poſt magnum æſtum &c.

Vir quiſpiam quadraginta quinque annorum, melancholicus, magnum æſtate paſſus æſtum, incidit in febrem tertianam intermittentem cum nauſea, & quandoque vomitu, præcordiorumque anxietate gravi continuò conjunctam: in principio quidem levi horrore, mox autem ſummo calore, capitis dolore pulſante, ſitique inexplebili paroxyſmus febrilis Hominem corripuit: appetitus jam diminutus jam vero auctus, alvuſque jam adſtricta & quidem ſæpius, jam vero ſoluta erat. Alvo adſtrictâ cum laboraret, ſumma ventris tormina ſenſit, eadem vero ſolutâ nulla omnino: quare ſua ſponte ingentem ſeri lactis ſitim tollendi, & alvum ſolutam ſervandi gratiâ copiam aſſumpſit; unde maximus pedum tumor, alvique fluxus ſubſecutus eſt, ac adventante paroxyſmo ſummum in regione lumbari primò, & mox per totum corpus loco levis horroris frigus fuit perpeſſus. Vocatus ſerum lactis omnia

In febrem alvum adſtrictâ &c.

Et poſt ſerum lactis, in pedum tumorem &c. incidit.

que liquida frigida interdixi, ac ſequentem mixturam præſcripſi.

℞. *Aq. cort. citri Aurantior. cum vino deſtillat. ana* ℥ij. *Vit. Matthiol.* ℥vj. *Cinnamom.* ℥ß. *Ol. macis ſtillat. gutt.* jv. *Diaſcord. Fracaſt.* ℥ij. *Antimon. diaphoret.* ℥ß. *Syr. fœnic. Papav. errat. ana* ℥ß. MS.

Quare curationis ergo mixturā diaphoreticam &c. aſſumpſit.

Ab hujus mixturæ aſſumptione nil niſi frigus parum fuit diminutum, neutiquam vero alvi fluxus: quare ſequens conditum præſcripſi, de quo ſexies de die ad nucis moſchatæ quantitatem aſſumpſit.

Manente alvi fluxu.

℞. *Conſerv. roſar. rub. antiq.* ℥i. *Elect. antidyſenter. ſuperius deſcr.* ℥ß. *Diaſcord. Fracaſtor. Nuc. moſchat. condit. ana* ℥ij. *Ol. cinnamom. Caryophyllor. ſtill. ana gutt.* jv. *Syr. myrtin. q. ſ.* MS. F. Conditum.

Ac ideo conditum.

Hujus conditi beneficio nonniſi tertio die alvi fluxus fuit curatus, qui poſt triduum iterum increvit: quare ipſi pilulam opiatam ex maſſa pag. 246. deſcripta dedimus, poſtque duas horas aliam, tertiamque cum uſurpaſſet, fluxus ille alvi ceſſavit. Aſt ſedatum fluxum ſitis intolerabilis excepit, quam potentiſſimis vix ſuperare potuimus remediis. Sedatâ tandem & illâ, febris inſigniter primas tenuit; cujus tollendi gratiâ ſequentem dedimus bolum, duabus ante paroxyſmi invaſionem horis aſſumendum.

Pilulam opiatam &c. uſurpavit.

Et alvi fluxus ſublatus fuit.

Quo ſublato, ſitis & febris adauctæ fuere.

℞. *Extract. febrifug. noſtr. in ſuperioribus deſcript.* ℈ij. *Sal. febrifug.* (ex capite mortuo poſt ſpiritus ſalis armoniaci abſtractionem relicto, filtratione & exhalatione parat.) *gr.* xij. *Antimon. diaphor.* ℈ß. *Ol. macis ſtillat. gutt.* j. MS. F. Bolus cum vino calido aſſumendus.

Verum bolo diaphoretico.

Hoc aſſumpto & uſurpato bolo, optimè ſudavit, febremque vix obſervavit: quare adventante iterum paroxyſmo eundem bolum iterandum curavi, quo facto nullam omnino febrem paſſus eſt. Poſt octiduum circiter cum in febrem iterum incidiſſet, bolum denuo eundem aſſumpſit, ex quo benè ſudavit, aſt fruſtraneo eventu: quarto enim die paroxyſmus gravior rediit, & quicquid contra eum poſtea aſſumeret ægrotans, oleo tamen & operâ perditis, per duos treſve menſes quartanâ ſimplici intermittente laboravit. Alvo adſtrictâ quia ut plurimum vexabatur, vinum abſinthites purgans febrifugum præſcripſi ſequens, de quo poſt quatriduum in digeſtione poſitum uſurpavit uncias quatuor, inſtillatis primò ſingulis doſibus ſpiritus ſalis armoniaci guttulis duodecim.

Eoque iterato ſublata.

Febri denuo adauctâ: Imo in quartanam degeneratâ.

℞. *Rad. gentian.* ℥ß. *Zedoar. Calam. aromatic. ana* ℥ij. *Jalapp. gummoſ.* ℥vi. *Fol. menth. criſp.* Mjß. *Senn. ſ. ſtip.* ℥ß. *Summit. abſinth.*

Vinum abſinthites purgans uſurpavit.

th. Mij. *Centaur. min. Card. bened. ana* M. j. *Aloes lucid.* ℥ij. *Extrem. cort. aurantior. Cinnam. acut. ana* ℥iij. *Cardam. min. Tartar. Rhenan. ana* ℥jj. Conciſis atque contuſis, cantharoque lapideo inditis affund. *Vin. Gallic. pint.* vj. MS. & ſtent ſimul per quatriduum in loco calido, ut vis medicamentorum extrahatur.

Et à febri liberatus.

Semel quotidie ab aſſumpto hoc vino medicato tantum alvum depoſuit, aſt febris in dies fuit diminuta, tandemque planè evanuit. Ex longo hoc morbo convaleſcens alvo adſtrictâ maximè laboravit, imo quicquid contrarium uſurparet, nonniſi fruſtra tentatum fuit: quare primò ſuppoſitorium, deinde clyſterem ex ſolo decocto emolliente, juxta Fuchſium lib. 2. de compoſitione medicamentorum cap. 20. ultimò ex ſolo oleo olivarum diutius ſolito retinendum præſcripſi, tali quoque cum ſucceſſu, ut poſt tertium injectum hoc κλύσμα quotidie ſemel biſve ſponte poſtea alvum deponeret, ac brevi curaretur.

Verum convaleſcens, alvo adſtrictâ laboravit.

Ac enemate ex oleo olivarum injecto curatus.

Herniis ſæpius affecti.

4. Herniis ſæpius affecti: alvo adſtrictâ enim laborantes, facilè recidivam patiuntur, quare & omnes Practici unanimiter commendant alvum laxam ſervandam neceſſariò, herniis qui afficiuntur nonnunquam, & præprimis iis, qui ſimul flatibus abundant. Dicta ſequentes caſus ſatis ſuperque comprobant.

Vir ex alvo adſtrictiori in herniam ſcroti incidit.

Quâ repoſitâ.

Vir quadraginta annorum, ſanus, ſed alvo adſtrictiori ſæpius laborans, flatibus quammaximè obnoxius, in herniam incidit ſcroti enterocelen, qua capite decliviori pedibuſque ſurſum protenſis manu Chirurgi reſtauratâ, emplaſtro ad rupturas Fernelii impoſito, benè ſe habuit, alvo nempe benè reſpondente: verum adſtrictiori eâdem, facilè imo ſæpius recidivam paſſus eſt. Quare juſſu Medici enema fuit injectum, & mox alvum reddens neutiquam conqueſtus eſt de flatibus nec herniâ. Ob ſumptus ſibi ipſi ſubinde clyſma inſtrumento à M. Mutſenbroekio P. M. invento injecit, alvoque inde depoſitâ, hilaris ſanuſque vixit.

Enema ſubinde ſibi ipſi injecit & liberatus fuit.

Verum hac occaſione non potui non narrare hiſtoriam enteroceles nullis medicamentis cedentis, & nonniſi chirurgiâ & inciſione &c. reſtauratæ: en ſtudioſe Lector totum caſum.

Mulier dolori colico obnoxia.

Semen aniſi vel fœniculi ſi uſurparet.

Brevi fuit liberata.

Mulier quinquageſimum jam ſuperans annum, melancholica, ac colico dolore ſæpius afflicta, alvo adſtrictiori & ſæpius conſtipatâ, in primis legumina, fabas nempe &c. ſi aſſumpſiſſet. Cum res ipſi domi eſſet anguſta, neque ideo aſſa &c apponere, vel quotidie aſſumere poſſet, flatibus ſequenti nocte ſummopere ſemper affligebatur, tumque ſummo manc, & aliquando mediâ nocte ſemen aniſi vel fœniculi manducare conſueverat. Quo facto multos reddidit flatus, moxque levmen obſervavit, hoc vero neglecto, dolores intolerabiles colicos paſſa fuit, & alvus adſtricta ſeu conſtipata manſit;

ſit; donec aloen ad ſcrupulum unum aſſumpſiſſet, unde brevi alvum ter quaterve plerumque ſummo cum levamine reddidit. Infortunio quodam accidit, ut fabis aſſumptis, alvoque conſtipatâ laborans, doloribuſque colicis graviſſimis circa mediam noctem afflicta, ſemine aniſi & fœniculi deſtituta, mane iiſdem uſurpatis, nullum omnino levamen obſervaret. Quare Filia Medicum adivit, qui dicta audiens ſequentem præſcripſit hauſtulum purgantem.

Verum iiſdem ſeminibus carens, in graviſſimum incidit dolorem.

℞. *Electuar. chologog. Sylvii Hydrag. ejuſd. ana* ℥ii. *Spirit. carminat.* ʒjß. *Sal. volat. oleoſ. gutt. xxv. Aq. fœnic. q. ſ.* MS. F. Hauſtus.

Quare hauſtum purgantem carminativum

Quo aſſumpto, blandè ſexies ſeptieſve alvum multis cum flatibus depoſuit, ac tranquilliter ſequenti nocte dormivit. Mane de ſimilibus imo majoribus conquerebatur doloribus: quare enema dictus Medicus ex cerevisia recenti dulci cum fœniculi ſemine ac melle coctum præſcripſit, & optimè inde ſe habuit, multoſque flatus ſimul cum fæcibus reddens. Verum poſt duas præterpropter ſeptimanas tuſſis graviſſima imo majoribus cum doloribus alvo adſtrictiori, ac nauſeâ Mulieri oborta: quare Filiam ad Pharmacopolam miſit, ut hauſtum purgantem ſuperiorem daret.

Cum ſucceſſu aſſumpſit.

Ac enema fuit injectū.

Poſt duas ſeptimanas ex graviſſima tuſſi.

Verum domum reverſa cum eſſet, hauſtumque purgantem Matri dare vellet, de tanta nauſea, animi fere deliquio, ac mox de dolore in inguine ſiniſtro maximo ac intolerabili imo tumore conqueſta fuit. Quod igitur Filia Medico indicavit, ſeque hauſtulum purgantem non exhibuiſſe retulit; qui ſequens enema ac fomentum mox præſcripſit, ac Chirurgorum &c. hoc eſſe dixit.

In bubonocelen incidit.

℞. *Decoct. emoll. & Carmin. vulgar. pro clyſter.* ℥viij. *Electuar. diacathol.* ℥jß. *Pulp. caſ. fiſtul. recens extract. Ol. chamomil. ana* ʒvj. *Sal. gemm.* ℥j. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Quare enema.

℞. *Fol. malv. Biſmalv. ana* M. jß. *Verbaſc.* M. j. *Flor. chamomill. Roman. Sambuc. ana p.* ijß. *Semin. cumin.* ℥ß. *Fœnic.* ʒiij. Conciſ. & contuſ. coquantur in ſ. q. aq. commun. ad colatur. pint. jß. add. *Ol. lilior. alb. Chamomill. ana* ℥j. MS. pro Fomento pannis calidis adhibendo.

Et fomentum fuit adhibitum.

Injecto clyſtere, eodèmque bis iterato, ſemel tantum alvum depoſuit, ſed nullo cum doloris levamine: fomento quoque etſi ſæpius adhibito, nec ſponte nec manu Chirurgi, qui ramicem inguinalem ſeu bubonocelen eſſe, imo reſtaurari, vel reduci non poſſe mihi referebat; capite quammaximè declinato, genibuſque divaricatis, ac in ſublimiori parte poſitis etſi tentaverat, (quo modo tamen prolapſum inteſtinum vel ſponte aliquando, vel levi manus compreſſione in abdomen repellitur) attamen enema & fomentum continuandum ſe putaſſe. Sicque per quatriduum noctes dieſque inſomnes, ſummis doloribus, nauſeâ, ac ſubinde bilioſorum pituitoſo-

Verum incaſſum, imo nec manu Chirurgi reduci poterat inteſtinum.

Tandem materiam ſtercoream &c. evomuit.

ſorumque humorum, imo nonnunquam ſtercoreæ materiæ vomitu decubuit hæc miſera; & quicquid Medici ac Chirurgi in uſum revocarent, oleum & operam perdiderunt. Quare conſilium Medicorum ac Chirurgorum gratis petiit, quia, ut ſuperius jam dictum, res ipſi erat anguſta domi: hocque nonnulli Medici ac Chirurgi mox libenter fecerunt, qui omnibus fruſtra jam tentatis adhibitisque, hancque Vetulam continuò nauſeabundam imo ſtercoream materiam jam vomentem, abdomine diſtento, alvo adſtrictiori, in inguine enterocelen nonnihil quaſi contortam prope inguen inæqualem, ac ſummè dolorificam, ita ut animi deliquium ex ſolo attactu præ dolore ingenti pateretur, verum non febricitantem invenerunt. Quare plurimi judicarunt, certò ac brevi diem obituram, & nihil omnino præter enema, ac cardiacam mixturam ſequentem in uſum poſſe revocari, ne ſpectatorem tantum agere videremur: omnes fere conveniebant in hiſce medicamentis, quorum deſcriptio hæc erat.

Ac in ſummo mortis periculo verſans.

Denuo ipſi enema.

♃. *Decoct. emollient. & carmin. pro clyſter.* ℥viij. *Electuar. lenitiv.* ℥jß. *Sal. gemm. Prunell. ana* ʒi. MS. F. Clyſter pro Fœmina, mox injiciend.

Et mixtura cardiaca fuit præſcripta.

♃. *Aq. meliſſ. Fœnic. Menth. criſp. ana* ℥jß. *Spirit. carmin. Sylv.* ℥ß. *Nitri dulc.* ℈j. *Confect. alkerm. ſine ambra & moſcho* ʒij. *Syrup. fœnic.* ℥vj. MS. capiat ſingulis ſemihoris cochleare.

Verum una cum Chirurgo peritiſſimo Litothomo dexterrimo Noacho Smalzio piæ memoriæ potius anceps remedium quàm nullum eſſe adhibendum judicavimus. Rogati, quale ergo in uſum revocare vellemus remedium, omnia enim interna externaque fruſtra jam fuiſſe adhibita remedia, imo quicquid & quo modo Chirurgi ſinguli ac omnes manibus tentaverint, oleum & operam hactenus perdidiſſe, imo ſtercora jam evomuiſſe, ac ea de cauſa conclamatum eſſe. Verum apertionem & inciſionem abdominis (ſi ægra & conſanguinei concedere vellent) unicam eſſe curationis vel reſtaurationis ſpem, vires adhuc, dum ſatis conſtare vulnus tale abdominis neutiquam lethale eſſe, imo periculum in mora, & citò abſque periculo fieri poſſe inciſionem, gangrænâ aliàs inteſtinum facilè affici, omnes & quidem unanimiter affirmabant. Tandem in eo omnes conveniebant, modo ægræ & conſanguineis placeret. Quare convocatis conſanguineis, certam mortem brevi inſtare, & nullis etſi potentiſſimis remediis, nec quoque manu Chirurgorum herniam illam enterocelen reſtaurari poſſe diximus; verum dubiam curationis ſpem ſupereſſe, ſi apertionem levem in abdomine concedere vellent. Mox conſanguinei dicebant, quia nulla alia curationis ſpes supereſt, nobis quidem perinde eſſet, modo

Ac tandem levem apertionem abdominis unicam curationis ſpem eſſe, concluſum fuit à Medicis & Chirurgis.

Ma-

Mater ac ægra conſentiret, cujus corpus eſſet, & res ageretur, quæ dolorem illum ſubire deberet. Ea de cauſa Filia Matrem adivit, ac ipſi dicta non ſine lachrymis propoſuit, quæ ſtatim annuit, imo Filia mea, inquiens, chariſſima, mitè modo faciant, nam dolor jam eſt intolerabilis, brevique vel diem ſum obitura, vel à tanto dolore brevi liberanda. Quiſnam porro rogabat, illam inciſionem inſtiturus eſſet: cumque adeſſe Magiſtrum Smalzium Practicum reſpondiſſet Filia, mox invitavit Smalzium, eâ tantum cautelâ & adhortatione, ut citò & miſericordiâ motus rem conficeret.

Quam annuit ægra & conſanguinei.

Quare exhibitis duobus præcedentis mixturæ cardiacæ cochlearibus, ægrâ ſupinâ capite decliviori, genubus divaricatis ſurſumque ſublatis collocatâ, Magiſter Smalzius cultro inciſorio inciſionem & apertionem uſq; in abdominis cavitatem artificioſè, ac levi cum hæmorrhagia fecit, tribus digitis tranſverſis circiter à tumore prope muſculum rectum, per quod vulnus duos priores digitos oleo leviter inunctos manus dextræ intrudens, mox inteſtina per anguſtum foramen protruſa ſe obſervare referebat, tumque manu ſiniſtrâ herniam ſeu tumorem leviter comprimendo, imo quaſi contorquendo, ac alterâ manu ſenſim trahendo, breviter inteſtinum introrſum reducebat. Cæterum vulnus more conſueto & ſecundum artem tractavit, inguini emplaſtro ad rupturas Fernelii impoſito; moxque præter mixturam cardiacam, enema ſuperius nominatum fuit injectum, ac patiens debilis quidem ſemel alvum ſummo cum levamine dejecit, dolorque, & nauſea, & vomitus, animique deliquium ceſſarunt: enemate per triduum iterato, tandem præter mixturam ſequenti uſa fuit apozemate.

Quam apertionem inſtituit Smalzius.

Ægrâ capite decllviori genubuſque ſublatis poſitâ.

Brevique inteſtinum reduxit.

Quo facto clyſter fuit injectus.

♃. *Radic. fœnicul.* ℥ß. *Polypod. quercin.* ʒiij. *Folior. malv.* M. j. *Senn. ſine ſtip.* ℥ß. *Rhabarbar. optim.* ʒij. *Sem. aniſ. Fœnic. ana* ʒiij. Conciſa atque contuſa coquantur in l. q. aq. commun. ad colatur. pint. j. in qua diſſolv. *Mann. Calabrin.* ℥j. *Syrup. roſar. ſolutiv.* ℥jß. MS. F. Apozema.

Ac decocto laxans uſurpavit.

Hujus beneficio quotidie alvum cum multis flatibus depoſuit. Quarto poſt operationem die veſperi levi febriculâ ſubitò fatis ceſſit.

Sed quarto poſt apertionem die fatis ceſſit.

Poſt mortem una cum Magiſtro Smalzio adivi Conſanguineos, Filiamque enixè rogavi, ut nobis concederet cadaver aperire, & videre quomodo interna ſeſe haberent, ut in poſterum aliis itidem miſeris ita afflictis ſuccurrere poſſemus: tandem annuit Filia. Cadavere aperto, inteſtinum eo in loco ſphacelatum, ac foramen peritonæi, per quod inteſtinum protruſum fuerat, valde parvum invenimus, ita ut nonniſi ſumma quaſi cum vehementia inteſtinum eſſet protruſum.

Poſt mortẽ inteſtinum ſphacelatũ invenimus.

Duæ mulieres eodem affectu laborantes dicto modo curatæ. & ſanæ.

Duas alias Mulieres eodem affectu laborantes, imo ſtercora jam evomentes, poſt inciſionem, ſed tertio die factam, à tali hernia eodem modo liberatas, ac ſimilia medicamenta interna uſurpantes, curatas ac adhuc dum ſanas novimus. Harum Mulierum querelas, ſymptomata &c. quidem narrarem, ſed brevitati ſtudeo, & mutatis nominibus, idem eſſem dicturus: ſed quid opus eſt verbis, ubi rerum teſtimonia adſunt.

Dicta tamen ut ſtudioſus Lector eò melius intelligat, en ſequentem figuram.

TAB. IV. FIG. II.

A. Mulier herniâ inguinali laborans, capite decliviori, genubuſque in altiori loco ſublatis, collocata.
B. B. Abdomen quodammodo diſtentum.
C. Umbilicus.
D. Ipſa hernia enterocele.
E. E. E. Muſculus rectus.
F. Locus inciſus, vel vulnus inflictum.
G. Foramen, per quod duos priores digitos manus dextræ Chirurgus protrudens, ac inteſtinum protruſum leviter contrahens.
H. Manus ſiniſtra Chirurgi herniam leviter comprimendo, & parum contorquendo brevi reducens.

Enterocele ſenſim & pedetentim excitata.

Datur & enterocele ſenſim & pedetentim excitata, ubi non ruptio, ſed tantum relaxatio (n) peritonæi adeſt, ſymptomata tamen plerumque eadem obſervantur. Hujus curationem & reſtaurationem dexterrimus, ac præmaturâ morte extinctus corporis humani perſcrutator indefeſſus, perſpicaciſſimus, clariſſimus Vir D. Antonius Nuckius, quondam Anatomiæ in illuſtri Academia Lugduno-

(n) Quomodocunque Hernia excitetur ſive ſenſim, ſivè confeſtim, ſemper fere peritonæum relaxatum reperitur. Rarius enim eſt, ut per illud lacerum inteſtina elabantur ac promineant; & tunc fere tantum, quum ab vulnere abdomini inflicto peritonæum ſimul pertundatur ac laceretur. Omnium enim membranarum communis eſt natura, ut diſtendi potius, quàm diſrumpi patiantur. Idque clariùs in peritonæo patebit, ſi cauſarum Herniam producentium rationem habuerimus. Sunt illæ namque vehementes Tuſſes, Sternutationes diutius protractæ, ingentium ponderum ſuſpenſiones, ac ſimilia: à quibus omnibus ita quidem naturalia viſcera deorſum verſus per diaphragma premuntur, ut vel peritonæi proceſſus, quâ itur ad ſcrotum, ab eorum incumbentium & comprimentium impetu aperiantur; vel peritonæi pars ſuis proceſſibus vicinior, quæ ſuperſtratis abdominis muſculis minimè munitur, relaxetur ac diſtendatur. Accedunt vero clariorum Scriptorum teſtimonia, qui in Anatomicis ſectionibus operam ſumpſere, & præſertim Nuckii, Blancardi, ac Ruyſchii, quorum poſtremus in ſuis obſervationibus Anatomico-Chirurgicis ſic ſcribit: *Herniam magis eſſe expanſionem aut extenſionem peritonæi, quàm rupturam aut dilacerationem ejus, haud dubito, quin inter Medicorum Filios ſatis conſtet.* Quamvis vero peritonæum ab externo ſaltem ictu poſſit aliquando ſecundum utramque ipſius membranam diſrumpi; tamen illa Veterum quorundam opinio minus arridet docentium, interiorem peritonæi tunicam in Hernia diſrumpi, exteriorem vero dumtaxat relaxari. Nil etenim eſt cum Mechanicæ legibus magis pugnans, quàm ſi dicamus, corporis in arcum figurari, quod violentiam interius patitur, internas citius partes, quàm externas diſrumpi.

no, Batava Profeſſor incomparabilis, in operationibus & experimentis ſuis chirurgicis per J. T. Brem editis experimento 34. p. 124. & 125. hiſce tradidit verbis, ac illam operationem ipſemet inſtituit in Muliere enterocele laborante, ac ſtercora jam evomente, & adhucdum vivente.

Ægro decenter collocato, cutiſque inciſione factâ, extenſum peritonæum, quod inteſtinum includit, in conſpectum prodit; quo itidem inciſo, inteſtinum ſenſim & prudenter repellendum. Nonnunquam tamen partes trium muſculorum abdominis tendinoſæ, transverſalis ſcilicet, obliquè aſcendentis, & deſcendentis (quæ in inguine anguſtum quaſi hiatum formant, ut viâ, ſed obliquâ, vaſis ſpermaticis tranſitum præberent) adeo anguſtatæ ſunt, ut ſine illarum dilatatione inteſtinum reſtitui non poſſit. Ad viam itaque hanc dilatandam, ſpecillum excavatum intromittunt, factâque hiatus dilatatione, inteſtinum in abdomen propellunt. Cavendum interim, ne inteſtinum lædatur, nec inciſio nimium extendatur, cum alioquin facilè vas aliquod arterioſum lædi poſſet. Tutius idcirco erit, annulum digito eo uſque dilatare & expandere, ut inteſtinum prolapſum reponi poſſit. Si vero contingat, inteſtinum aere in tantam molem eſſe diſtentum, ut commodè reſtitui non poſſit, variis in locis ſubtiliori acu erit perforandum. Repoſito itaque, ut dictum, inteſtino, hiatus, ad cicatricem fortiorem obtinendam, in circumferentia ſcarificandus, vulnerique turunda vitello ovi illita immittenda, & applicatis plumaceolis atque compreſſis deligatio inſtituenda.

Quomodo curanda & reſtauranda.

Homines, in quibus κλυστῆρια & nonnunquam quoque glandes nonniſi magna urgente neceſſitate præſcribenda, ſunt.

Enemata & ſuppoſitoria non niſi urgente neceſſitate præſcribenda.

1. Famelici, in quibus purgantes clyſteres minimè convenire dixit Riolanus meth. medendi general. cap. 9. Sic quoque nonnulli Medici melancholicis clyſmata purgantia nocere putant, ſi nempe injiciantur antequam humores auſteri aut acidi rectè ſint præparati, correcti, & temperati; aliàs tormina ingentia clyſteres purgantes injecti excitant. Aſt nonne halitus, vaporeſque blandi, oleoſi, volatileſve ex injectis clyſteribus elati humores auſteros acidoſque quodammodo temperant & corrigunt, ſicque facilius & minori cum ægrorum moleſtia, quàm ullis aliis medicamentis, educuntur,

Famelicis.

curanturque dictis humoribus laborantes? Ultima noſtra dicta confirmata videſis in obſervationibus hinc inde nempe capite quinto & ſexto jam traditis. Nullâ quoque præparatione humores per clyſma educendos indigere, teſtatur Johannes Walæus in ſua medendi methodo p.m.53.

Prægnantes trimeſtres & quadrimeſtres.

2. Prægnantes in primis trimeſtres & quadrimeſtres, niſi valde urgente neceſſitate; tumque neutiquam acres, aſt tantum emollientes fæceſque induratas ſolventes clyſteres præſcribendi. Idem quoque innuere videtur Johannes Walæus in ſua medendi methodo tit. de clyſtere p.m.52. dicens, gravidis non facilè adhibendum enema, quia vis ejus irritans inteſtinum rectum, & uterum illi incumbentem ſtimulat ad expulſionem fœtus. Quare quoque Rodericus à Caſtro lib. 3. de morbis mulierum cap.16. dixit, in prægnantibus frequentem enematum tam acrium quàm emollientium uſum vitandum, quia ab ipſis fœtus valde laxatur ac debilitatur. Idem fere de ſuppoſitoriis in prægnàntibus uſurpatis Heurnius in Prax. medic. lib.1. cap. de ſuppoſitor. & Ruffus Epheſius teſtantur.

Quid circa applicationem clyſterum & glandium ſit obſervandum.

Tempus clyſteres glandeſque uſurpandi, & quidnam ante, in, vel poſt κλυστήρια aut ſuppoſitoria faciendum, obſervandumque ſit, paucis demonſtrabimus.

Tempus eadem uſurpandi.

Tempus κλύσματα & ſuppoſitoria adhibendi.

Nullum certum deſignari poteſt.

1. Nullum certum aut conſtitutum propriè datur, ſed omni tempore, & qualibet diei noctiſque horâ adhiberi poſſunt enemata, modo neceſſitas urgeat, ut teſtatur Hippocrates lib. de purgantibus text.5. circa finem p.m.609. & Fuchſius lib.2. de compoſit. medicamentor. cap.20.

Matutinum tamen plerumque opportunum.

2. Matutinum omnium tamen maximè opportunum, quia ut plurimum ægrotantes tum ſunt ventriculo vacuo, quando clyſteres quoque injiciendos monuit Fuchſius loco ſtatim citato, ut & Fernelius lib.3. method. medendi capite tertio. Clyſmata nonniſi longè, duabus nempe aut tribus horis, longiuſve ante paſtum vel à paſtu injicienda; alioquin una cibi è ventriculo rapti cum clyſtere deturbarentur. Docuit id quoque Ambroſius Paræus in operib. chirurg. lib.25. cap.22. Sit idem fere de ſuppoſitoriis dictum, ut videre eſt apud Johannem Jacobum Weckerum lib.1. Antido-

tidotar.general.cap.49.unâ nempe, vel duabus ante cibum horis ano eſſe intrudenda.

3. Æſtivum, (quare etiam à canis ortu per dies quinquaginta infuſis per clyſterem uti cōcedit Senex lib.de purgantibus text.5.) autumnale, hyemale, ac vernale enematum uſurpationi aptum eſt. Æſtivum.

Nota, injecta clyſmata non omnia æquali tempore retinenda: anodyna enim diutius, ut & adſtringentia, ac glutinantia; nutrientia vero ac corroborantia omnium diutiſſimè retinenda. Verum purgantia, ſi ſponte non erumpant, ultra unam horam in corpore ne retineantur; aſt ante dimidiam tamen horam quoque non eſſe rejicienda, minus enim temporis ſpatium inſufficiens, majus excedens. Si tamen præter debitum diutius retineatur clyſter, & ex fortioribus licet confectus catharticis, nullius ſit operationis, æger ſeſe moveat, glandemque ano indat. Si vero & motus & glans nihil efficiant, injiciatur ſtatim aqua tepida vehementer ſalita, aut unus cyathus urinæ, & brevi certòque alvus ſolvetur, clyſteremque educent, ut docuit Wolfgangus Gabelchoverus curation. & obſervat.centur.1.curat.annot.62.

Clyſmata & ſuppoſitoria quæ diutius, quę vero tandiu non retinenda.

Nota, in ipſis morborum paroxyſmis clyſmata injicienda non eſſe docuit C.Celſus lib.2. cap.12.titul.2. de alvi ductione p.m.86. inquiens, in ipſo acceſſionis impetu alvus lotionibus non eſt ducenda, quia quod tum infuſum eſt, alvo continetur, regeſtumque in caput multò gravius periculum efficit.

In primis non in morborum paroxyſmis.

Ante clyſteris injectionem requiritur.

Ante clyſterem injectum requiritur.

1. Ut pridie abſtineat æger, ſicque tali curationi ſit aptus, ac eodem die ante, aliquot nempe horis, aquam calidam bibat, ut ita ſuperiores ejus partes madeſcant, tumque in alvum clyſter immittatur: quoniam ut legimus apud Cornelium Celſum lib.2.loco mox citato, jejuno ventriculo clyſmata purgantia neceſſariò injicienda, quia aliàs cibus una educeretur, & ventriculi fermentatio læderetur, ut ſupra ex Fuchſio, Fernelio, & Paræo jam probatum.

Ut æger ſit jejuno ſtomacho.

2. Ut lateri dextro figurâ curvâ ſeu ſemicirculari incumbat, quum alioquin ſi in ſiniſtrum latus depoſitus ſit ægrotans, tota moles viſcerum tum rectum inteſtinum, tum maximè poſtremam partem coli, quæ ſub ſplene deſcendit, & ad renem ſiniſtrum annectitur, comprimet; adeò ut clyſter ulterius ad capacitatem coli progredi nequeat, ſed in duobus inferioribus gyris coli remaneat, nec diutius retineri poſſit. In dextrum vero latus decumbente ægro, clyſter ſiphone aut alio quovis inſtrumento facilè uſque ad reflexionem ſub liene, deinde ſine obſtaculo uſque ad valvulam

Ut lateri dextro incumbat.

Et quare.

inteſtini coli ducitur; àtque ſic æger, quum diutius clyſterem retinuerit, majorem quoque inde fructum percipiet, ut teſtatur Guilielmus Fabritius Hildanus obſervat. chirurgicar. centur. 1. obſerv. 77. p.m. 56. & Fernelius method. medend. lib. 3. cap. 2.

In enematum uſurpatione & injectione convenit.

In enematum injectione convenit.

Ut fiſtula ſine moleſtia &c. paulatim circumrotando in anum intrudatur.

1. Ut ſine magna moleſtia doloreve fiſtula prius oleo benè inuncta paulatim, non vero confertim, & circumrotando in anum immittatur; tumque inſtrumentum enema continens genis vel ſuperiori manus parti admoveatur, experiaturque an caleat inſtar urinæ modo emictæ, aut lactis modo emulcti, qualis calor eſt convenientiſſimus: nam nec frigidum nec quoque nimis calidum enema injiciendum, ne alterutro modo lædat, dixit Cornelius Celſus lib. 2. cap. 12. loco ſæpius jam citato. Frigus namque inteſtina & vicinas partes nervoſas offendit, iiſque bellum inducit juxta Ambroſium Paræum in operib. chirurgic. lib. 25. cap. 22. & Heurnium in Prax. medic. lib. 1. cap. de clyſtere. Nimis autem calidum ſi injiciatur clyſma, non ſatis diu in corpore manebit, & valde, præſertim in dyſenteria (teſte Philippo Grulingio loco ultimò citato p.m. 191.) nocebit. Si vero nimis frigidum, ultra debitum tempus retinebitur, quin & ano & veſicæ maximè oberit, flatuſque excitabit; imo & mortis cauſa ſubinde erit, ut olim contigit Civi cuidam Haffnienſi apud Bartholinum centur. 1. hiſtor. anatomic. 76. Tepens ergo, idque ſenſim ac pedetentim, non vero confertim, juxta Fernelium lib. 3. method. medend. cap. 3. injiciendum: nam ita ſubitò & confertim ſi infundatur, flatus, qui ſemper fere in inteſtinis contineri ſolent, ſurſum compellet, unde torminum cruciatus curatu difficillimi, ut auctores nobis ſunt Ambroſius Paræus & Heurnius locis ultimò citatis.

Frigida an calida clyſmata an injicienda.

Ut inter injectionem ſit hiante ore &c.

2. Ut dum ſyringe pedetentim exprimitur, æger ſit hiante ore, nihil circumferat, quod ipſi ventrem comprimat, exceptoque clyſtere in dorſum ſupinus aliquandiu cubet, tumque ab omni motu quieſcat, ne diaphragma & muſculi abdominis attollantur & comprimantur, ut docuit Johannes Walæus in ſua medendi methodo titul. de clyſtere circa finem p.m. 55. Poſtea ſenſim in utrumque latus convertat; vel ſi dolor partem aliquam aggrediatur, in iſtam quàm diutiſſimè, ſi fieri poterit, inclinet: ut ſi dolor in lumbis ſit, regioni lumbari ſeu dorſo, ſi in latere, huic, ſi in abdomine, ventri, & ſic de cæteris æger incumbat.

3. Ut

3. Ut ſi clyſter ob flatus in inteſtinis exiſtentes eundemque repellentes immitti nequeat, bis terve ejus injectio ſit tentanda & iteranda; ſicque aliquando ventoſitas omnis fere emittitur, facilèque tum enema injicitur, ut legimus apud Philippum Grulingium in ſuo florilegio loco ſæpius jam nominato.

Ut, ſi flatus impediant injectionē, bis terve tentetur.

4. Ut qui anhelitus difficultatem (quales ſunt, qui aſthmate, aſpnæâ, dyſpnæâ, vel orthopnæâ laborant) patiuntur, ad retinendum enema neutiquam cogantur.

Anheloſi diu clyſma retinere nequeunt.

5. Ut κλυςῆρια illa, quibus ovi vitellus ingreditur, ut ſæpe fit in clyſteribus antidyſentericis &c., non nimium calefiant: aliàs enim vitellus mox coagularetur, atque hoc modo facilè foramen fiſtulæ ſiphonis obſtrueretur, ſicque votis non reſponderet injectum enema.

Enemata, quibus ovorum vitelli immixti, ne ſint nimis calida.

6. Ut κλύσματα, quibus axungia admixta, non nimium frigida ſint: axungia namque hac ratione concreſceret, & liquoris in anum immiſſionem impediret.

Quibus vero axungia immixta, ne ſint nimis frigida.

Poſt clyſterum injectionem oportet:

Poſt injectū enema convenit.

1. Ut poſt infuſum κλύσμα, quantum fieri poteſt, in lectulo ſe contineat æger, nec primæ cupiditati & irritationi dejectionis protinus cedat; aſt ubi neceſſe eſt, nempe poſt ſemihoram ad minimum, tum demum deſideat, ut quondam rectè monuit C. Celſus loco toties jam citato.

Ut lectulo ſe cōtineat æger.

2. Ut ſi deſidendo æger ſe exhauſit, pauliſper conquieſcat, & ne vires deficiant, utique eo die cibum aſſumat: qui plenior an exiguus ſit dandus, ex ratione ejus acceſſionis, quæ expectatur, aut in metu non erit, æſtimari oportebit, ut idem eodem loco docuit.

Si nimium defatigetur, parumquieſcat.

3. Ut ſi enema injectum non operetur, ſuppoſitoria & quidem acria in anum intrudantur, vel clyſteres ex muria confecti injiciantur, &c. de quibus fuſius in ſuperioribus.

Ut ſi non operetur enema, iteretur, aut ſuppoſitorio utatur.

4. Ut ſi catharticum κλύσμα non ſatis diu retinuerit æger, ordinetur ſtatim aliud, & ſi etiam hoc ſubitò exierit, illico tertium præſcribatur. Aſt nota, unâ die vulgariter non ultra tria κλυςῆρια adminiſtranda eſſe.

Si non operetur purgās enema, ſtatim iteretur.

Nota, quorum inteſtina ſunt acuti ſenſus, hîc clyſteribus parum ſalis eſſe admiſcendum; ſi vero hebetis ſenſus, plus ſalis neceſſariò addendum: aliàs aut nihil aut parum tantum dejicerent.

Quibus clyſteribus ſalia vix addenda.

Maximè quoque notandum ſuadet Solenander ſect. 3. conſil. 23. ne una cum clyſterum materia multus ſpiritus intrudatur.

Ne ſimul ſpiritus intrudatur.

Monuit quoque Aetius Tetrab. 1. ſermon. 3. cap. 159. ne aqua

Nec olea addenda, & quibus.

aqua aut oleum adderetur clyſteribus, ubi capitis gravitas, aut proſtratus appetitus adſit.

Nec aſſiduè utantur clyſteribus.

Heurnius in Prax. medic. lib. 1. cap. de clyſtere, clyſteribus aſſiduè non utendum docuit, ne his aſſueta natura officii ſui immemor reddatur: quod conteſtatum inveniet ſtudioſus Lector apud Corn. Celſum lib. 12. tit. 2. de alvi ductione circa principium. Hippocrates tamen lib. 1. de morbis mulierum text. 101. 20. p. m. 491. ad impрægnationem per ſeptem dies κλυςῆρια, perque totidem glandes adhibere ſuadet.

CA-

Quemadmodum leges circa alias medicaminum claſſes à clariſſimo Auctore ſuperius traditas ad compendium duximus; ita præcepta, quæ circa clyſteres ac ſuppoſitoria recenſuit, ſic modo contrahere ſtudebimus, ut eorũ deinceps faciliùs reminiſcamur. Quodcunque liquidum in anum injicitur inteſtina proluendi gratiâ, clyſter & enema à Medicis dicitur. Hæc licet fuerit prior clyſteris acceptio, tot tamen deinde uſus ab eo hauſimus, ut meritò miremur, cur Paracelſus & Helmontius vano perſuaſi pudore illum turpiſſimum medicamen dixerint, hocque nomine à Medicina exſibilandum duxerint. Præſertim vero clyſtere ex nutrientibus & corroborantibus rebus confecto uſi ſunt Veteres ad corpus nutriendum, ejuſque vires ſervandas ac inſtaurandas, ubi faucibus occluſis nihil in ventriculum ingeri poſset; quem tamen injiciebant, poſtquam alvum fæcibus ſuis proluerint, eumque ſæpius iterandum, ac diutius retinendum monebant. Hæc licet hodiernis Medicis diſpliceant, & ejus generis clyſteres jam in deſuetudinem abierint, quod ji ultra colon non adſcendant, obſtante ipſius valvulâ; tamen facilè nobis perſuademus, tenuiores injecti liquoris particulas ſanguini ac ſpiritibus ſuppeditari, à quibus ſin minus perfecta nutritio, virium ſaltem corporis refectio haberi poteſt. Quoniam vero interior inteſtinorum, tunica exquiſito ſenſu prædita eſt; factum hinc, ut ad Apoplecticos, Lethargicos, & Epilepticos excitandos clyſtere quoque Medici uſi fuerint. Verum acri hìc enemate opus eſſe, quis nõ videt, ut validioribus ejus ſtimulis ſpirituum ſopor diſcutiatur, aut furor ipſorum ad inteſtina declinet? Quum autem dolor capitis, & Ophthalmia ex unica alvi emanſione nimium invaleſcant; palam idcirco eſt, enematum uſum in jis affectibus neceſſarium eſſe. Ventriculus vero utut à podice nimiùm diſtet, tamen propter conſenſum cum inteſtinis à clyſteribus non minus irritatur, ac ex faucium vellicatione ſubvertitur; ut proinde ad ejus affectus Practici eorum uſum tranſtulerint. Maximè vero in alvo adſtricta, doloribuſque inteſtinorum enemata conveniunt, ſic tamen ut modo fæces emolliendo, modo membranas inteſtinorum relaxando, modo ſpirituum impetum conſopiẽdo, modo vero irritando alvum ſubducamus. Lumbricos etiam ex inteſtinis clyſteres evocant, præſertim ſi ex dulcibus ſint confecti, & amara prius per os exhibita fuerint. Ut vero fluentem nimis alvum cohibeamus, & exulceratis inteſtinis medeamur, nihil utilius eſt, quàm ex adſtringentibus, & vulnerariis clyſteres injicere. In Febribus autem, ſi modo alvus pertinacius maneat, præſtat ipſam per clyſteres ſubducere, ut furor earum conquieſcat. Denique quemadmodum in renum doloribus, veſicæ affectibus, & menſtruorum ſuppreſſione adhæſionis tantum partium ratione enemata conveniunt; ita ad proximas Aſciticorum aquas educendas, & Iſchiadicum dolorem curandum acrioribus clyſteribus uti poterimus. Sed enematum uſum vetant Peſtis, Hæmorrhoides jam natæ, & affectus Iliacus, quum à craſſis inteſtinis aut ipſo podice motus eorum inverſus incipiat. Proximum autem clyſteri eſt ſuppoſitoriũ, per quod intelligimus medicamentum ano dicatum, ex ſolida materia confectum, & ſub tereti glandium forma figuratum. Ad alvum ducendam eo utimur præcipuè, & præſertim ſi patiens à clyſtere abhorreat, ſi plures injecti fuerint clyſteres, qui non redierint, ſi duriores fæces prope anum maneant, quæ clyſterem injectum repellant, aut ſi Aſcarides rectum inteſtinum occupent. Magis vero ſuppoſitoria conveniunt ad ani affectus curandos, Ulcera nempe, Teneſmum, dolorem, Hæmorrhoides, Paralyſim, & procidentiam, dummodo ex appropriatis medicamentis illa fuerint confecta. Utrumque autem hoc præſidium nullo tempore, nullâ ætate, aut Hominum genere limitatur; ſi vero morborum paroxyſmos, gravidas Mulieres, eoſque, qui vehementiori fame torquentur, excipias. Eâ vero lege clyſter injicitur, ut patiens curvo corpore lateri dextro procumbat, ut ſenſim liquor ex ſyringe exprimatur, ut quantum ſat eſt calidus injiciatur, magis vero, quum axungia ipſi ſic admixta, minus, quum ovi vitellus, qui calore nimio facilè concreſceret. Si autem injectus clyſter non redeat, tunc vel alio clyſtere, vel ſuppoſitorio potius revocandus.

C A P. VII.

De Sudoriferis, & Diaphoreticis.

De ſudoriferis & diaphoreticis.

Sudorifera & diaphoretica quid ſunt.

Sudorifera Græcis ἱδρωτικὰ, à nonnullis quoque διαφορητικὰ dicta, ea ſunt remedia, quæ τοὺς ἱδρῶτας, ſudores movent ac provocant: ἱδρωτικὰ juxta Johannem Jonſtonum in ſua idea medicinæ practicæ lib. 3. de medicamentis cap. 5. articul. 5. punct. 3. p. m. 166. ſunt quæ materiam peccantem per ambitum corporis ſenſibiliter pellunt: διαφορητικὰ vero, quæ per inſenſibiles corporis meatus materiam peccantem educunt. Facilè vel difficulter naturâ vel medicamentis ſudantes Medico innoteſcant neceſſarium eſt: quare non inſubidè Hippocrates lib. de alimento §. 6. p. m. 596. qui probè perſpirant, debiliores & ſaniores ſunt, & à morbis facilè reconvaleſcunt; qui malè perſpirant, priuſquam ægrotent, fortiores ſunt, ubi autem ægrotarunt, difficilius à morbis reconvaleſcunt. Imo

Vel ſignificent.

In ſudorum provocatione ars naturam imitatur. Natura enim per vias priores cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 8. jam nominatas nominandaſve ſi materiam morbificam expellere commodè nequit, occultos inquirit ac invenit meatus, quos quoque tenuioribus peccantibus humoribus aperit, ſicque ſuperfluam ſeroſitatem, alienis utcunque qualitatibus imbutam, per cutis poros expellendo evacuat: per quos non rarò concitatis ſudoribus febres quoque criticè ſolvit, ut teſtatur Hippocrates aphor. 36. ſect. 4. Sudores totum corpus evacuare, probat hoc modo Philippus Grulingius in ſuo florilegio part. 8. p. m. 220. nam, inquit, etiamſi primò è corporis ambitu & habitu natura evacuat, humores tamen etiam à reliqua corporis parte, & primò quidem è venis & arteriis, deinde & aliis partibus omnibus evacuare poteſt, è quibus nimirum humores commodè ad venas arteriaſque, & hinc ad ambitum corporis propelli poſſunt per glandulas; vel ex iiſdem, quibus totum noſtrum corpus ſcatet, & unuſquiſque porus cutis reſpondere videtur, expelluntur; ut & ex vaſis lymphaticis undique abundantibus, ut profuſè demonſtravit ſæpius jam nominatus vir acutiſſimus D. Antonius Nuckius in ſua adenographia, &c.

Sudores quomodo provocentur.

Modum vero illum, quo medicamenta ἱδρωτικὰ hæc operantur, (o) ſi in-

Rr

(o) De ſudore ac diaphoreticorum medicaminum agendi norma preſſiùs quidem Auctor noſter diſſeruit, ut proinde nonnulla hic ſubnectere putavimus, quæ rem propoſitam illuſtrare rati ſumus. Et primò quidem inter ſudationem & Sanctorianam excretionem non parum

Quomodo vero medicamenta ſudorifera operentur.

ſi inveſtigemus, inquit Johannes Walæus in ſua methodo titulo de ſudorifero p.m.61. neceſſum eſt, ut vel ad calorem, vel ad facultatem aliquam (vim) fundentem confugiamus: nunquam enim ſeroſa illa materia ideo per poros egreditur, quod ſudorifera eam depellant, ſed quia apta facta eſt ad egrediendum; hoc eſt, quia humor eſt calefactus, & attenuatus, vel inciſus, parteſque tenues à craſſis ſunt ſegregatæ, in hoc enim tota diaphoreticorum operatio conſiſtere videtur.

Quot modis evocetur ſudor.

Variis autem modis evocatur ſudor, præcipuè tamen vel balneis ſiccis vel humidis, & his vel naturalibus vel artificialibus; vel admotis fomentis, veſicis, lagenis, lapidibus calefactis, & axillis, in-

---

rum intereſt diſcriminis, quod illa cuti tantum conveniat, hæc vero omnibus partibus ſive internis, ſive externis ſit communis. Utut enim quælibet pars corporis poros habeat, per quos inviſibilia emittit effluvia; nihilotamenminus ſola eſt cutis, quæ beneficio glandularum materiam ſudoris ex ſanguine evocat. Neque etenim neceſſe eſt, ut id, quod è partibus inſenſibiliter elabitur, ſit humidum, vel in humoris formam verti poſſit, quum plerumque halitus quammaximè ſicci è noſtro corpore decedant: ſed quod ſudorem conſtituit, aut certè ſanguinis ſerum, vel ei quàmproximum eſſe debet. Quemadmodum vero nullum eſt vivens, quod multifariam continuò non moveatur, nec fieri poſſunt tales motus, niſi ex partibus ſui corporis inviſibilis materia jugiter effluat; ita viciſſim perennem iſtius materiæ fluxum ad faciliorem motum præcipuè comparatum, non ineptè ſuſpicatur Hermannus Böerhavius. Nam ut corpus flexile maneat, plurima debent eſſe inter ejus partes interſtitia, ſeu pori, per quos Sanctorianum liquidum perpetuò ut flueret, oportuit, ne ſolidarum partium concretione evaneſcerent, adeoque corpus inflexile evaderet. Liquet autem hinc, tenuem halitum, ad inſtar rivulorum, omnium partium corporis poros indeſinenter tranſmeare, qui partim venas ingreditur, ſanguinique ſeſe miſcet, partim in interiores cavitates illabitur, maxima vero ex parte per cutis ſpiracula erumpit. Quamvis vero ſudori halitus iſti etiam ſeſe immiſceant, præcipua tamen ejus materia ex cutaneis glandulis ſcaturit. Quum etenim iſtæ ex præterfluente ſanguine ſeroſum quendam laticem ſuffurentur, qui nerveis papillis ſupra cutim aſſurgentibus madefaciendis ad Stenonis & Williſii mentem præſertim impenditur; ſi utique contingat, ſanguinem uberiorem feri copiam iis ſuppeditare, ſtatim ſudor ex univerſo corpore erumpet. Ut itaque ſudor eliciatur, hæc duo primariò requiruntur, ut nempe ſanguis ſero non ſit indigens, cutiſque adeo laxa, ut glandulæ illum excipere, & per ejus foramina expellere poſsint. Quoniam vero ſerum ſanguinis craſsius, aut cum cæteris ipſius elementis pertinaciùs colligatum, glandularum cutanearum poros non facilè trajicit, atque impedimenta illa tum à cordis impulſu, tum ab inteſtino partium ſanguinis motu vinci debeant; patet hinc, quomodò motus cordis, & ſanguinis fermentatio, ad ſudationem quoque concurrant. Hinc prior diaphoreticorum claſſis ea comprehendit, quæ ſanguinem ſero ditare valent: quamobrem aqua largiùs epota, humida alimenta frequentiùs uſurpata corpus ad ſudorem diſponunt. Hucque adeo pertinet parcior urinæ per renes excretio; idem namque ſerum tum in glandulis renum è ſanguine decedit, tum in glandulis cutaneis percolatur. Altera diaphoreticorum claſsis omnia ea complectitur, quæ tenſam nimis cutem emollire, obſtructas ejus glandulas reſerare, earumque vaſa excretoria irritare valent. Sub hoc genere commodè reponi poſſunt opiata, emulſiones frigidæ, & terreſtria abſorbentia, quæ tum cutim relaxando, tum nimium ſanguinis æſtum cohibendo, cum etiam acres ſanguinis particulas temperando ſudorem in febribus validiùs cient, atque in iis præſertim, qui calidiori & aridiori corporis temperie præditi ſunt. Ad illud quoque pertinent frictiones, balnea, calor hypocauſti, & quæcunque exteriùs corpori admoventur ad ſudorem excitandum: hæc etenim cutis ſordes conterunt, cutaneas glandulas ſuâ ſarcinulâ exonerant, & excretorios ipſarum ductus invitant, ut humorem, qui jugiter ad eas à ſanguine tranſmittitur, ejiciant. Tertia claſſis ea continet, quæ cordis motum inſtaurant: ut proinde cardiaca etiam diaphoretica Medicis audiant; & ſomnus ipſe, in quo ſpiritus copioſiùs ad muſculum cordis deſcendunt, ſodori proliciendo quammaximè eſt idoneus. Poſtremum vero genus diaphoreticorum ea complectitur, quæ ſanguinem fundere, craſſius ſerum comminuere, ejuſque compagem laxare valent. Hinc omnia volatilia, aromatica, amara, atque ſi quæ recenſitis ſint calidiora, ſudori excitando ſunt opportuna; ipſaque etiam febris, quæ ſanguinis elementa potentius conterit, ipſius furore fatiſcente, maximam ſudoris copiam prolicit.

inguinibus, poplitibus, volis manuum, & plantis pedum impoſitis; vel tegumentis, & linteaminibus calidis in lecto; vel motibus & exercitiis corporeis; vel quoque aſſumptis medicamentis hidroticis & diaphoreticis: de qua ſudorum provocatione hic tantum agere propoſitum eſt.

Conveniunt ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ medicamenta in ſeroſis, aquoſis, bilioſis, ac tenuibus humoribus, quin & craſſis, pituitoſis, viſcidis conferunt humoribus, modo attenuari poſſint. Craſſos vero & aduſtos, ut vulgò dicuntur, humores nunquam ſudoriferis educi poſſe, docuit Johannes Walæus loco ultimò citato p. 62. ſunt enim, inquit, medicamenta calida, & ita aduſtis calor adderetur, ac major aduſtio excitaretur. Sic quoque melancholicos humores per ἱδρωτικὰ educi impoſſibile idem loco citato putat: nam, inquit, licet quædam medicamenta ſudorifera hujus generis affectibus ſæpe cum emolumento exhibeantur, hanc tamen eorum operationem illis non adſcribes, quatenus ſunt ſodorifera, ſed quia cardiaca & ſoporifera admixta ſunt. *Quibus conveniant humoribus.*

Utiliter ſudores arte provocantur in inveteratis & frigidis affectibus, ſpaſmo, paralyſi, iſchiade, & aliis articulorum doloribus: item in febribus malignis & peſtilentialibus, lue venereâ, hydrope, ſcabie, catarrho, eryſipelate, pruritu, febribus continuis, intermittentibus præſertim declinantibus: in quibus omnibus affectibus blandiora, ſpirituoſa, volatilia &c. ἱδρωτικὰ mira quandoque præſtant. *Quibus in affectibus conducant.*

Pleraque ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ ſunt medicamenta calida, exſiccantia, tenuium partium, ſale volatili prædita, aperientia, penetrantia, attenuantia, incidentia, rarefacientia, &c. quare in plerisque jam nominatis humoribus & affectibus valde ſudorifera conducunt, de quibus in ſequentibus. *Qualia ſint ſudorifera & diaphoretica.*

Cavendus vero ſudoriferorum medicamentorum uſus in corporibus ſiccis, morbiſque calidis atque ſiccis, quales ut plurimum eſſe ſolent acuti, ſemper autem febres hecticæ. *Quibus non ita conducant.*

Differentiam ſudoriferorum & diaphoreticorum quod attinet, reſpectu ſubſtantiæ ſunt vel ſimplicia vel compoſita, & hæc rurſus vel officinalia vel magiſtralia: illa enim in officinis ſemper fere reperiuntur parata, hæc de novo à Medicis componuntur ac præſcribuntur. Reſpectu vero virium ſunt vel lenia, vel mediocria, vel vehementia. *Sudoriferorum &c. differentiæ.*

Variorum autem ſunt hæc ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ generum, quorum quædam è mineralibus, quædam ex animalibus, & vegetabilibus parantur, ex quibus tantum ſelectiora, notiſſima, elegantiora, nobiliora, & ſæpius ab aliis & nobis probata, & cum ſucceſſu non *Ex quibus parantur.*

 ſemel

ſemel præſcripta in medium producemus. Antequam vero ad compoſita illa deveniamus, ſimplicia quædam ſudorifera & diaphoretica primò nominabimus.

Inter ſimplicia vegetabilia quæ excellant.

Excellunt ergo inter ſimplicia vegetabilia primò radices acori veri, angelicæ, ſerpentariæ virginianæ, apii, carlinæ, chinæ, contrayervæ, gentianæ, petaſitidis, ſalſæ parillæ, tormentillæ, zedoariæ, zinziberis. Secundò herbæ & folia cardui benedicti, galegæ, origani, rutæ, ſalviæ, ſcabioſæ, ſcordii, ſerpilli. Tertiò flores calendulæ, chamomillæ, ſambuci, item flammea croci ſtamina, quæ officinarum crocus. Quartò baccæ juniperi, lauri, ſambuci. Quintò ſemina apii, aquilegiæ, citri, leviſtici, milii, naſturtii. Sextò ligna guajaci, juniperi, ſaſſafras. Septimò cortices fraxini, guajaci, juniperi, ſaſſafras, item pomorum aurantiorum, & citriorum. Octavò gummi guajaci, juniperi, &c.

Inter mineralia & animalia.

Inter mineralia & animalia ſimplicia ſequentia in primis laudantur, ut terra ſigillata Turcica, Melitea, Germanica Strigenſis (quæ & axungia ſolis dicitur) & Lignicenſis (quæ & lunæ axungia, & unicornu minerale à nonnullis vocatur) ſuccinum, ſulphur, lapis bezoar orientalis & occidentalis, Malabaricus pulveriſatus ſubflavo colore tinctus, item factitius ex Goa, & lapis Hiſtricus, Luſitanis imo vulgò jam Pedro del Porco dictus, qui invenitur in folliculo fellis Hiſtricis, coloris carnei, vel potius parenchymati hepatis non abſimilis, quaſi ſquammatus, ſaporis amariſſimi, ſudores quammaximè ac ſummo cum levamine, necnon ſubinde alvum ſimul provocans, in febribus omnibus & in primis malignis, in aphthis, præcordiorum anxietatibus, variolis & morbillis, &c. Datur plerumque in infuſione, & nonnunquam etiam ſed rariſſimè in pulvere, tanto enim conſtaret pretio; verum magnarum virium in febribus profligandis. Sequenti modo & doſi tum exhiberi ſolet.

Lapidis pedro del porco deſcriptio, ejuſque vires & uſus.

♃. *Lapid. Hiſtr. ſeu pedro del porco gr.* vj. *Margarit. præpar. Corn. Cerv. philoſophicè præp. ana gran.* v. MS. F. Pulvis tenuiſſimus.

Infuſio plerumque paratur cum aqua cardui benedicti, vel ſimili deſtillatâ ſimplici, si nempe dictus lapis per horam vel ſeſqui horam, duaſve horas (prout aqua plus minuſve amareſcit) in duabus unciis relinquatur; hæcque tinctura vel potius infuſio (quia aqua non tingitur) amara ægris exhibetur. Verum de hoc lapide quia plurimi Viri graves ſatis ſuperque imo fuſius jam ſcripſere, in ſequentibus nonniſi quid obſervaverim in hoc illove morbo &c. Lectoribus ſtudioſis dabo. Notatum tamen vellem, exteriorem tunicam vel veſiculam, qua lapis ille ſæpius eſt obductus, non eſſe veſicam, ſed tantum folium quoddam tenue exſiccatum, glutinoſâ quadam materiâ admodum artificioſè adhærens, quæ infuſione mace-

cerationeque in aqua ſimplici ſtillatitia calefacta facilè diſſolvitur, quod folium jam exſiccatum ſervo, ac unicuique demonſtrare queo. Item lapidès in veſica Humana urinaria & fellea Bovina &c. contenti: unicornu, cornu cervi, ut & compoſitus ille pulvis Comitiſſæ Kent in febribus, variolis, morbillis, præcordiorum anxietate ita celebris, ac plurimis Practicis non tantum in Anglia, ſed & in hiſce regionibus familiaris, imo à nobis ſæpiſſime exhibitus, ex radice contrayervæ, margaritis præparatis, lapide bezoardico orientali, auro foliato &c paratus. Deſcriptio pulveris Comitiſſæ Kent.

Nonnulli vero autumant pulveris Comitiſſæ Kent ſequentem veram eſſe deſcriptionem.

℞. *Extremit pedum Cancror.* ℥ß. *Ocul. Cancr. Coral. rubr. Margarit. præpar. ana* ℥i. *Succin. alb. præp.* ℥ß. *Radic. contrayerv.* ℈ij. *Bezoar. oriental. Trochiſc. de Viperis ana* ℈j. *Oſſium de corde Cervi gran.* xvj. *Auri foliat.* ℈ß. MS. F. omnium Pulvis tenuiſſimus, arctiſſimè claudendo ſervandus. Ex hoc pulvere cum parva quantitate mucilaginis gummi tragacanthi fiant globuli ſ. a. exſiccandi, diuque pro libitu ſervandi. Illius alia deſcriptio.

Nec quoque minimas tenet partes pulvis è chelis Cancrorum ſequenti modo in Pharmacophœa Londinenſi deſcriptus.

℞. *Margarit. præparat. Oculor. Cancror. Corall. rubr. Succin. alb. Corn. Cerv. philoſophicè præp. Lapid. bezoard. orient. ana* ℥ß. *Pulv. ex apicibus chelar. Cancr.* ℥iij. MS. F. omnium Pulvis tenuiſſimus. Ex hoc pulvere formentur quoque poma parva cautè poſtmodum exſiccanda, ac auro foliato obducenda, ſi gelatina è Viper. noſtr. ſpoliis extract. q. ſ. addatur. Quidam etiam addunt radicem contrayerv. ad ℥ß. ac plures tum ſudores movere putant. Pulvis è chelis cancrorum Londin.

Ex dictis & ſimilibus ſimplicibus vegetabilibus varia præparantur ἱδρωτικὰ ſimplicia & compoſita. Simplicia ſunt vel aquæ, vel ſpiritus, vel ſyrupi, vel rob, &c. Et primò

Inter aquas ſimplices excellit aqua radicum angelicæ, ligni ſaſſafras, foliorum apii, ſcordii, leviſtici, baccarum juniperi, corticum citri, aurantiorum, florum ſambuci cum vel ſine fermentatione omnes ac ſingulæ præparatæ. Aquæ diaphoreticæ ſimplices.

Secundò inter ſpiritus ſimplices primas tenet ſpiritus radicum angelicæ ſuaviſſimi odoris & ſaporis aliis ſubdulcibus admixtus, baccarum juniperi, ligni guajaci, & quercini per retortam tubulatam more Glauberiano præparatus, ſeminum apii, florum chamomillæ, & ſambuci, item flammeorum ſtaminum croci, corticum citri in præcordiorum ex flatibus & humoribus pituitoſis auſteriſque producta anxietate ſpecificus, &c. Spiritus.

Tertiò inter ſyrupos non infimum tenet locum ſyrupus è ſuc- Syrupi.

ſucco foliorum cardui benedicti, è ſucco florum papaveris erratici, è ſucco foliorum ſcordii, &c.

Rob. Quartò rob è baccis juniperi, è baccis ſambuci (quod & in nonnullis corporibus ſimul alvum ſolvere obſervavi) è baccis ebuli omnibus prævalent.

Compoſita quotuplicia. Inter aquas diaphoreticas &c. compoſitas quæ excellunt. Compoſita itidem ſunt vel aqua, vel ſpiritus, electuaria, extracta, decocta, eſſentiæ, & tincturæ. Inter aquas ſudoriferas & diaphoreticas compoſitas præcipuè commendantur ſequentes, ut aqua theriacalis Andernaci, Crollii, Hartmanni, Plateri, itemque aliæ cum ſpiritu vini rectificato, vel ſpiritu aceti, acetoque ipſo per digeſtionem & extractionem paratæ. Maximè hic in uſu eſt aqua theriacalis ſimplex per ſpiritum vini rectificatum theriacæ Andromachi affuſum, & in M. B. digeſtum parata. Practico cuidam ſequens frequenti eſt in uſu.

Spiritus diaphoreticus antifebrilis. ♃. *Rad. angelic. Imperator. Valerian. Contrayerv. Zedoar. ana* ℥j. *Dictamn. alb. Ariſtoloch. rotund. Chelidon. maj. ana* ℥vj. *Fol. card. bened. Scabioſ. Rutæ Scord. ana* M. j. *Meliſs. Dictamn. Cretic. ana* M. ß. *Flor. hyperic. Sambuc. ana p.* iij *Bacc. juniper. Laur. Cortic. guajac. Lign. ſaſſafras ana* ℥ß. *Citrior. Aurantior. exterior. ana* ℥v. *Sem. ſiler montan. Apii ana* ʒij. *Croci optim.* ℥ß. *Nuc. moſchat. Myrrh. rub. ſale armoniaco pulveriſato ſeorſim mixt. Cardam. major. ana* ʒiij. *Opii correct.* ℥ß. *Cinnam. acut.* ʒiij. Conciſis atque ſimul contuſis affund. *Spirit. tartar.* ʒiij. *Vini radicibus angelicæ affuſ. & abſtract.* ℔xvjii. Maceretur ſimul per octiduum in Mariæ Balneo vaſis optimè clauſis, dein colentur, colaturaque ad uſum ſervetur. Sudores blandè aſt tamen copioſè provocat, in febribus maximè conducit.

De aquis theriacalibus ſudoriferis &c. per vini ſpiritum rectificatum præparatis quia mentionem jam fecimus, meritò quaſdam cũ aceti ſpiritu confectas hiſce addimus: quas inter excellunt acetum theriacale, & aqua prophylactica à celeberrimis Viris D. Franciſco de le Boe Sylvio, Medicinæ Practicæ in Academia Lugduno-Batava quondam profeſſore Primario, in ſua Praxeos medicæ idea nova lib. 1. & D. Paulo Barbette p. m. in ſua Praxi lib. 3. cap. 3. p. m. 111. hoc modo deſcripta.

Aquæ prophylacticæ Sylvii deſcriptio. ♃. *Rad. angelic. Zedoar. ana* ℥j. *Petaſitid.* ʒij. *Fol. rut.* ʒiv. *Meliſs. Scabioſ. Flor. calendul. ana* ℥ij. *Nuc. jugland. immatur. conciſar.* ℔ij. *Pomor. citri recent. conciſ.* ℔j. Contundantur omnia ſimul, deinde affunde *Aceti vini optimi ad tres quartas partes ex arena in cucurbita vitrea per ſe deſtillat.* ℔xij. Digerantur per noctem, deinde deſtillentur igne cinerum lento ad ſiccitatem, idque ſine uſtione, ex fæcibus relictis ſ. a. conficiatur extractum magnarum virium.

Pul-

Palmam omnibus inter ſpiritus præripit ſpiritus theriacalis clariſs. Viri D. Michaelis Profeſſoris quondam Lipſienſ. p. m. item ſpiritus theriacalis camphoratus, necnon ſpiritus diatrion, ſ. diaphoreticus in peracutis Paracelſi, & mixtura ſimplex, quæ & mixtura de tribus vocatur, ſequenti modo præparata.

Mixtura de tribus.

♃. *Spirit. theriacalis camphorat.* ℥v. *Tartar.* ℥iii. *Vitriol. rectificat.* ℥j. MS. digerantur vaſis optimè clauſis per menſem chymicum.

Spiritum theriacalem camphoratum Hartmannus in baſilicam chymicam Crollii p. 160. hoc modo præſcribit.

Spiritus theriacalis camphoratus.

♃. *Theriac. Andromach. veter.* ℥v. *Myrrh. rub.* ℥iſs. *Croci optim.* ℥ſs. His mixtis in cucurbita ſuperfunde *Spirit. vini correctiſſimi. ſ. rectificatiſſimi* ℥x. Vaſis optimè clauſis digerantur aliquandiu, tumque impoſito alembico roſtrato (prius in eundem reponantur camphoræ electæ & tritæ drachmæ duæ) juncturiſque arctè clauſis, leni balnei calore ab initio, mox fortiori ſpiritus abſtrahatur, terque ſpiritus magmati reaffundatur, iterumque abſtrahatur. Eſſentiam theriacalem camphoratam huic ſpiritui anteponendam, videſis ſtudioſe Lector apud Johannem Zwelferum in mantiſſa hermetica p. m. 752.

Idem Practicus ſuperius jam nominatus frequenti quoque in uſu habet ſequentem diaphoreticum alexipharmacum ſpiritum.

Spiritus alexipharmacus diaphoreticus.

♃. *Rad. angelic.* ℥iſs. *Petaſitid. Valerian. Zedoar. ana* ℥ſs. *Fol. ſcord. Rutæ recent. ana* ℥ii. *Major. nob. Salv. recent. ana* ℥i. *Flor. calendul.* ℥iſs. *Bacc. laur. Junip. Cort. recent. exterior. aurantior. Citrior. ana* ℥ſs. *Myrrh. rub.* ʒvi. *Macis* ʒij. *Croc. optim.* ℥ſs. *Camphor.* ʒiſs. Conciſis & craſsè contuſis affund. *Salis volat. oleoſ. Spiri. Vini granis actes infuſ. & abſtract. pint.* vij. Factâ ſufficiente digeſtione leni calore, ad ſiccitatem uſque deſtillando abſtrahatur ſpiritus, in quo abſtracto ſpiritu infund. *Opii præparat.* ℥ſs. *Syr. è ſucco ſcordii Card. ben. expreſſ. conf. ana* ℥ij. MS. & uſui vitro benè clauſo ſervetur.

Excellunt inter electuaria ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ Theriaca Andromachi, Theriaca Saxonica, Mithridatium Damocratis, Diaſcordium Fracaſtorii, Diaſcordium Sylvii in ſua Praxeos medicæ idea nova lib. 1. cap. 58. p. 335. deſcriptum; item ſequentia duo valde ſudores moventia omnibus commendo.

Electuarium diaphoreticum.

♃. *Rad. angelic. Contrayerv. ana* ℥j. *Tormentill. Zedoar. ana* ℥ſs. *Irid. Florentin. ana* ʒvj. *Fol. ſcord.* ℥j. *Dictamn. alb. Rutæ Laur. ana* ʒv. *Flor. calendul.* ʒiij. *Cortic. lign. guajac. Saſſafr. ana* ℥ſs. *Bacc. laur.* ʒiiſs. *Terr. ſigillat.* ℥j. *Styrac. calamit. Macis Spic. nard. ana* ʒii. *Extrem. cortic. aurantior. Myrrh. rubr. Cardamom. minor. ana* ʒiij. *Croc. optim.* ʒvj. F. omnium Pulvis tenuiſſimus, tumque. ♃. *Hu-*

℞. Hujus ſubtiliſs. pulver. ex. gr. ℥xij. *Rob. ſambucin. Syr. limon. ana* ℔jß. *Ol. cortic. aurantior. Citrior. ſtillat. ana* ℈j. *Opii diſſolut. & inſpiſſat.* ʒij. Iterumque in ſ. q. vini generoſ. calid. diſſolv. & immiſceatur. F. ſ. a. opiatum, doſis ad ʒij. à ʒß.

Electuarium diaphoreticum potenter ſudores movens.

℞. Rad. ariſtoloch. rotund. ʒij. *Gentian. Leviſt. Imperator. ana* ʒijß. *Galang. Valerian. Enul. campan. ana* ʒjß. *Fol. ſcord. Rutæ Laur. ana* M. ij. *Card. bened.* M. iij. *Flor. calendul.* ʒß. *Sem. opii* ℥vj. *Citri* ʒi. *Bacc. laur.* ʒiß. *Nuc. moſchat.* ʒß. *Cort. guajac. Saſſafras ana* ʒj. *Opii per exhalationem correct.* ʒß. Conciſis atque contuſis affund. *Spirit. vini baccis juniperi, & radicibus angelicæ affuſ. & abſtract. q. ſ.* Digerendo extrahatur toties harum ſpecierum eſſentia & vis, repetitis vicibus tincturam decantando, & novum ſpiritum affundendo, quouſque ſpiritus non amplius tingatur, aut nullius ſaporis & virtutis obſervetur: extractiones omnes miſceantur invicem & colentur, cucurbitæque vitreæ humili indantur, & abſtrahatur lento calore ſpiritus (qui ſpiritus ſudores quoque potenter movet) ad conſiſtentiam ſyrupi liquidioris, cui extracto liquido ſequens pulvis tenuiſſimus addendus.

℞. Rad. contrayerv. non carioſ. ʒij. *Zedoar. Croc. optim. ana* ℥vj. *Myrrh. rub.* ʒiij. *Macis* ℥vj. *Flaved. cortic. aurantior.* ʒß. *Corn. Cerv. philoſophicè calcinat.* ʒij. *Terr. ſigillat.* ʒjß. F. omnium ſeorſim Pulvis ſubtiliſſimus, cui add. *Ol. ſtillat. cinnamom.* ℈ß. *Cort. citri Aurantior. ana gutt.* xv. MS. & extracto liquido, ut dictum, addend. Si vero non ſatis liquidæ ſit conſiſtentiæ addatur *Rob. bacc. ſambuc. q. ſ.* F. ſ. a. Electuarium potenter ſudores movens.

Non infimum inter extracta ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ tenent locum ſequentia, ut extractum antipeſtilentiale apud Johannem Zwelferum in appendice in Pharmacopœam Regiam p. m. 127 & 128. deſcriptum: ſummas ob virtutes en totam ejus compoſitionem.

Extractum antipeſtilentiale Io. Zwelferi.

℞. Rad. angelic. ʒij. *Anthor. Contrayerv. ana* ʒj. *Enul. campan. Imperator. Leviſtic. Morſ. diabol. Scorzoner. ana* ʒij. *Zedoar.* ʒiij. *Herb. recent. ſcord. noſtrat. Rut. hortenſ. ana* ʒjv. *Flor. calendul. Croc. Auſtriac. ana* ʒj. *Cort. citri recent. flaved.* ʒijß. *Bacc. junip.* ʒiij. *Herb. Paridis* ʒiß. *Sem. rut. Citri ana* ʒi. *Myrrh. rub.* ʒii. Inciſa & contuſa craſſiuſculè, ac cucurbitæ vitreæ immiſſa, extrahatur cum ſ. q. ſpiritus vini, repetitis vicibus affuſi, quouſque tota virtus & efficacia abſtracta ſit, nec ſpiritus vini tincturam amplius eliciat: extractiones omnes filtratæ per alembicum ad extracti conſiſtentiam abſtrahantur deſtillando, cui adde. *Ol. ſtill. angelic. Citri ex recentibus corticib. Rut. hortenſ. Succin. ana* ʒiß. prius cum *pulv. ſacchar. albiſſ.* ʒiij. permixtorum, fiatque extractum alexipharmacum nobile.

Nec-

Necnon extractum febrifugum pag. 131. deſcriptum, ut & ſequens in gratiam cujuſdam, qui cum diu quartanâ intermittente ſimplici, mox vero duplici laboraſſet, & nil niſi pilulas aſſumere poſſet, à nobis ante annum circiter concinnatum: quare quoque in ſequentibus totam morbi hiſtoriam inveniet ſtudioſus Lector.

Extractum diaphoreticum febrifugum in quartana præſcriptū.

♃. *Rad. gentian.* ℥iij. *Imperator. Zinziber. ana* ℥j. *Leviſtic. Angelic. Ariſtoloch. rotund. ana* ʒx. *Fol. eupator. cannabin. Card. bened. Abſinth. Scordii ana* M. jß. *Rut. Summit. centaur. min. ana* M. ij. *Cort. lign. guajac.* ℥ij. *Baccar. laur.* ℥iß. *Juniper. Sem. nigell. ana* ℥j. *Opii per exhalationem correcti* ℥jß. Conciſis atque contuſis affund. *Spir. vini rectific. q. ſ.* ut nempe tres quatuorve digitos ſupereminеat, digeratur in loco calido per octiduum, tinctura decantetur, ac reaffundatur *Spirit. vini rectific. q. ſ.* Digeratur iterum per octiduum &c. idque toties repetatur, donec nihil tincturæ, virtutis, aut ſaporis ex ſpeciebus extrahatur: tincturæ colatæ & filtratæ miſceantur, indanturque cucurbitæ vitreæ, & lento igne abſtrahatur ſpiritus vini (qui in febribus admodum conducit pro diaphoretico febrifugo) ad ſyrupi liquidioris, vel pauló ulterius conſiſtentiam, tumque.

♃. *Rad. contrayerv. non carioſ.* ʒvj. *Myrrh. rub. Croc. optim. ana* ℥ß. *Sal. volatil. ſuccin. Gumm. guajacin. ana* ʒiij. *Ocul. Cancr. Flor. ſulphur. ana* ʒij. *Sal. armon. rub.* ʒiij. MS. F. Pulvis tenuiſſimus & ſubtiliſſimus, qui extracto huic liquido admiſceatur, & redigatur ad conſiſtentiam maſſæ pilul. Hæ pilulæ potenter ſudores, & feliciter febres tollunt, doſis à gr. 15. ad 25. & ſubinde pauló ulterius.

Decocta diaphoretica in ſequentibus, ubi de formulis ſudoriferorum agemus, inveniet ingenioſus Lector. Ingentis inter eſſentias ſudoriferas ac diaphoreticas efficaciæ in primis ſunt ſequentes, ut eſſentia theriacalis camphorata apud Johannem Zwelferum in Mantiſſa Hermetica p. 752. & eſſentia alexipharmaca ejuſdem in Pharmacopœa Regia p.m. 892. deſcripta: item ſequens Amico cuidam integerrimo in praxi valde frequens.

Eſſentia diaphoretica.

♃. *Rad. imperator. Valerian. ana* ℥j. *Leviſtic. Zedoar. Irid. Florentin. ana* ʒvj. *Fol. recent. rut.* M. iij. *Scord. Laur. ana* Mjß. *Bacc. junip. Laur. Myrrh. rubr. ana* ʒiß. *Croc. optim. Extrem. cort. citri Aurantior. Macis ana* ℥ß. *Camphor.* ʒij. Conciſis & craſsè contuſis affund. *Spir. vini radicibus angelic. affuſ. & abſtract. Corticibus citri recentibus itidē infuſ. & abſtract. ana* ℔ijß. *Vini Hiſpanic. optim.* ℔ij. Digerantur leni calore per octiduum, tumq; ex cucurbita vitrea humili abſtrahatur ad ſiccitatem (aſt tamen ſine uſtione) ſpiri-

ritus, ex fæcibus relictis ſ. a. extractum paretur, ac in ſpiritu abſtracto diſſolvatur, in quo ſpiritu ſequentes ſpecies infundantur.

♃. *Rad. angelic.* ℥ij. *Zedoar. Galang. ana* ℥iß. *Fol. rut.* ℥iij. *Salv. Lauri ana* ℥ij. *Flor. calendul. Sem. rut. ana* ℥j. *Bacc. laur.* ℥jß. *Cortic. lign. guajac. Extremit. cortic. aurantior. ana* ℥ij. *Cinnamom. acut.* ℥iij. *Croc. optim. Cardam. major. ana* ℥ß. Conciſa & craſsè contuſa cum ſuperiori ſpiritu iterum per octiduum vel ulterius pro ſpecierum ſufficienti extractione digerantur, tumque tinctura decantetur, fæcibuſque relictis affundatur *Spirit. vini q. ſ.* Ac poſt ſufficientem digeſtionem per cucurbitam deſtillando abſtrahatur ſpiritus ſuperiori tincturæ admiſcendus, in qua diſſolvatur *Syrup. è ſucco card. bened. parat.* ℔ß. *Ol. ex recentibus corticibus aurantior. deſtill. & in ſyrupo cum pauxillo tincturæ diſſolut.* ℥j. MS. & uſui vaſis optimè clauſis hæc magnarum virium eſſentia ſervetur.

Tinctura bezoardica D. J. Michaelis.

Inter tincturas hidroticas excellit tinctura illa in Germania celebris bezoardica D. Johannis Michaelis P. M. quæ ex *Spirit. illius theriacal.* ℔ß. *Tartar. rectificat.* ℔iij. *Vitrioli* ℔i. *Camphor.* ℥ß. invicem mixtis, & per retortam deſtillatis, ſantaloque rubro tinctis, componitur. Spiritum theriacalem addidiſſem, niſi ex tot radicibus, herbis, floribus, &c. eſſet compoſitus, ac ubiq; jam proſtaret.

Sæpius in uſu habui ſequentem tincturam diaphoreticam, ac in frigidis morbis ex pituitoſis ſeroſiſque humoribus in primis oriundis cum ſucceſſu exhibui.

Tinctura diaphoretica.

♃. *Gum. guajac.* ℥iij. *Croc. optim.* ℥jß. *Extremit. cortic. aurantior.* ℥ij. *Macis* ℥ß. *Fol. rut. recent.* M. iij. Conciſis atque contuſis (excepto gummi guajacino) affund. *Spir. vini radicibus angelicæ contuſis affuſ. & abſtract. Cort. citri recentibus itidem affuſ. & abſtr. ana* ℥xij. Mixta digerantur per duas circiter ſeptimanas, gummi guaj. ſeorſim affund. *Spirituum dictorum ana* ℥jv. Et digerantur in loco calido per octiduum, tincturaque ſuperiori tincturæ addatur, quæ poſt ſufficientem extractionem decantata ad uſum ſervetur.

Diaphoretica chymica quare cæteris præferenda.

Meritò hiſce chymica ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ adduntur: ut plurimum enim in minori doſi quàm quidem Galenica medicamenta exhibentur: ſunt quoque & gratiora vel inſipida, & tamen potentiora, in primis ſi Galenicis medicamentis ſint mixta, ſicque uſurpata. Inter pulveres ſequentes potiſſimum in uſu ſunt, ut antimonium diaphoreticum, item diaphoreticum ex antimonio apud Johannem Freitagium in aurora Medicorum cap. 17. lib. 4. p. m. 622. hoc modo præſcriptum.

Antimoniū diaphoreti-

♃. *Antimon. crud. part. j. Nitri optim. part. viij.* Trita accuratè miſce, & portionem aliam pedetentim immitte in crucibulum inter-

can-

candentes prunas poſitum, donec omnia colliqueſcant, nitrumque in ſuperiore parte inſtar aquæ fluat, effunde in aquam calidam, admodum cavendo à violenta eruptione materiæ, (quæ & veſtimenta perrumpat) & ne in fumum penitus ſolvatur, & avolet; in aquæ fundo invenies verum antimonium diaphoreticum per nitrum extractum: hujus grana ſex vel ſeptem ſudores movent. cum J. Freitagii.

Necnon bezoardicum minerale ſæpius hoc modo à nobis ex butyro antimonii ſequenti &c. præparatum & uſurpatum.

Bezoardicũ minerale.

℞. *Antimon. optim. pulveriſ. Mercur. ſublimat. ana q.* v. Miſceantur ſuper porphyrite, optimè invicem mixta retortæ vitreæ collo brevi & amplo præditæ indantur, deſtillanturque ſ.a. ex arena per gradus quandiu aliquid exit, & habebis butyrum antimonii liquidum & glaciale, (ex liquido ut plurimum præcipitatione per aquam pluvialem fit mercurius vitæ) tum

℞. *Butyr. glacial. vel etiam liquid. q. l.* Ei affundatur tandiu *Spirit. nitri*, quandiu efferveſcit, tumque per viginti quatuor horas in digeſtione reponatur, poſtea ex retorta vitrea deſtillando in arena ad ſiccitatem ſpiritus abſtrahatur, terque cohobetur, (hic abſtractus ſpiritus vulgò ſpiritus nitri bezoardicus nominatur) pulviſque relictus crucibulo paululum igniatur, (aſt nota, non nimis, aliàs vim vomitivam acquireret) & erit bezoardicum minerale præparatum.

Nonnulli ſpiritum nitri affuſum butyro antimonii deſtillando non abſtrahunt, aſt primâ vice ad ſiccitatem evaporant, relictoque pulveri ſicco eam ſpiritus vini rectificati affundunt quantitatem, ut paſta inde effici queat, tumque ſpiritum vini, paſtâ illâ crucibulo ignito impoſitâ, deflammant, putantque magis ſudores movere bezoardicum minerale hoc ultimo modo præparatum.

Ex capite mortuo butyri antimonii ex anatica antimonii pulveriſati & mercurii ſublimati parte præparati & confecti pulverem diaphoreticum ſequenti modo non ſemel compoſuimus.

Pulvis diaphoreticus ex capite mortuo butyri antimonii.

℞. *Capit. mortui poſt deſtillationem dicti butyri antimonii relict. ex gr.* ℥j. *Nitri pulveriſat.* ℥iij. F. Pulvis ſubtiliſſimus optimè miſcendus, qui cochleatim in crucibulum ignitum inter vivas & candentes prunas poſitum immittendus, (aſt nota, non citius aliud cochleare indendum, niſi prius inditum cochleare planè ſit conflagratum) & poſt conflagrationem eximendus, contundendus, aquâ pluviali tepidâ bis, ter, quaterve edulcorandus, & ad uſum ſervandus: potentiùs quàm vulgare antimonium diaphoreticum τὰς ἱδρῶτας promovet.

Item cinnabaris antimonii vulgò ex capite mortuo butyri hoc modo præparatur. Cinnabaris antimonii.

℞. *Caput mortuum poſt butyrum antimonii relictum*. Indatur retortæ loricatæ, & in igne aperto prius leni, mox potentiori deſtilletur, ſpatio trium vel quatuor horarum cinnabaris antimonii in collum retortæ loricatæ ſublimabitur, unde effractâ retortâ colligetur cinnabaris.

Ut & Regulus Antimonii medicinalis à nonnullis dictus, quia in febribus intermittentibus quotidianis, tertianis, quartaniſque tantum habet uſum, qui ſequenti modo vulgò paratur.

Regulus antimonii medicinalis.

℞. *Antimon. optim.* ℥ijß. *Sal. tartar. rectè calcinat.* ℥ß. *Commun.* ℥ij. Seorſim contundantur minutiſſimè, & miſceantur exactè, tum crucibulo fortiori hæc maſſa indatur, ac ſupra ignem fundatur, donec inſtar aquæ fuſa appareat, relinquaturque in eo ſtatu per quartam præterpropter horæ partem, effundaturque poſtmodum in conum fuſorium excalefactum, & ſævo illitum, ſuperiora coni leviter concutiendo, hoc enim modo cadet regulus ad fundum coni, hærentibus in ſuperficie ſcoriis poroſis, tumque regulum à ſcoriis ſeparato: ſignum benè præparati reguli eſt compactio particularum, (poroſitas enim contrarium denotat) earumque pulveriſatarum colorem obſcurè rubentem referentium. Hunc regulum ruditer contuſum in aquam pluvialem conjicito, & ab omni ſalſedine abluito, ac in aqua pluviali ſemper conſervato, aliàs facilè vomitum non ſudorem provocaret, de quo ſtatim plura. Sudoriferum eſt tutiſſimum, imo ex antimonio optimum, longè antecellit cætera diaphoretica antimoniata, ut antimonium diaphoreticum vulgare, bezoardicum minerale, & ſimilia, in quibus principia antimonii vel in aura ſunt diſcuſſa, vel nimium fixata, ut plurimi Chimici putant. Plura de Antimonio & ſimilia qui deſiderat, adeat tractatulum de antimonio Baſilii Valentini, & inveniet ſtudioſus Lector varia præparata, quæ à nonnullis ut nova & jam jam excogitata divulgantur.

In aqua ſervãdus, aliàs vomitum excitat.

Notandum, hoc diaphoreticum antimoniale non ſolum ſed cum aliis & quidem vegetabilibus, ut croco, ſale cardui benedicti, diaſcordio Fracaſtorii, theriacâ &c. vel mixturis diaphoreticis mixtum exhibendum eſſe, aliàs vix imo ne vix quidem ſudores provocat: hujus doſis eſt à granis decem ad ſemidrachmam.

Quo modò exhibendus.

Varii diaphoretici chymici pulveres.

Nec non bezoardicum ſolare, lunare, joviale, martiale, & metallicum apud Johannem Beguinum in ſuo tyrocinio chymico p. 198. 302. 303. 304. 354. & 436. (vide quoque Hartmanni notas in Crollium p. 270.) & Juppiter diaphoreticus apud eundem p. 334. & 335. deſcr. ut & mercurius præcipitatus diaphoreticus p. 322. & 323. &c. flores ſulphuris, flores ſalis armoniaci, flavi martia-

tiales, rubri, cornu Cervi philoſophicè præparatum, ſulphur auratum diaphoreticum Beguini pag. 295. & 296. quod admirabile ἱδρωτικὸν à plurimis cenſetur.

Chymici ſpiritus diaphoretici.

Inter ſpiritus chymicè præparatos excellunt ſequentes, ſpiritus tartari, ſalis armoniaci, cornu Cervi, & in primis ejus ſal volatile, ligni guajaci, ligni quercini, nitri dulcis, &c.

Salia vegetabilia diaphoretica.

Non infimum quoque inter ἱδρωτικὰ medicamenta tenent locum ſalia vegetabilium per uſtionem & incinerationem parata, quæ inter potiſſimum in uſu ſunt ſequentia, ut ſal cardui benedicti, ſcordii, rutæ, abſinthii, fraxini, ſambuci, &c.

Plura ac innumerabilia chymicalia ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ paſſim apud Chymiæ Scriptores occurrunt, aſt nonniſi uſitatiora & præcipua tradere fuit animus: tranſeamus ergo ad ſudoriferorum & diaphoreticorum formulas.

Formulæ Sudoriferorum & Diaphoreticorum.

Sudoriferorum & diaphoreticorū formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

Contra febres intermittentes.

℞. *Aq. card. bened. per fermentat. præpar.* ℥j. *Spir. Diaphor. p. 318. deſcr.* ʒß. *Sal. abſinth. Antim. diaphor. ana* ℈ß. *Croc. optim. gr.* vj. *Syr. è ſucco folior. recent. ſcord. expreſſo parat.* ʒiij. MS. F. Hauſtus, in febribus intermittentibus tertianis à pituitoſis viſcidis humoribus productis maximè & potenter ſudores movens, febrimque ut plurimum primâ, ſecundâque vice (poſt debitam corporis nempe expurgationem ſi exhibeatur) tollens, duabus tribuſve ante paroxyſmi invaſionem horis ſi exhibeatur.

Contra menſtrua ſuppreſſa ex frigore.

℞. *Aq. leviſtic. Rad. angelic. ana* ʒvj. *Spirit. theriacal. camphorat. p. 319. deſcript.* ʒß. *Tartar. Salis armoniac. ana* ℈j. *Croc. optim. gr.* xv. *Syr. è ſucco ſcord. expreſſo parat.* ʒß. MS. F. Hauſtus pro duabus doſibus, quondam à nobis Mulieri ex gravi frigore ſubitò in menſtrua ſuppreſſa, & totius corporis dolorem gravativum collapſæ cum ſucceſſu præſcriptus.

In forma mixturæ.

In forma mixturæ.

℞. *Aq. ex flav. cort. citri Aurant. deſtil. ana* ℥ij. *Spirit. contra præcordior. anxietat. p. 157. deſcript.* ʒij. *Salis armoniac.* ℈ß. *Eſſent. diaphor. p. 321. tradit.* ʒvj *Bezoard. mineral.* ℈j. *Regul. antim. medicin. gr.* xxv. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. ex flaved. cort. auran-*

tior.

tior. deſtill. gutt. v. *Syr. è ſucco folior. cardui bened. expreſſo confect.* ℥j. MS. In præcordiorum compreſſivo dolore & anxietate blandè ſudores, cochleare de hac mixtura unum atque alterum ſubinde exhibendo, provocavit. En hujus mixturæ tali in affectu vim & efficaciam.

Contra præcordiorum dolorem compreſſivum &c.

Vir poſt varia cruda aſſumpta.

In appetitus abolitionem.

Tormina & dolorem corporis gravativum &c. incidit.

Vir quiſpiam quadrageſimum circiter agens annum, pomis pyriſque crudis, fructibuſque horariis avidè nimis uſus, incidit in appetitus diminutionem, brevique totalem fere ejus abolitionem: laboribus & ambulationibus appetitum excitare, & aſſumptum adhuc cibum digerere quærens, incidit in præcordiorum dolorem compreſſivum, & ſubinde quoque in eorum anxietatem gravem, lumborum dolorem circa veſperam intolerabilem, ſitim nonnunquam valde urgentem, ventris tormina acriora, alvum adſtrictiorem, reſpirationem difficiliorem, tandemque totius corporis dolorem gravativum. Vocatus alvum intra triduum non depoſitam, & tormina dolorem gravem & diſtentionem ventris excitantia comperi: quare ſequentem clyſterem primò præſcripſi.

Quare primò clyſter adhibitus.

℞. *Fol. malv.* M. iß. *Flor. chamomill.* M. j. *Bacc. laur.* ℥ß. *Sem. cumin. Aniſ. Carvi ana* ℨiij. Conciſa atque contuſa coq. in ſ. q. aq. commun. In colat. ℥viij. diſſolv. *Elect. de bacc. laur. Diaphœnic. Ol. lilior. alb. ana* ℥vj. *Mell.* ℥ß. MS. F. Clyſter pro Viro.

Hoc injecto clyſtere, multos flatus reddidit, biſque alvum cum levamine dejecit: tumque ſequentem dedi mixturam.

Mixturam flatus diſcutientem uſurpavit.

℞. *Aq. cortic. aurantior.* ℥iß. *Menth. Fœnic. ana* ℥j. *Spir. diaph. p. 318. deſc.* ℨvj. *Nitri dulc. aromatic. ſuperius memorat. & deſcript.* ℈j. *Ol. ex flaved. cortic. aurantior. deſtill. gutt.* vj. *Laud. opiat. gr.* j. *Syrup. fœnicul.* ℥j. MS.

Sed primò fruſtra.

De hac mixtura interjecto aliquoties duarum horarum ſpatio unum alterumque pro ventris torminum exacerbatione vel diminutione cochleare aſſumpſit, nihilque hac mixturâ profecit, præterquam quod varios flatus cum ventris diſtentionis imminutione, & torminum levamine emitteret, ſitimque mox aliquantum ſedaret, manente tamen præcordiorum dolore compreſſivo & anxietate. Quare ſequentem præſcripſi hauſtum purgantem.

Verum poſt hauſtum purgantem.

℞. *Electuar. hydragog. Sylvii* ℨiijß. *Spirit. ſal. armon.* ℈ß. *Cort. citri* ℨj. *Aq. fœnicul. q. ſ.* MS. F. Hauſtus.

Poſt hujus hauſtus aſſumptionem ſexies alvum variis aſt levibus ventris cum torminibus depoſuit. Veſpertino tempore cum rediiſſem, conquerebatur de totius corporis dolore gravativo, & præcordiorum compreſſione & anxietate: quare mixturam modo deſcriptam penultimam dedi, de qua modicè tectus cum tria ſimul aſſum-

aſſumpſiſſet cochlearia , blandus ſudor , tribus inſuper iteratis cochlearibus , ſecutus eſt , tanto cum gravativi corporis & præcordiorum compreſſivi doloris levamine , ut mane rediens curatum propemodum eum invenirem . Quare mixturam eandem denuo dedi, unde blandè iterum ſudavit , & poſt tertiam mixturæ iterationem curatus fuit. *Eâdem mixturâ curatus.*

℞. *Aq. flor. ſambuc. Hyſſop. ana* ℥ij. *Theriacal. ſimpl. Prophylact. p. 318. deſcript. ana* ʒß. *Succ. taraxic. depurat.* ʒvi. *Ocul. Cancr. Antimon. diaphoret. ana* ʒß. *Flor. ſulphur.* ℈i. *Laud. opiat. g. ii. Syrup. è ſucco florum papaver. errat. expreſſo parat.* ℥iß. MS. in pleuritidis principio ſubinde cochlearia duo vel tria aſſumpta blandè ſudores provocant, & pleuriſim ſæpius curant. *In pleuritidis principio.*

In forma boli.

In forma boli.

℞. *Electuar. diaphoret. p. 319. & 320. deſcript.* ʒiß. *Lap. prunell.* ℈j. *Antimon. diaphor. Sal. card. bened. vel Scordii &c. ana gr. xv.* MS. F. Bolus , in malignis febribus admodum conveniens , ſudores enim blandè provocat , febres tollit , ſimulque malignitati reſiſtit, ac per diaphoreſin eam expellit. *In febribus malignis.*

℞. *Diaſcord. Fracaſtorij* ʒiß. *Lap. prunell. Bezoard. mineral. ana* ℈j. *Ol. ſulphur. per campanam deſtillat. gutt.* ij. MS. F. Bolus in eryſipelate ſudores movens , bilemque ſimul temperans. *In eryſipelate.*

Nota, bezoar. minerale ut ſpecificum & promptiſſimum remedium in eryſipelate capitis curando à Philippo Grulingio in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 8. circa finem capitis tertii p. m. 207. commendari.

In forma conditi.

In forma conditi.

℞. *Conſerv. flor. calendul.* ℥j. *Electuar. diaphoret. p. 319. & 320. deſcript.* ʒß. *Cort. citri condit. Extract. ex fæcibus poſt deſtillatam aquam prophylacticam parat. p. 318. tradit. ana* ʒiij. *Lap. prunell.* ʒjß. *Corn. Cerv. philoſophicè præpar.* ʒii. *Sal. ſcordii vel Card. bened.* ℈ij. *Syr. limon. q. ſ.* MS. F. Conditum (doſis ad nucis moſchatæ vel paulò ulterius quantitatem cum vino Rhenano aſſum.) in febribus malignis , peſtilentialibus , ipsâque peſte conveniens , bilem furioſam & plus ſolito efferveſcentem temperat , veneni miaſmata per diaphoreſin ſatis ſuperque expellit , ſitim extinguit , ſimulque cor corroborat. *In febribus malignis, peſte, &c.*

℞. *Theriac. Saxonic. Rob. bacc. ſambuc. ana* ℥j. *Electuar. diaphor.* ʒvi. *Lap. prunell.* ʒij. *Sal. ſambuc.* ʒiß. *Ol. baccar. junip. gutt. xij.*

MS.

In hydrope urinas ſimul movens.

MS.F. Conditum in hydrope conveniens (doſis ferè eadem, ut ſuperioris conditi, aſt tamen paulò major) urinas enim & ſudores blandè excitat.

In forma decocti.

In forma decocti.

℞. *Rad. imperator. Angelic. ana* ʒv. *Acori veri Irid. Florentin. ana* ʒiij. *Herb. chamædr. Chamæpith. ana* M.j. *Majoran. nobil. Roriſmarin. Salv. ana* M.ß. *Flor. anthos p.* iij. *Bacc. junip. Lauri ana* ʒß. *Cardam. minor. Cubeb. ana* ʒij. Conciſa & contuſa coquantur vaſis quàm optimè clauſis in *Aq. fontan. vel pluvial. pint.* iv. ad tertiæ partis conſumptionem, in colaturæ pint. ij. diſſolv. *Eſſent. diaph. p.* 321. *&* 322. *deſcript. Tinct. diaph. p.* 322. *tradit. Spir. ſal. armoniac. ana* ʒj. *Ol. ſuccin. in tinctura diaphoretica, & pauco ſaccharo diſſol. gutt.* x. MS.F. Decoctum, in paralyſi, ſpaſmo &c. à ſeroſis vel frigidis, pituitoſis, viſcidis, ac tenacibus humoribus producta, mane & veſperi ad uncias tres, levibus tegumentis moderatè tecto ægro, de hoc decocto ſi exhibeantur, blandè ſudores movebit, nervos corroborando, ſeroſitates evacuando, pituitoſos viſcidos tenaceſque humores incidendo, omnemque humorum acrimoniam, ſi quæ adſit, temperando.

In paralyſi, ſpaſmo à ſeroſis vel viſcidis &c. humoribus oriundis.

Aſt nota, aliquando & ſcorbutus adeſt, tumque ut plurimum medicamentis antiparalyticis, etſi potentiſſimis, non aut vix curatur, niſi antiſcorbutica antiparalyticis ſint admixta; quare & ſequens decoctum eo in affectu conveniens adjunxero.

Si ſcorbutus ſimul adſit, quid agendum.

℞. *Rad. angelic.* ʒß. *Irid. Florentin. Salſ. parill. ana* ʒiij. *Armorac.* ʒvj. *Herb. chamæpith.* M. jß. *Origan. Primul. veris Puleg. ana* M.j. *Cochlear.* Miij. *Flor. hyperic. Lavendul. ana p.* iij. *Raſur. lign. guajac.* ʒjv. *Juniper.* ʒij. *Cort. lign. guajac.* ʒiß. *Bacc. laur.* ʒvj. Conciſis atque contuſis affund. *Aq. fontan. vel pluvial. Vin. Gallic. ana pint.* iiß. Mixta reponantur in digeſtione per viginti quatuor horas, tumque vaſis arctè clauſis coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, colaturæque add. *Tinctur. caſtor.* ʒij. *Spir. antiſcorbutic. p.* 270. *&* 271. *deſcr.* ʒj. *Diaphoret. alexipharm. p.* 319. *tradit. Aq. antiparalytic. Amſtelod. ana* ʒvj. MS. pro decocto.

In paralyſi vel ſpaſmo ſcorbutico.

In forma pulveris.

In forma pulveris.

℞. *Rad. contrayerv.* ʒiii. *Sem. aquileg.* ʒij. *Cern. Cerv. philoſophicè præparat. Lap. prunell. ana* ʒiß. *Bezoard. miner.* ʒj. *Flor. ſulphur. Croc. optim. ana* ʒß. MS. F. Pulvis τὰς ἱδρῶτας movens in vario-

riolis, morbillis, febribus ardentibus, &c. conducens: doſis à ℈j. ad ʒj. ſæpius à nobis cum ſucceſſu exhibitus.

In variolis, morbillis, febribus ardentibus &c.

♃. *Rad. contrayerv.* ʒß. *Antim. diaph. p. 322. & 323. deſcr.* ℈j. *Sal. febrifug.* ex capite mortuo poſt abſtractum ſalis armoniaci ſpiritum, ex anatica ſalis armoniaci & tartari parte parat. filtratione & exhalatione confect. gr. viij. *Card. bened.* ℈ß. *Ol. cort. aurantior. ex recentibus corticum aurant. extremitatibus parat. gutt.* ij. MS. F. Pulvis, in febri tertiana intermittente ſummis cum ventris torminibus affligente optimo cum ſucceſſu exhibitus; en totam affectus hiſtoriam.

In tertiana febri cum ventris torminibus.

Mulier triginta quatuor annos nata, poſt varios fructus horarios diu uſurpatos, incidit in præcordiorum anxietatem gravem, dolorem lumbarem, menſtruorum ſuppreſſionem, capitis totiuſque corporis gravitatem, appetitus primò diminutionem, brevique poſt abolitionem: quare ſuâ ſponte radicis jalappæ drachmam unam aſſumpſit, unde viceſies quidem & ultra alvum talibus ventris cum torminibus depoſuit, ut bis præ ventris torminibus animi deliquium pateretur. Quare adſtantes vinum calefactum cum mace & ſaccharo ipſi bono cum ſucceſſu exhibuere. Circa veſperam tamen ingenti cum frigore, & ventris torminibus gravibus paroxyſmus febrilis eam invaſit; noctem inſomnem traduxit. Mane accerſitus vix febricitantem, aſt quidem debilem ex ſæpius itidem alvo cum ventris torminibus depoſitâ inveni: quare ſequentem mixturam dedi.

Mulier poſt fructus horarios, de præcordiorum anxietate, menſtruis ſuppreſſis &c. conquerebatur. Quare jalappam aſſumpſit.

Et hypercatharſis cum febri & doloribus ſecuta.

Quare mixturam anticolicam.

♃. *Aq. poſt abſtractum ſpiritum anticolicum p. 278. deſcript. Fænic. ana* ℥ij. *Cinnamom. Spir. anticolic. p. 278. tradit. ana* ℥ß. *Antimon. diaph.* ℈j. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. cort. aurantior. gutt.* iij *Syrup. cardui bened.* ℥j. MS.

De hac mixtura ſubinde duo vel tria cochlearia aſſumpſit, unde alvi fluxus & ventris tormina parum remittebant, aſt tamen debilitas major, febriſque ventris cum torminibus redibat: quare hunc præſcripſi bolum.

♃. *Confect. alkerm. Diaſcord. Fracaſt. ana* ʒß. *Antim. diaphor.* ℈ß. *Ol. corticum aurantior. gutt.* ij. MS. F. Bolus.

Et ob debilitatem quoque bolum.

Hoc aſſumpto bolo, parum ſudavit, multoſque flatus emiſit, manente tamen debilitate, imo & nonnunquam animi deliquio redeunte: qua de cauſa ſequentem mixturam dedi.

♃. *Aq. meliſs.* ℥iij. *Fænic.* ℥jß. *Vit. compoſit. Amſtelod. ſequenti modo parum mutat. ana* ʒvj. *Confect. alkerm. Hyacinth. Tinctur. croc. ana* ʒj. *Spir. nitri dulc. aromat.* ℈j. *Ol. cort. aurantior gutt.* ij. *Syrup. ex aquæ cortic. aurantior. & Cinnam. anatica quantitate, & ſacchar. q. ſ. ſine coctione parat.* ʒvj. MS.

Quare mixturam cardiacam &c. aſſumpſit.

Singulis horis cochleare unum alterumve de hac mixtura uſur-

Cum ſucceſſu.

uſurpavit, ac animi deliquium planè ceſſavit, debilitaſque poſt tertiam hujus mixturæ iterationem evanuit. Ventris tamen tormina alternis diebus redeunte febrili paroxyſmo exacerbeſcebant: quare bolum ultimum bis terve uſurpavit, blandèque inde ſudavit tali cum ſucceſſu, ut brevi nec ventris tormina, nec febrem obſervaverit amplius. Menſtrua tamen nonniſi tertio poſt affectum hunc menſe rediere, etſi quotidie bis de ſequenti medicamento guttulas ſexdecim cum vino rorimarino, ſalviæ, ſabinæ, rutæ, & corticibus aurantiorum infuſo aſſumpſerat.

Verum ob menſtrua ſuppreſſa.

℞. *Spirit. ſalis armon. aromatic. p. 238. deſcript.* ℥ß. *Tinctur. croc.* ʒij. *Ol. cortic. aurantior. gutt.* xv. *Sabin. gutt.* x. MS.

Spiritum ſalis armoniaci aromaticum &c. uſurpavit.

Aqua vitæ compoſita jam jam nominata.

Aquæ vitæ compoſitæ deſcriptio.

℞. *Radic. caryophyllat. Galang. Zedoar. Angelic. ana* ʒiij. *Fol. baſilic. Majoran. nobil. Meliſſæ citratæ Saturejæ Flor. roſar. rubr. Violar. mart. Caryophyll. Roriſmarin. fragr. ana* M.j. *Lign. aloes Sem. aniſ. Fœnic. dulc. Ocym. ana* ʒiij. *Santal. omnium ana* ʒvj. *Cinnam. acut.* ℥iv. *Extrem. cort. recent. citri Aurantior. ana* ℥j. *Pom. vulgò Chinenſ. ſ. Zinæ* ℥iij. *Cardamom. minor. Spic. Indic. ana* ʒiij. *Granor. chermes* ℥ß. *Croc. optim.* ʒij. *Nuc. moſchat. Macis ana* ʒiij. Conciſis atque contuſis affund. *Spir. ex vino Hiſpan. confect. pint.* vj. Digeratur & extrahatur tinctura per duas ſeptimanas, tumque exprimatur, & percoletur, addaturque ſequens.

Syrupus cardiacus.

℞. *Aq. roſar. fragrant. Cinnam. cum aqua meliſſæ diſtillat. ana* ℥iv. *Ol. cortic. aurantior. in ſpiritu noſtro contra præcordiorum anxietates p. 157. deſcript. q. ſ. diſſolut. gutt.* xx. *Syrup. rub. idæi* ℥vj. *Sacchar. cannarin. q. ſ.* ut fiat ſine coctione ſyrupus, colaturæ admiſcendus, ſicque in vitro benè obturato ad uſum ſervetur.

In forma pilularum.

In forma pilularum.

℞. *Extract. rad. gentian. Angelic. ana* ʒj. *Croc. optim.* ʒß. *Sal. volat. ſuccin.* ℈j. *Myrrh. rub. gr.* xxv. *Laud. opiat. gr.* v. *Ol. cort. citri gutt.* vj. *Febrifug. p. 130. deſcript. gutt.* jv. MS. F. Pilulæ, in febribus continuis, & intermittentibus, quotidianis, tertianis, quartaniſque optimè ſudores moventes, eaſdemque non rarò tollentes: doſis à granis 15. ad 30.

In febribus continuis, ac intermittentibus.

℞. *Extract. febrifug. pag. 321. tradit.* ℈i. *Sal. febrifug.* ex capite mortuo poſt abſtractum ſalis armoniaci ſpiritum ex ſal. armoniaci & ſal. tartar. confect. parat. gr. vj. *Ol. menth. criſp. gutt.* ij. MS. F. Pilul. vij. deaurand. in febribus perutiles, ac in quartana

intermittente , ut ſuperius monitum, & ſequens hiſtoria abundè teſtatur, conducentes, ac τοὺς ἱδρῶτας blandè aſt tamen copioſè producentes.

Vir quiſpiam quinquagenarius poſt tertianam jam continuam jam intermittentem ex aeris injuriis, Bacchique plus ſolito indulſione contractam, circa ſolſtitium hybernum incidit in quartanam intermittentem cum ingenti frigore, pandiculatione, omniumque artuum tremore ac dolore adventantem, inſequente mox cephalalgiâ gravi, præcordiorumque anxietate tali, ut vix reſpirare poſſet ægrotans, appetitu planè abolito, nonnunquam quoque nauſeâ, vomituque. Acceſſito mihi retulit Uxor, Maritum nonniſi pilulas aſſumere poſſe: quare primò ſequentes dedi.

Vir ex aeris injuriis & Bacchi indulſione.

In quartanam & cephalalgiam incidit.

♃. *Extract. rad. gentian. Summit. abſinth. ana* ℈j. *Croci optim.* ℈ß. *Ol. cort. citri gutt.* ij. MS. F. Pilulæ no. vij. deaur.

Quare pilulas febrifugas diaphoreticas.

Poſt harum pilularum aſſumptionem blandè ſudavit, præcordiorumque anxietas & reſpiratio liberior fuere, aſt tamen febris eadem: iteravi tamen eaſdem pilulas bis terve, tumque ob alvum adſtrictam clyſma præſcripſi. Verum affirmabat Uxor, Maritum clyſma nunquam adhibiturum; quare rogavit pilulas purgantes potius ut præſcriberem, ac ſequentes exhibui.

♃. *Extract. catholic. pag.* 143. *deſcript.* ℈j. *Rad. gentian. Myrrh. rub. ana* ℈ß. *Reſin. jalapp. gr.* xxv. *Flor. ſalis armon. rubr.* ℈ß. *Ol. menth. gutt.* jv. MS. F. Pilul. no. xvij. deaur.

Ac purgantes ſpecificas aſſumpſit.

De hiſce pilulis ſeptem unâ vice uſurpavit, quaterque inde alvum depoſuit. Tum pilulas priores iterum aſſumere juſſi, unde copioſiùs ſudavit, febriſque in dies quidem minor, rediit tamen ſolitis horis: quare tum pilulas antepenultimas bis ipſi tali cum ſucceſſu exhibui, ut febris ſuperaretur, & convaluerit.

Et curatus fuit.

Nota, medicamenta ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in ſiccioribus corporibus in forma liquida, in humidioribus vero in forma ſicca eſſe exhibenda. Sicciori vero corpore præditi ſi ſicciora ἱδρωτικὰ, ut in forma pilulari, pulveris, extracti &c. magis appetant, indulgeatur; hac tamen lege, ut juſculum vel liquorem aliquem alium poſtea aſſumant. Liquida ſudoriferorum forma reliquis meritò præferenda, primò ut celeriùs ac promptiùs corpus ſingulaque vaſa ſubeant, ac humoribus ſeſe commodiùs ac faciliùs immiſceant: ſecundò ut humiditatis ſufficiens quantitas adſit, qua, tanquam vehiculo, materia peccans ſub ſudoris forma exturbetur. Eandem fere ob rationem jam ſudantibus moderata potus calidi vel ſubcalidi, non vero frigidi, quantitas non tantum concedenda, ſi ægri valde appetant, verum & imperanda, niſi contrarium adſit indicans; velut in hydrope &c. ubi ſerum planè redundat, ſicciora διαφορητικὰ liquidioribus

Diaphoretica ſicca humidioribus; liquida diaphoretica ſiccioribus exhibenda.

ribus ſemper anteponenda ſunt : aliàs enim , ubi potus omniaque liquida , juſcula , &c. omnino & in totum indicuntur , ſæpius evenit , ut omnes corporis humores incraſſentur , morbique acuti ſiccioreſque excitentur.

Fortiora diaphoretica. quibus & quando exhibenda.

Fortiora ac potentiora ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ ſtatim ab initio, præſertim ubi acidi, auſteri, pituitoſique, & valde tenaces humores in ægris peccent, exhibere planè incōſultū judicamus; præterquam quod ea vix unquam , niſi ubi in affectibus peſtilentialibus , acutis, peracutiſque, ac venenatis malum urget , locum inveniant . Sudorifera enim blandiora per intervalla breviora continuò aſſumpta efficiunt, ut in perpetuo, aſt blando & neutiquam vires tollente, ſudore ad tempus contineantur ægri : quo pacto pituitoſi , viſcidi , tenaceſque humores inciduntur, ſolvuntur, acreſque temperantur, & corriguntur , ſicque ad exitum magis faciles ac apti redduntur; iidemque poſtea tum facilè cum reliquis, quorum antea à viſcidiore ac tenaciore pituita exitus prohibebatur , inſigni copiâ & quantitate jam ſimul correcti, inciſi, temperative ſenſim expelluntur (paulatim enim quod fit, tutum, præſertim ſi quis ab uno ad aliud tranſierit : ſed periculoſum plurimum & repente vacuare &c. inquit Hippocrates aphor. 51. ſect. 2.) ac ſic plus blandiora , quàm fortiora illa ac potentiora ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ (ſcilicet quæ uno hauſtu, ut plerumque, non tamen levi ſubinde cum ſucceſſu , aſſumuntur) efficiunt . Præterquam quod illa uno hauſtu aſſumpta ſudorifera admodum ægros angunt , ſudoreſque copioſos vi & efficaciâ ingenti nonnunquam , imo ut plurimum, cum ſpirituum jactura expellunt: hicque veriſſima illa Hippocratis regula aph. 51. ſect. 2. quadrat, omne nimium naturæ inimicum.

Diaphoretica quare efficacia remedia dicta

Hinc forſan factum , ut ſudorum excitatio ac productio pro efficaci remedio, (antiquitus enim in primis potentia illa ſudorifera obtinebant) quod conſtantes requirat vires, ſit habita ; quum tamen blandiora , præterquam quod ſine ullo omnino incommodo ac imminente periculo operationem ſuam perficiant, aliquando corroborent , peccantibus humoribus vires non raro quaſi obtundentibus ac opprimentibus correctis ac expulſis , in primis ſi ægri moneantur, ne nimio tegumentorum pondere ſeſe onerent: ex eorum enim depreſſione non minores anguſtiæ, quàm à fortiori ſudorifero nonnunquam excitantur.

In uſu illorum circūſpectè agendum.

Rectè Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part. 8. cap. 15. p. m. 236. monet , inquiens, cum in exhibitione medicamentorum diaphoreticorum in primis cirumſpectè agendum ſit , (medicamentum enim niſi dextrè adhibeatur, & in ipſius uſu tempus , ætas , ſexus , natura, conſuetudo,

vel

vel aliæ circumſtantiæ diligenter conſiderentur à Medico, ipſum parum prodeſſe, multum vero nocere experientiâ compertum eſt.) non ægrè laturum ſtudioſum Lectorem puto, ſi in ſequentibus quid circa ſudorem ciendum, & medicamentorum ſudoriferorum exhibitionem obſervandum ac notandum ſit, paucis tradam. Sicque ergo ad

Humores ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ indicantes transeo, qui ſunt

Humores ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ indicantes, ſunt.

Salſo-acres.

I. Salſo-acres: ſummo enim cum emolumento & commodo per ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ expelluntur, qui retenti maximas corpori anxietates, doloreſque intolerabiles, ac tumores &c. afferunt. Tales acres humores in febribus ardentibus, diuturnis, peſtilentialibus, morbiſque venenatis locum habent, quod conteſtatum videſis apud Fuchſium lib. 2. ſect. 3. institut. medicar. cap. 27. & Franciſcum Joelem lib. 2. Phyſiolog. ſect. 5. §. 17. p. m. 123. nulla enim medicamenta æquè atque hæc ἱδρωτικὰ hìc conveniunt: quare citati Auctores ſudoris provocationem potiſſimum utilem & neceſſariam judicarunt. Verum nota, ipſa ſudorifera & diaphoretica in his morbis & affectibus neceſſariò multum differre oportere: in febribus enim ardentibus temperatiora omnino præſcribenda, (quæ nempe calorem non ultra modum & notabiliter augeant, attamen quæ quoque ſufficiant) reliquiſque præferenda, quis non videt? In morbis vero venenatis & malignis fortiora omnino ac neceſſariò uſurpanda, ut eorum venenum tantò citius, antequam nempè acuti illi morbi curſum ſuum abſolverint, expellatur: malum enim hìc ut plurimum confeſtim, aut equidem nunquam tollitur; quare quoque Hippocrates aphor. 29. ſect. 2. monet dicens, incipientibus morbis, ſi quid movendum videtur, move. Quod ſi tamen in peſte calor valde moleſtus adſit, fortiora ſudorifera refrigerantibus diaphoreticis mixta maximè conferunt: neutiquam hìc metuenda potentium ſudoriferorum vehementia, quippe quæ minimè comparanda eſt cum veneno peſtilentiali acri peccante, (ad extremos enim morbos extrema exquiſitè remedia optima, dixit Senex aphor. 6. ſect. 1. & lib. de locis in homine text. 55. §. 10. p. m. 397. fortibus, inquit, morbis, fortis naturæ pharmaca exhibenda,) ob quam tamen, ratione alicujus ſimilitudinis (juxta C. Celſum, qui lib. 2. cap. 11. circa finem p. m. 84. vehementi malo nonniſi æquè vehemens auxilium ſuccurrere poſſe, docuit) facilius veneno peſtilentiali junguntur, quò illud ſimul cum ipſis expellatur. Sequitur ergo

In febribus ardentibus &c. qualia præſcribenda ſudorifera.

In peſte qualia eſſe debeant.

ergo, quò citius humores acres è corpore exturbantur, eò melius; & ni in tempore hoc fiat, varia dolorifica & ſubinde penè inſuperabilia ſymptomata inde exoriri, experientia docuit. Verum & aliquando obſervatum, per metaſtaſin illos humores non vulgaria ac ſolita, ſed alia, in primis circa ſolſtitium hybernum, ſymptomata excitare. Sic novimus, qui ſingulis annis arthritico vago dolore affici ſolebant, poſt ſolſtitium hybernum tumoribus ſummè dolorificis circa ſuram, genu, pectus &c. afficiebantur: quibus ſublatis, verno tempore arthriticis vagis doloribus erant liberi. Verum tumoribus hiſce ſi non laborarent, circa vel immediatè ante æquinoctium vernale doloribus vagis arthriticis quammaximè vexabantur. Dicta exemplo uno vel altero non vulgari illuſtrabo.

Humores acres citò è corpore exturbandi, & quare.

Vir quadraginta ſeptem annos natus, bilioſus, circa ſolſtitium æſtivum, aere calidiore & ſicciore, poſt labores indeque ſudores plus ſolito majores, maximè incaluit: quare quoque ſiti urgenti valde indulſit, & veſperi plerumque lactucam capitatam, endiviam, portulacam aceto &c. conditam, imo ribeſia quotidie aſſumpſit, immemor ex minimo crudorum alimentorum uſu, ſæpius doloribus arthriticis vagis, imo quotannis ante æquinoctium vernale ſe jam laboraſſe: attamen quia non tantum ab hiſce levamen, ſed maximam refocillationem obſervabat, in uſurpatione eorum continuavit; donec tempore autumnali omnium artuum dolore gravativo, ac brevi febri primò quotidianâ levi frigore, & ſubſequēte calore, nec longè poſt quartanâ intermittente affligeretur. Quare vinum abſinthites purgans ſæpius & aliquandiu uſurpavit, verum nullo cum levamine: tandem nonniſi tincturâ chinæ chinæ ſimul purgante pag. 175. (addito cortice ligni ſaſſafras) traditâ fuit uſus, cujus beneficio tandem menſe novembri febris quartana fuit ſuperata. Verum ſublatâ febri, eodem fere die de tumore quodam duro, ſed æquali, dolorifico, circa mammam dextram tam interno, quàm externo, conqueſtus eſt, ita ut brachium dextrum ſubinde movere, nec reſpirare, niſi admodum difficulter ac ſummo cum dolore, poſſet. Tandem obſervatum, inſtante plenilunio valde tumorem dictum augeri, imo ad magnitudinem mammæ lactantis Fœminæ extenſum ipſe vidi, etſi æger valde macer, ſiniſtram mammam vix videre potueram: deſcreſcente tamen lunâ iterum nonnihil detumeſcebat dictus tumor. Varios conſuluit ea de cauſa Medicos Chirurgoſque, qui omnes in eo conveniebant, corpus quamprimum benè eſſe purgandum, ac denique ſudoriferis ſæpius utendum. Optimè quoque ſe habuit à pilulis ſequentibus purgantibus, de quibus bis in ſeptimana veſperi quatuor, ma-

Vir bilioſus valde excalefactus.

Siti indulſit.

Et cruda alimenta aſſumpſit.

Unde in febrem quartanam &c. incidit.

Ab eadem liberatus, tumorem, durum, æqualem & c. circa mammam dextram.

Increſcente lunâ intumeſcentem, decreſcente detumeſcentem obſervavit.

mane tres aſſumpſit, & benè quoque purgatus fuit.

♃. *Gumm. ſandarac. aceto diſſol.* ℈ij. *Reſin. jalapp. Scammon. ana* ℈j. *Sal. volat. ſuccin. Tartar. vitriolat. ana gran.* xv. *Ol. fœnic. ſtillat. gutt.* jv. MS. F. Pilulæ no. xxxvj. deaurand. Quare pilulas purgantes.

♃. *Aq. raſur. lign. ſaſſafras cum aqua ſimplici poſt fermentationem levem deſtillat.* ℥jß. *Spirit. diaphor. p.* 318. *deſcript.* ʒiij. *Antim. diaphor.* ℈ß. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xij. MS. F. Hauſtus veſperi aſſumendus. Ac hauſtum ſudoriferū aſſumpſit.

Quo aſſumpto, optimè ſemper ſudavit, ſed tamen exiguo cum levamine. Verum quoad tumorem diſcrepabant omnes. Nonnulli ad maturationem neceſſariò cataplaſmatibus reducendum, aut facilè in cancrum degenerare poſſe putabant. Verum alii cancrum neutiquam verendum, quia tumorem nullo modo inæqualem obſervabant. Alii vero neceſſariò reſolvendum, non maturandum tumorem eſſe, idque cataplaſmatibus concludebant: nam ſi ad maturitatem redigeretur ac aperiretur, in empyema vel thoracis fiſtulam degeneraturum certò prædicebant. Alii curam palliativam optimam fore affimabant. Alii cucurbitulis magnis cum flamma (de quibus in ſuperioribus) reſolutionem tentandam opinabantur, & ſic porro. Medici ac Chirurgi omnes quoad curationem diſcrepant.

Malum vero quia in dies jam adaugeſcebat, paucis referam, quæ in actum revocata & deducta ſint.

Juxta omnium conſenſum primò ſequens cataplaſma per quatriduum impoſitum fuit: verum dolor intolerabilis inde exortus eſt, ita ut vix reſpirare poſſet ægrotans.

♃. *Radic. irid. Althææ ana* ℥jß. *Summit. Abſinth.* M. ß. *Flor. ſambuc. Melilot. ana p.* ij. *Folior. menth. aquatic.* M. j. *Parietar. Verbaſc. ana* Mß. *Semin. cumin.* ℥ß. Conciſ. & contuſ. coquantur in ſ. q. cereviſ. dulc. Contuſis add. *Ol. anethin.* ℥j. *Farin. hord. q. ſ.* pro Cataplaſmate. Tandem impoſito cataplaſmate dolor fuit intolerabilis.

Quo impoſito cataplaſmate, calorem igneum quaſi in tumore ſenſiſſe ſe teſtabatur æger: interim quoque ter quotidie hauſtulum de ſequenti decocto calidè aſſumpſit.

♃. *Radic. filic. Polypod. quercin. ana* ℥jß. *Chinæ in taleol. conciſ.* ℥ijß. *Salſ. paril. Raſur. lign. guajac. ana* ℥j. *Saſſafras* ℥ij. *Folior. menth. aquatic.* M. ij. *Glycyrrhiz. exteriore cortice liberat.* ℥j. *Uvar. paſſul. ab arillis purgat.* ℥iij. Conciſ. & contuſ. coquantur vaſis clauſis in ſ. q. aq. commun. ſ. a. ad colatur. pint. vj. quibus add. *Aq. theriac. ſimpl.* ℥ij. MS. leviter blandè ſemper ab hoc apozemate ſudavit cum levamine. Sed decoctum ſudoriferum cū levamine uſurpavit.

Juxta nonnullorū ſententiā cucurbitula magna C. *Tab.* 1. *Fig.* 1. notata cum flamma abſque ſcarificatione bis terve quotidie appoſita Cucurbitula fuit impoſita.

ta fuit, qua appoſitâ, tanta cum vehementia, tamque ſubitò tumor parteſq; non tantum ſubjacentes, ſed & circumjacentes impellebantur, ut æger non tantum vix reſpirare, ſed momento ſudore quaſi diffluere videretur, imo adſtantes perterriti ſummopere eum admirarentur. Cum jam amplius perferre non poſſet, intruſâ aciculâ per foramen in ſuperiori loco factum, cerâque occluſum, mox decidebat cucurbitula, eoque facto ſemper ſummum levamen obſervare, æger teſtabatur; quare paulò minorem appoſuit Chirurgus, verum nullo cum effectu: ac ea de cauſa nonniſi cura palliativa in uſum revocata fuit, nempe emplaſtrum de ranis cum quadruplicato mercurio fuit impoſitum, cujus beneficio dolor quidem diminutus, verum tumor quammaximè fuit adauctus, ſed dolorem arthriticum, quo hoc tempore quotannis laborabat, non obſervavit. Domeſticis, Medicis, Chirurgiſque lætus referebat, materiam doloris arthritici forſan per metaſtaſin alium jam occupaſſe locum, ac lubenter tumorem per totam vitam potius ſe perlaturum, quàm quidem arthriticum dolorem; nam lecto focove fuiſſe antea adſtrictum, jam vero officio fungi, & per plateas ambulare poſſe.

Tandem nonniſi cura palliativa fuit adhibita.

Hoc tumore afflictus liber fuit ab arthritico.

Cum jam per ſex ſeptemve menſes hoc tumore afflictus fuiſſet, veſperi aere nebuloſo domum reverſus, ſubitò febri quartanâ intermittente (ut ſequens paroxyſmus ſatis ſuperque demonſtrabat) corripitur, ac eodem quaſi momento, tumor, durities, omniſque dolor evanuere, ſicque per tres præterpropter ſeptimanas febricitavit, nullumque eo tempore dolorem tumoremque ne quidem minimum aut duritiem obſervavit: quare etiam nulla medicamenta febrifuga aſſumere voluit, ſanuſque ac bono animo, exceptis diebus paroxyſmi, vixit. Verum cœlo jam magis ſereno febris in dies minor, tumor è contra iterum apparuit, & quò febris minor, tumor eò major obſervabatur, quod ter quaterve vidimus, donec ſublatâ febri, tumor ſummopere adauctus fuit, in primis inſtantibus procellis ventiſque borealibus, necnon tuſſi, aut ſingultu laborans. Cum hoc malo ita ultra annum fuit luctatus, quo tempore iterum febri quotidianâ intermittente ſummo cum frigore adventante, ſudoreque declinante, imo finiente laboravit, ac mox tumor detumuit: quare quæcunque appeteret natura, ei indulſit, cruda ſcilicet alimenta, dura, ſucco pomorum citriorum condita, fumo indurata, & ſimilia; unde diutius ac ſæpius febricitavit: nam cum ἀπυρετὸς eſſet, omnia ſtatim exacerbeſcebant, febricitans autem omnibus mox erat ſolutus. Sed per aliquod tempus jam febricitans, nil niſi potus Koffi & lactis Vaccini cum pauco ſaccharo calefacti anaticam quantitatem ſingulis diebus mane jejunus uſurpavit, & dictum cerotum ex emplaſtro de ranis cum quadruplicato mercurio huc

Per aerem nebuloſum veſperi ambulans febricitavit.

Ac mox liber à dolore & tumore.

Verum febri ſublatâ dolor denuo fuit adauctus.

Tandem emplaſtro de ranis

huc uſque geſtavit, geſtatque, à tumore, doloreque tam arthritico quàm alio jam liber ſanus vivit.

cum quadruplicato mercurio curatus.

Sic Puerum quatuordecim annorum novimus, qui per tempus aliquod ſimili tumore, verum triplo quidem majore, minuſque dolorifico, omnibus hactenus fruſtra tentatis, ſingulis pleniluniis acreſcente, Lunâ autem præcipite detumeſcente, laboravit; minimâ febri ſi affligatur, ſtatim valde detumeſcere tumorem, curatâque eâdem febre denuo intumeſcere, domeſtici teſtantur.

Puer ſimili tumore laborans, pro mutatione lunæ tumor decreſcens vel accreſcens.

Sæpius quoque viſitavi Virum quendam quinquagenarium, ſtudiis ut plurimum incumbentem, vitamque ſedentariam agentem, ejuſmodi tumore pectoris ac dolore afflictum, qui quoque ἀπυρετος quammaximè de tumoris augmento doloreque, tuſſi in primis vel oſcitatione ſingultuve ſuperveniente, conqueritur. Verum febri quotidianâ, tertianâ, quartanâve ſimplici duplicive intermittente vel continuâ modo laborans, (quibus etiam ſubinde laboravit) mox à tumore omnique dolore liberatur, ſicque per annos aliquot illi tumori fuit obnoxius: quare enixè rogavit omnem ut navarem operam, modo febris excitaretur, qua continuò laboraret; namque tum doloris tumoriſque expers vivere poſſe autumabat. Verum tandem hæmoptoicus factus, diem obiit.

Vir ejuſmodi tumore afflictus febricitans.

Minor tum dolor imo ab eodem liber.

Vir quiſpiam quadraginta quatuor jam annos natus dolore arthritico ac nephritico ſæpius, & per annos aliquot affectus, circa æquinoctium autumnale febri quartanâ intermittente ſimplici, jam duplici, triplicique correptus. Varia, & multifaria aſſumpſit medicamenta, ſed Penelopis telam texuit, ſicque per quatuor circiter annos laboravit, totoque illo tempore nec de arthritide nec de nephritico dolore conqueſtus eſt. Quare junctis manibus orantem vidi, utinam Medicum invenire poſſem, qui id efficere poſſet, ut continuò febricitarem; namque febricitans ab omni dolore liber, ac hilaris vivo, è contra vero inter tot annos nunquam abſque dolore arthritico vel nephritico vixi.

Vir arthriticus ac nephriticus.

Quartanâ laborans.

Ab omni dolore liberatus fuit.

Ex quibus omnibus meritò concludere debemus, humores acres in corpore quodam peccantes quàm citiſſimè diaphoreticis ſudoriferiſve &c. è corpore exturbandos eſſe, antequam maſſæ ſanguineæ permixti effervefcendo, vel locum aliquem fixum, ut ita dicam, occupando, hoc vel ſimile ſymptoma excitent.

Ignoſcat benevolus Lector, quod diutius hiſce immoratus ſum, ratio eſt quia ipſemet per ſeſqui annum ſimilem tumorem doloremque pectoris circumtuli. Verum Deo ter Optimo Maximo ſummas tandem agere gratias debeo, quod quoque eo ſum abſolutus.

2. Aquoſi & ſeroſi, imo & tenues humores fere omnes, ut

Aquoſi & ſeroſi.

quondam docuit Johannes Walæus in ſua medendi methodo titulo de ſudorifero p. m. 61. Ipſa quoque ſudoris materia eſt ἰχὼς & ſeroſitas in venis, ut legimus apud Johannem Baptiſtam Montanum tom. 1. conſult. medic. 154. non mirum ergo à levibus etſi diaphoreticis ſudoriferiſque ſeroſis aquoſiſque humoribus ſcatentes copioſè ſudare: facilè enim dicti humores ſuâ naturâ quaſi attenuati ac inciſi, ſicque ad diaphoreſin proclives, per cutis poros erumpunt, præſertim ſi volatilia penetrantia ac attenuantia illis exhibeantur. Quare maximè ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in hydropis omnibus ſpeciebus conveniunt: ſeroſitatem enim & aquoſitatem copiâ qualitateque peccantem non tantum per diaphoreſin & diureſin evacuant, verum etiam, quia plerumque calida ſunt, exſiccant; corpora enim hac ratione humoribus deſtituuntur, teſte Hippocr. lib. 2. de diæta text. 36. §. 5. p. m. 232.

Bilioſi.

3. Bilioſi, ut teſtatur Johannes Walæus loco ſtatim citato. Aſt nota, temperantiora ſubacida hìc eſſe adhibenda, aliàs febres ardentiores, ſitim intolerabilem, cephalalgiam gravem & quidem pulſantem &c. facilè excitarent. Aſt temperata ſubacida ἱδρωτικὰ ſi præſcribantur, humores bilioſi facilè educuntur; ſimulque temperantur; ſicque unâ eademque fideliâ duos dealbamus parietes: temperati enim & correcti faciliùs per diaphoreſin expelluntur.

Pituitoſi.

4. Pituitoſi: ſudoriferorum enim ope & inciduntur, attenuantur, perque diaphoreſin vel diureſin excernuntur. Diaphoretica namque ut plurimum tenuium ſunt partium, ſaleque volatili prædita, incidentia, penetrantiaque &c. ſicque pituitoſi hiſce medicamentis quàm optimè præparantur, & per diphoreſin ſi non exturbantur, ad exitum tamen hac ratione faciles aptique redduntur. Διαφορητικὰ hiſce in pituitoſis humoribus præſertim à frigore externo condenſatis, totiuſque corporis dolorem gravativum, motuſque quaſi ejus impotentiam producentibus, apprime conveniunt. En ea de cauſa ſequentem caſum.

Mulier excalefacta.

Aeri frigidiori ſe expoſuit.

Unde in febrem motuſque impotentiam ac dolorem gravativum incidit.

Mulier quædam pituitoſa triginta annos nata, ex levi ambulatione excalefacta aeri frigidiori calorem temperandi gratiâ ſeſe expoſuit. Circa nonam veſpertinam levi affecta eſt horrore, mox capitis dolore gravativo, noctem inſomnem traducens: mane tantâ motus impotentiâ affligebatur hæc Fœmina, ut nec manum nec pedem movere poſſet; circa meridiem vero ingens dolor gravativus totum corpus affligens exoriebatur. Tertio hujus affectus die accerſitus appetitum planè abolitum, urinas inconcoctas crudaſque, ac pulſum parvum ac inæqualem, alvoque adſtrictâ laborantem, ac de dictis ſymptomatibus conquerentem, febricitantemque inveni: quare ſtatim ſequentem præſcripſi clyſterem.

℞. Rad.

℞. *Rad. alth. Malv. ana* ℥ß. *Fol. malv. Majoran. nobil. Rut. ana* M.j. *Sem. cumin. Carui ana* ʒiij. *Cortic. aurantior.* ʒij. Conciſa atque contuſa coq. in ſ.q. aq. commun. in colatur. ℥jx. diſſolv. *Elect. diaphœnic. Lenitiv. ana* ℥vj. *Ol. lilior. alb.* ℥ß. *Salis gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter pro Fœmina. Ob alvum adſtrictam clyſter fuit injectus.

Ab hoc injecto enemate ter alvum depoſuit, tumque de hac mixtura cochlearia tria ſingulis duabus horis aſſumpſit, blandèque ac benè inde ſudavit.

℞. *Aq. card. bened. poſt fermentationem deſtillat. Majoran. nobil. Radic. angelic. ana* ℥jß. *Spirit. Diaphor. p. 318. deſcr.* ʒx. *Nitri dulc.* ʒß. *Antimon. diaphor. Sal. card. bened. ana* ℈j. *Laud. opiat.* gr. ij. *Syr. è ſucco foliorum recentium cardui benedicti expreſſo parat.* ℥j. MS. Ob dolorem &c. mixtura diaphoretica anodyna fuit præſcripta.

Mane rediens minus febricitantem, pulſumque robuſtiorem, & magis æqualem inveni; retulitque ægra hanc noctem blandè ſudando, ac ſubinde dormiendo ſe traduxiſſe, ac non tantum manum pedemque, verum etiam & brachia nunc movere poſſe: quare eandem mixturam repetivi, unde blandè iterum ſudavit tali cum ſucceſſu, ut pedibus jam ſtare, ac per cubiculum meare poſſet. Aſt de febre alternis diebus redeunte, ac capitis dolore gravativo querebatur admodum: quare ſequentem exhibui bolum diaphoreticum.

℞. *Elect. diaph. p. 319. & 320. præſcrip.* ℈jv. *Bezoar. miner.* ℈j. *Sal. febrifug. ex capite mortuo poſt deſtillationem ſpiritus ſalis armoniaci parat.* ℈ß. *Ol. roriſmarin. gutt.* ij. MS. F. Bolus. Ut & bolus ſudoriferus.

Duabus circiter ante paroxyſmi invaſionem horis hunc aſſumpſit bolum, unde copioſè ſudavit, febremque ac capitis dolorem gravativum non amplius obſervavit; curatamque ſeſe putavit, præterquam quod appetitus neutiquam rediret, alvoque adſtrictâ laboraret: quare ſequentia tali cum ſucceſſu uſurpavit, ut brevi avidè aſſumptum cibum optimè tolerare, ac digerere poſſet, alvumque quotidie ſemel deponeret. Primò igitur de ſequenti mixtura ſexies de die duo triave cochlearia aſſumpſit. Et ob appetitum quaſi abolitum.

℞. *Aq. menth.* ℥jv. *Vit. Matthiol. ſine ambra & moſcho Tinctur. ſtomachic. pag. 178. tradit. ana* ℥ß. *Spir. ſalis dulc.* ℈j. *Elix. propriet. Paracelſ.* ʒj. *Syr. menth. Rad. enul. campan. cond. ana* ℥ß. MS. Mixtura ſtomachicâ.

Poſt hujus mixturæ aſſumptionem appetitus parum rediit, alvumque alternis diebus depoſuit, tumque ſequens vinum medicatum uſurpavit.

℞. *Rad. enul. campan. Calam. aromat. Zedoar. ana* ʒiij. *Fol. menth. criſp. Majoran. nobil. ana* M.j. *Senn. ſ. ſtip.* ℥ß. *Summit. abſinth. Centaur. min. ana* M.ß. *Turbith gummoſ. Tart. vitriolat.* Car- Et vino medicato uſa fuit, & curata eſt.

Cardam. major. Extrem. cortic. aurantior. ana ℥ij. Conciſis atque contuſis, cantharoque lapideo inditis affund. *Vin. Gallic. Rhenan. ana pint.* ii. Poſt ſufficientem digeſtionem & extractionem uncias tres, inſtillatis prius ſingulis doſibus elix. propriet. Paracelſ. guttulis octo, bis quotidie aſſumpſit, ac poſt ſingulam doſis hujus aſſumptionem ſemel biſve alvum depoſuit, ac curata fuit.

Halitus venenoſi, acidi, auſteri.

5. Halitus vel venenoſi, acidive, vel auſteri &c. animi deliquium, ſuffocationem uterinam dictam, faucium quaſi conſtrictionem, præcordiorum anxietatem inexplicabilem &c. excitantes: quare Franciſcus Joel lib. 2. phyſiolog. ſect. 5. §. 17. de ſudore p. m. 123. diaphoretica in halitibus maximè & ſummopere commendat. Nec mirum, ἱδρωτικὰ enim & διαφορητικὰ quia plerumque & ut plurimum ſale volatili blando conſtant, adeoque & acida, auſtera &c. corrigunt, ac temperant, & per conſequens halituum productionem prohibent, productoſque diſſipant, & per inſenſibilem vel ſenſibilem tranſpirationem eoſdem evacuant & expellunt; non mirum, inquam, quod ſudorifera & diaphoretica non tantum à Joele, verum & ab aliis Medicis in halitibus curandis laudentur.

Sudorifera fortiora & exſiccantia vetant humores.

Humores ſudorifera in primis fortiora & exſiccantia vetantes, ſunt.

Acidi.

1. Acidi, ut auctor eſt Johannes Walæus in ſua medendi methodo §. de ſudorifero p. m. 62. non enim blandiora ſudorifera humores acidi vetant, verum potius indicant eſſe adhibenda: blandioribus enim & ſale volatili in primis oleoſo continentibus diaphoreticis optimè, tutiſſimèque acidum temperatur, ac corrigitur; quod & virium nimio ſudore proſtratarum per acida volatilia & blanda oleoſa ſubita reſtauratio, & experientia quotidiana teſtantur. Verum fortiora & vehementiora medicamenta ſudorifera acidi humores, niſi prius temperati quodammodo aut correcti fuerint, vetant. Cruda enim, teſte Hippocrate aphor. 22. ſect. 1. non movenda: & aphor. 51. ſect. 2. plurimum & repente vacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, vel alio quovis modo movere corpus, periculoſum; omne ſiquidem nimium naturæ inimicum: paulatim vero quod fit, tutum, & præſertim ſi quis ab uno ad aliud gradatim tranſierit. Quæ omnia confirmata videſis apud C. Celſum lib. 1. cap. 3. & 9. ut & lib. 2. cap. 16.

Auſteri & melancholici.

2. Auſteri & melancholici, ut itidem teſtatur Johannes Walæus loco ſtatim citato, rationem ab ipſo datam videſis p. 480. Sint de auſteris humoribus eadem, quæ de acidis dicta; fortiora enim minimè hic conducunt.

3. Bi-

3. Bilioſi aduſti, quales vulgò dicuntur peccare in hecticis febribus, ut quondam docuit Fuchſius lib.2. ſect.5. inſtit. medic. cap.25. prohibet enim ibidem quammaximè propriè dicta ſudorifera inprimis fortiora: facilè enim ex eorũ uſu malum in dies accreſceret, hepatiſque inflammatio, totiuſque corporis extenuatio (teſte Philippo Grulingio in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-Chymico novo part.8.cap.15.) ſequeretur. Horum enim fortiorum, vehementiorum, calidiorumq; medicamentorum ſudoriferorum beneficio vires proſternuntur, ariditas corporis major redditur, omniſque temperans liquor è corpore expellitur; ſicque ſitis, febris, ardor, &c. in dies major & major redditur, malumque tandem fit incurabile, imo & ipſa mors quandoque acceleratur. Bilioſi aduſti.

4. Valde viſcidi & tenaces vehementiora etiam & quæ uno hauſtu plerumque aſſumuntur ſudorifera vetant: ἱδρωτικὰ enim & διαφορητικὰ blanda, ſpirituoſa (cum admodum fortia illa ægros angunt, debilitantque, ac nonniſi vires ſpirituſque tollere, aut ſaltem diminuere poſſunt) planè è diverſo quia ut plurimum ſale volatili conſtant, incidunt atque attenuant humores, eoque meritò laudantur in valde tenacibus viſcidiſque humoribus ſpirituoſa ſudorifera, & diaphoretica per breviora intervalla aſſumpta. Hac enim methodo fluxiles redduntur, & ſi non expellantur, apti tamen ad exitum fiunt, ac ſatis ſufficienter præparantur: paulatim enim quod fit, ut ſupra jam dixi, tutum, præſertim ſi quis ab uno ad aliud per gradus tranſierit. Et hìc verum nobile Catonis dictum, ſat citò, ſi ſat benè. Valde viſcidi & tenaces.

Morbi in quibus ἹΔΡΩΤΙΚΑ' & ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑ' cum ſucceſſu præſcribuntur & exhibentur, ſunt.

Sudorifera & diaphoretica conveniunt.

1. Capitis aliarumque partium corporis dolores gravativi ac rodentes, partim ex pituita viſcida copioſa hinc inde in capite cæteriſve corporis partibus coagulatâ, unde ut plurimum gravedo exoritur; partim quoq; & à lympha propter ſtagnationem, particulaſque frigidas ſubacidas, quæ caput corpuſve reliquum ſudore præſertim diffluens intraverant, acriore redditâ, quæ lympha jam acrior partes membranaceas corrodendo dolorem rodentem excitat. Quare quoque doctiſſ. D. Felix Platerus tomo ſecundo de doloribus cap.3. de capitis doloris curatione p.m.237. ſudorifera in cephalæa cephalalgiaque maximè commendat, ajens, per ſudores factæ evacuationes, ſi quia cerebrum aqueis excrementis multis abundat. In capitis aliarumque partium corporis doloribus gravativis & rodentibus. Et quare.

dat, dolores capitis ſurgant, plurimum, prius tamen generali prægreſsâ purgatione, competunt, cum ſudorifera ab intimis excrementa evocent: unde in diuturnis cephalæis inſtituuntur, & optimo cum ſucceſſu ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ exhibentur. Et acutiſſimus D. Daniel Sennertus lib. 1. part. 1. Practic. cap. 11. in capitis dolore, aliiſque morbis à ſeroſis humoribus productis eadem ſummopere laudat; ſudores, inquit, certiſſimum ſunt & prophylacticum & curativum remedium doloris capitis, & aliorum morborum à ſeroſo humore productorum. Nec mirum, ſudorifera enim & diaphoretica coagulatam pituitam viſcidam incidendo & attenuando ſolvunt, ſtagnanteſque humores, ſtagnationeque illâ acriores redditos (ſale volatili quia plerumque conſtant, & ſpirituoſa ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ exiſtunt) temperant ac corrigunt; ſicque tutò & jucundè correcti & præparati humores citò quandoque blandis illis ſudores provocantibus medicamentis expelluntur, doloreſque graves curantur. En hac methodo diuturnam cephalæam, multis medicamentis etſi potentioribus non cedentem, curatam.

Mulier cum gravida eſſet odontalgiâ, alvo adſtrictiori &c. laborans.

Evaneſcente odontalgiâ, dolore capitis gravativo afficiebatur.

Mulier quædam triginta ſex propemodum annos nata, pituitoſa, odontalgiâ ſemper fere afflicta, præſertim cum eſſet gravida, alvo adſtrictiori & ſubinde hæmorrhoidibus miſerè laborans, his tamen, alvo laxiori exiſtente, ſponte evaneſcentibus: ſexies ſeptieſve jam circa ſeptimum imprægnationis & geſtationis menſem poſt levem ſudorem, dein in lumbis horrorem, mox in cervice dolorem, capitis dolore gravativo, odontalgiâ tum abeunte, fuit afflicta: quo gravativo capitis dolore ſemper fere per ſex ſeptemve poſt puerperium ſeptimanas vexabatur continuò, & quod mirum omnes hactenus illius fœtus maximopere per duas treſve ſeptimanas motibus convulſivis epilepticis afflicti mortem tum obiere. Affectum hunc gravem tollendi gratiâ multa & fere innumerabilia medicamenta uſurpavit hæc ægra, aſt fruſtraneo eventu, oleumque & operam ſemper perdidit. Septimum, ni fallor, cum enixa eſſet fœtum, noſmet accerſivit, & memorata narravit, Infantemque convulſivis motibus convulſionibuſque jam afflictum & laborantem oſtendit: quare pulverem mixturamque ſequentem pro Infante dedimus.

Ac infantes motibus convulſivis omnes fuere obnoxii.

Quia jam infans valde convulſionibus affligebatur.

℞. *Lap. bezoar. oriental. Bezoard. miner. Cor. Cerv. philoſophicè præparat. Margarit. præparat. ana* ℈ß. *Sacchar. perlat.* ʒß. MS. F. Pulvis tenuiſſimus in ſeptem doſes dividendus, exhibenduſque in parvo mixturæ ſequentis cochleari, vel pulti immiſcendus.

Pulveres.

℞. *Aq. flor. tiliæ Lilior. convall. ana* ℥vj. *Fænicul.* ℥ß. *Spir. lilior. convall. cum vino deſt.* ʒij. *Salis armoniac. gutt.* jv. *Sacchar. perlat.* ʒj. *Syr. flor. pæon.* ℥ß. MS.

Et mixturâ antiepilepticam.

De

De hac mixtura ſingulis horis parvum cochleare, maneque & veſperi doſin de pulvere Infanti exhibuere, nihilque omnino hæc profuere: quare & pro inunctione temporum & nuchæ ſequens linimentum præſcripſimus.

Et linimentum fruſtra præſcripſimus.

♃. *Ol. ſuccin.* ℈ß. *Caſtor. Rutac. ana* ʒj. *Sal. volat. armoniac.* *gr.* viii. MS. pro Linimento. Omnia hæc & plura alia fruſtra fuerunt Infanti adhibita, fatis enim brevi ceſſit.

Nam brevi fatis ceſſit.

Alvo adſtrictâ quia mater laborabat.

Alvo adſtrictâ non vero hæmorrhoidibus quia Mater laborabat, primò ſequentem clyſterem emollientem & carminativum præſcripſimus.

Clyſter fuit adhibitus.

♃. *Rad. alth. Malv. ana* ʒvj. *Fol. rutæ Majoran. nobil. Roriſmarin. ana* M. i. *Flor. lavendul. Sem. cumin. Carui. Bacc. laur. Extremit. cortic. aurantior. ana* ʒij. Conciſa & contuſa coq. in ſ. q. aq. commun. vaſis optimè clauſis, in colatur. ℥viij. diſſolv. *Elect. diaphœnic.* ʒx. *Ol. lilior. alb. Mell. anthoſat. ana* ℥ß. MS. F. Clyſma pro Muliere.

Ab injecto hoc clyſtere bis alvum multis cum flatibus depoſuit, unde & capitis dolor gravativus parum remiſit: tumque ſequentem dedimus mixturam.

Et ob dolorem capitis gravativum.

♃. *Aq. beton. Majoran. nobil. ana* ℥iij. *Vit. Matthioli* ʒj. *Ol. ſuccin. gutt.* v. *Tinctur. flor. pæon.* (per phlegma vitrioli floribus pæoniæ infuſione factæ) ʒij. *Flor. hyperic.* (per ſpiritum vini rectificatum floribus hyperic. infuſum) *parat.* ʒi. *Laudan. opiat. gr.* ij. *Syr. ſtœchad.* ℥i. MS.

Mixturâ cephalicâ.

Hujus mixturæ ter iteratæ beneficio nonniſi placidè dormivit: quare ſequens vinum medicatum aliquantum ſimul purgans præparavimus.

Et vino medicato laxante cephalico.

♃. *Rad. angelic. Valerian. ana* ʒiij. *Jalapp. gummoſ.* ʒß. *Fol. majoran. nobil. Roriſmar. Salv. Rut. ana* Mß. *Senn. ſ. ſtip.* ℥j. *Flor. anthos Lavendulæ Stœchad. Arabic. ana p.* iij. *Sem. ſiler. montan. Bacc. junip. ana* ʒiij. *Tart. vitriolat. Cardam. major. Extremit. cortic. aurantior. ana* ʒiß. Conciſis atque craſsè contuſis, cantharoque lapideo vel vitreo inditis affund. *Vin. Gallic. Rhenan. ana pint.* iij. Poſt juſtam, & ſufficientem digeſtionem & extractionem aſſumpſit quotidie bis, mane nempe & veſperi, uncias duas treſve pro doſi.

Fruſtra uſa fuit.

Ab hoc vino medicato ſemel biſve ſemper in dies alvum depoſuit; aſt itidem fruſtraneo propemodum eventu. Quare paſtillos manſiles p. 57. deſcriptos pro apophlegmatiſmo præſcripſimus, unde maximam pituitæ viſcidæ copiam per os excrevit, ac levamen quoddam ſenſit: quare in eorum uſu aliquandiu non levi cum ſucceſſu continuavimus. Poſt horum uſurpationem hunc pulverem

Quare paſtillos manſiles.

pro

pro cucupha capiti imponendâ, & ſequentem pro ſuffumigio dedimus.

Cucupham. ♃. *Fol. majoran. nobil. Salv. Verben. Thym. ana* M.ß. *Flor. lavendul. Stœchad. Arab. ana p.* iß. *Sem. carui* ℥ij. *Caryophyllor. Cardam. min. ana* ℥j. MS. F. Pulvis craſſus, qui irrorandus. *Ol. ſtillat. laven. Succin. ana* ℈ß. MS. inſuendus ſacculo pro cucupha.

Suffumigium. ♃. *Succin. alb. Maſtich. elect. ana* ℥ß. *Flor. lavendul. p.* ij. MS. F. Pulvis craſsè contundendus.

Hujus pulveris vivis prunis impoſiti fumum naribus auribuſque excepit, capitiſque operimenta ſuffumigata calida capiti applicavit; nuchæque poſtea & temporibus de ſequenti parum iniunxit.

Linimentum. ♃ *Ol. ſtillat. ſuccin. Roriſmarin. ana* ℈ß. *Caſtor.* ℈i. MS. pro Linimento.

Poſt horum omnium medicamentorum uſurpationem magnum quidem levamen ægra ſenſit, aſt curata tamen nondum fuit: quare de ſequenti maſſa pilulari cephalica alternis diebus quinque aſſumpſit, à quibus bis terve per alvum viſcida multa una cum fæcibus excrevit.

Necnon pilulas cephalicas purgantes. ♃. *Maſ. pilul. aurear. Cochiar. Extract. catholic. pag.* 142. *deſcript. ana* ℥ß. *Ol. ſuccin. Roriſmar. ana gutt.* ij. MS. F. Pilul. no. xxv. deaurand.

Bolum diaphoreticũ præſcripſimus. Ultimò, juxta Felicem Platerum & Danielem Sennertum locis modo citatis, bis ſequentem bolum ſudoriferum tanto cum ſucceſſu uſurpavit, tamque copioſè aſt blandè tamen ſudavit, ut planè Et curata fuit. poſt hujus uſum fuerit curata, duoſque poſtea Infantes epilepticis motibus fere non afflictos pepererit, cephalæaque ante nec in puerperio fuerit afflicta.

♃. *Electuar. diaphor. p.* 319. *&* 320. *deſcript.* ℥iß. *Bezoard. miner.* ℈j. *Caſtor. optim. gr.* vj. *Ol. ſuccin. Roriſmar. ana gutt.* j. MS. F. Bolus.

Paralyſi, ſpaſmo. 2. Paralyſis, ſpaſmus &c. à frigidis, pituitoſis, viſcidiſque humoribus ſi exoriantur, ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in primis conveniunt, & præ cæteris excellunt: quare etiam Scolzius conſil. medic. 50. & Valeriola lib. 4. obſervat. medic. 4. dixere, ſudorem unicum in paralyſi ſummum eſſe remedium. Sudorifera enim & diaphoretica poſt juſtam corporis expurgationem exhibita frigidos, pituitoſos, viſcidoſque humores nervos vel obſtruentes vel infarcientes, ſicq; motum & ſubinde ſenſum vel tollentes, vel ſaltem impedientes ac imminuentes, paralyſinque ſæpius excitantes, calefaciunt, incidunt & attenuant, perque diaphoreſin eoſdem correctos inciſos ac præparatos blandè expellunt; ſicque liberiorem ſpirituum in nervos influxum efficiunt, nervos corroborant, ſpiritus volatiliores reddunt, majorique copiâ eoſdem generari, materiam ſuppeditando,

vi-

viſcidos humores craſſumque quaſi ſanguinem attenuando, &c. faciunt. Paralyſin hac methodo curatam videſis benevole Lector in animadverſionibus & notis noſtris in Praxin Pauli Barbette p. 33. 34. & 35.

Dicta quoque ſequentes caſus comprobant.

Vir quinquagenarius, pituitoſus, durioris vitæ, Baccho ſubinde indulgens, incidit in capitis dolorem gravativum: quare hujus illiusve conſilio tabacum ſuxit cum levamine. Verum aere valde nebuloſo cum exiiſſet, recidivam paſſus eſt; quare iterum ad tabacum confugit, eodemque cum ſucceſſu, idque ter quaterve. Tandem Bacchanalia ad mediam fere noctem celebrans, ac tabacum plus ſolito ſugens inebriatus, domumque reverſus, ſubitò mutus corruit: quare domeſtici perterriti epilepſiâ vel apoplexiâ hominem affici putabant. Nec mirum, quia venerandus Senex aphor. 5. ſect. 5. dixit, ſi quis ebrius ex improviſo mutus fiat, convulſus moritur, niſi febris corripuerit, aut ubi ad horam, quâ crapulæ ſolvuntur, pervenit, locutus fuerit. Verum ad ſe parum rediens ad interrogata benè reſpondit, aſt de capitis dolore ſummo imo intolerabili gravativo conquerebatur. Lectum petiens illâ nocte parum & nonniſi profundè, variiſque inſomniis ſæpius conturbatus, & quodammodo vertiginoſus dormivit. Quare mane me accerſivere, ac dicta perpendens, mox clyſterem ſequentem præſcripſi.

Vir ex potu nimio in capitis dolorem gravativum incidit.

Tabaci ſuctione curatus.

Ebrius mutus corruit.

Et de intolerabili capitis dolore poſtea conquerebatur.

♃. *Radic. imperat. Irid. noſtr. ana* ʒij. *Fol. majoran. nobil. Sal. Serpill. Rut. ana* M. ß. *Flor. lavendul. Stæchad. Arab. ana* p. ij. *Sem. cartham. in petia ligat.* ʒjß. *Baccar. laur.* ʒiij. Coq. in ſ. q. aq. commun. in colat. ℥x. diſſolv. *Electuar. diacathol. Hier. picr. cum agaric. ana* ʒvi. *Mell. anthoſat.* ʒiij. *Sal. gemm.* ʒiß. MS. F. Clyſter pro Viro. Quo injecto, intra duas horas ter quaterve ſummo cum levamine fæces ſummè fætentes, ac acidum redolentes magnâ copiâ ejecit, & per horam unam vel alteram ſatis placidè dormivit.

Quare enema fuit injectum.

Circa meridiem reverſus omnia mitiora inveni, genas oculoſque rubentes, pulſum robuſtiorem quia obſervabam, mox venam ſecari juſſi, & ſequentem mixturam dedi, de qua ſingulis horis poſt venæ ſectionem cochleare aſſumpſit.

♃. *Aq. majoran. nobil. Betonic. ana* ℥ijß. *Tinctur. Antiepilectic. pag.* 157. *tradit.* ʒß. *Caſtor.* ʒjß. *Flor. hyperic.* ʒj. *Spirit. ſalis armoniac. gutt.* xx. *Antim. diaphor. Lapid. prunell. ana* ʒß. *Syrup. ſtæchad.* ℥vj. MS. Unde benè ſe habuit, ac parum ſudavit: de ſiti quia valde conquerebatur, ſalis prunellæ drachmas duas cereviſiæ immiſcendas præſcripſi.

Mixtura cephalica præſcripta.

Sexto morbi die jam motus omnium membrorum quadam impotentiâ, jam vero hujus illiusve lateris contractione, jam ſtupore, nunc

Sexto morbi die ob metum pa-

ralyſeos &c nuchæ veſicatorium.

nunc calore quodam, nunc frigore cum dolore capitis vertiginoſo, & ſimilibus ſymptomatibus viciſſim affici ſe referebat æger: quare vel paralyſin, vel hemiplegiam, vel ſimile quid verebar. Ac ea de cauſa veſicatorium nuchæ imponendum, ac iterandum neceſſarium duxi, cujus beneficio intra biduum omnia dicta ſymptomata evanuere (omnibus commendo veſicatoria nuchæ imponenda in paralyſi, hemiplegiâ, ſpaſmo, tetano &c.) Alvo vero adſtrictiori jam laborans, ſequentem hauſtum purgantem aſſumpſit.

Summo cũ ſucceſſu fuit impoſitum.

Hauſtuque purgante.

♃. *Elect. hydragog. Sylv.* ℥ß. *Tartar. vitriol.* ℈ß. *Sal. volat. oleoſ. gutt.* xv. *Ol. rut. ſtillat. gutt.* iij. *Aq. majoran. nobil. q. ſ.* MS. F. Hauſtus.

Et ſexies inde alvum depoſuit. Interim bis de die hauſtulo ſequentis vini medicati laxantis uſus fuit.

Et vino medicato cephalico purgante.

♃. *Rad. irid. Florent. Galang. Valerian. ſylveſt. ana* ℥iij. *Jalapp. gummoſ.* ℥iiß. *Fol. rut. hortenſ. Salv. ana* M. j. *Senn. ſine ſtip.* ℥iij. *Flor. lavendul. Hyperic. Stœchad. Arabic. ana p.* ij. *Agaric. albiſſ.* ℥iiß. *Semin. ſiler. montan. Fœnic. dulc. ana* ℥ij. *Tartar. Rhenan. crud.* ℥iß. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Gallic. pint.* v.

Hoc vino medicato aſſumpto, quotidie bis terve alvum depoſuit, & bene ſe habuit, præterquam quod ſubinde de artuum motu quodam tremulo tantum conquereretur: quare hunc hauſtulum diaphoreticum alternis diebus uſurpavit.

Et ob motum artuũ tremulum.

Hauſtu diaphoretico cephalico fuit uſus.

Aq. card. bened. Roriſmarin. ana ℥vj. *Eſſent. diaphor. p.* 321. *&* 322. *deſcript.* ℥iij. *Antim. diaphor.* ℈j. *Rob. ſambuc.* ℥ij. MS. F. Hauſtus.

Et convaluit.

Optimè ſemper hujus beneficio toto corpore ſudavit, omnibuſque ſymptomatibus tandem ſuperatis, nunc curatus vivit.

Mulier poſt vertiginem.

Mulier quadraginta octo annos nata, melancholica, & valde pituitoſa, alvo adſtrictâ ut plurimum laborans, noctesque plurimas inſomnes traducens, per dies aliquot vertiginem paſſa, aere pluvioſo ac boreali, Amicam quandam viſitandi gratiâ exivit: domum reverſa ſubitò corruit cum fæcum ac urinæ excretione invita, imo domeſticos nonniſi linguâ tremulâ compellavit; ſpaſmo cynico affecta, nec pedibus ſtare, nec manu ſiniſtrâ quid prehendere poterat. Quare Maritus mox Medicum accerſivit, qui hemiplegiam eſſe demonſtrabat: mixturam itaque cephalicam diaphoreticam, pilulas cephalicas purgantes, decocta cephalica, vina medicata, apophlegmatiſmos, balnea, linimenta fruſtra præſcripſit, imo quicquid etiam in uſum revocaret, oleum & operam perdidit; preterquam quod ex veſicatoriis nuchæ impoſitis ſemper levamen ſe obſervaſſe teſtabatur, ac manu affectâ quid leviter arripere ac teneze poſſet. Quare cucurbitam vitream E *Tab.* 1. *Fig.* 1. notatam cum flam-

In hemiplegiam incidit.

Omnibus fruſtra adhibitis.

flamma immediatè ſupra nucham impoſuimus, ac majus levamen quàm ab omnibus medicamentis internis externiſque reliquis ſentire ſe confeſſa eſt: ſed biduo triduoque poſt omnia in eodem ſtatu, ſicque ultra biennium hemiphlegiâ laboravit hæc ægra.

Nuchæ veſicatorium & cucurbitula fuit impoſita.

Tum vero, ſtudioſe Lector, aere calidiore & ſereno ſummo mane ſubitò febri graviſſimâ correpta eſt, ſummo cum frigore accedente, quo nondum ſoluto accerſitus veni, & de dolore titillante intolerabili in primis in latere conquerentem audivi: quare mixturam diaphoreticam cephalicam ſequentem præſcripſi.

Poſt biennium febri graviſſimâ correptæ.

De dolore titillante intolerabili conquerẽti.

℞. Aq. card. bened. Beton. ana ℥ij. *Spir. diaphor. pag.* 318. *deſcript.* ʒvj. *Regul. antim. medic.* ℈j. *Sal. card. bened. gran.* xv. *Tinctur. croc.* ʒj. *Syrup. card. bened.* ʒvj. MS.

Mixturam diaphoretico-antifebrilem præſcripſimus.

Verum antequam diſcederem, ægram compellabam, manumque ſiniſtram paralyticam arripiens, pulſum explorandi gratiâ, obſervavi frigus jam finitum, imo calorem ingentem & ſudore quaſi diffluentem, ac eodem pene momento manum meam non tantum arripuit ægra manu ante paralyticâ, ſed & tota pars, quæ ultra biennium jam afflicta fuerat, reſtituta apparuit, ita ut manum, brachium, pedem, crus, imo totum latus affectum movere, & vi quâdam retrahere poſſet. Hacque in ægra hemiplegiâ laborante obſervavi quod ait Hippocrates de tetano & convulſione aphor. 57. ſect. 4. à convulſione aut tetano detento, febris ſuperveniens ſolvit morbum: idem confirmatum videſis in Coacis prænotionibus.

Finito frigore latus affectum fuit curatum.

Et oppoſitum eodem momento hemiplegiâ affectum.

Sed quod miratu dignum, pars ſana oppoſita, vel latus huc uſque liberum unico illo paroxyſmo tantâ hemiplegiâ fuit afflictum, (p) ut ne quidem movere vel retrahere pedem, manum, brachiumque poſſet, imo ſenſu privata ſpaſmo cynico ſimul afficeretur hæc miſera; omnibuſque poſtea incaſſum adhibitis, poſt triduum diem obiret. Verum quod notandum ſummopere, ad ultimum

Sed poſt triduum convulſa fatis ceſſit.

(p) Utut clariſſimus noſter Auctor plures paſſim rationes indigitaverit, quibus Paralytici affectus in partibus corporis ſuccreſcere poſſunt; tamen illam reticuit, quæ à ſpaſmodica meningum contractione deſcendit. Quum enim utraque meninx cerebrum undique complectatur, ac ſubſtantiæ ipſius medullaris ramulos in nervos deſinentes excipiat, & perpetuo comitetur; facilè liquet, quod illæ nimiùm criſpatæ ac convulſæ ramulos eos ita conſtringere debeant, ut ſpirituum ſemitas intercludant, eorumque ad ſubjectas partes curſum ſufflaminent. In ea autem opinione mirum quantum confirmari mihi viſus fui, quum in praxi obſervaverim, convulſivos corporis affectus ſæpe à Paralyticis excipi, ſæpius iſtos maximâ celeritate in eos converti, & quandoque ſimul in diverſis partibus corporis reperiri. Hujuſmodi etenim velox morborum viciſſitudo minimè cum humorum raptu, ſive de loco ad locum translatione, ſed maximè cum ſubitanea meningum ſpaſmodica contractione, & relaxatione convenit. Verum appoſitè magis illam evincit, quod ſæpiſſime dimidia tantum corporis pars, perinde ac Geometriæ legibus ſecta eſſet, Paralyſi laboret. Ex Anatome etenim conſtat, tenuem meningem ſpinalem medullam per medium accuratiſſimè ſectam ita complecti, ut facilè poſſit unica ipſius medietas contrahi ac criſpari, & nervos ab illa prognatos, qui ad alterutrum corporis latus pertingunt, conſtringere. Hæc autem Lectorem meum idcirco monere volui, ut Hemiplegiæ ex ſiniſtro in dextrum latus confeſtim abeuntis, cujus exemplum in ſua Muliere noſter Auctor jam præbuit, faciliùs ratio innoteſceret.

mum vitæ terminum totum latus antea tandiu afflictum bene movere &c. potuit.

Catarrhis ſeroſis & diuturnis.

3. Catarrhi ſeroſi & diuturni, teſte Daniele Sennerto lib. I. part. 2. Practic. cap. 11. & Jouberto de thoracis affectibus capite decimo quarto, qui ibidem docuere, in deſtillationibus ſudorem quocunque modo excitatum apprime juvare, dummodo ſenſim corpus tepeſcat, nec ſubito frigore corripiatur. Nec certè mirum, ſudoriferis enim & diaphoreticis ſeroſi humores expelluntur, & corpus exſiccatur, teſte Hippocrate lib. 2. de diæta text. 36. §. 5. p. m. 232.

Præcordiorum anxietate ex viſcidis &c. humoribus vel halitibus, vel flatibus, &c.

4. Præcordiorum anxietas ex viſcidis, biliosis, acidis, auſteriſque humoribus, vel ex halitibus, vaporibus, flatibuſque exorta. Experientiâ teſte, ſudoriferorum ſpirituoſorum enim viſcida incidentium & attenuantium ope corriguntur, vel per diaphoreſin diureſinque expelluntur viſcidi tenaceſque humores; atque ſubacidorum diaphoreticorum vi bilioſi humores vel temperantur vel educuntur: acidos vero auſteroſque humores ἱδρωτικά & διαφορητικά ſale volatili & quidem oleoſo prædita, leniendo, temperando, infringendoque alterant ac corrigunt, correctoſque per ſudores exturbant, & ſic de cæteris. Hæc dicta noſtra ſequentes obſervationes ſufficienter confirmant & probant.

Gravida per quatuor menſes fluxu continuo laborans.

Gravida, de qua p. 11. juſto tempore poſtquam per quatuor menſes fluxu continuo vexata fuiſſet, fœtum maſculum admodum debilem peperit, juxta Hippocratem, qui aphor. 60. ſect. 5. rectè docuit, dicens, ſi prægnanti purgationes menſtruæ curſum ſuum teneant, (hîcque non curſum ſuum tenuere menſtrua, verum per quatuor menſes continuos fluxere eadem) benè valere fœtum, eſt impoſſibile: & lib. de natura pueri text. 5. p. m. 136. menſes non prodeunt, ubi mulier conceperit intra ſe ipſam, ſi puer ſanus fuerit, & permanere debet: quod bis confirmatum videſis lib. de morbis mulierum text. 40. §. 2. & 5. p. m. 442. Intra ſeptimanam vero fœtus mortem obiit, Materque admodum debilis: quare ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam dedi.

Fœtum maſculum debilem enixa eſt.

Qui quoque brevi diem obiit.

Ob debilitatem puerpera.

Mixturâ cardjacâ.

℞. Aq. meliſſ. cum vino deſtillat. Cortic. citri ana ℥ij. Vit. compoſ. pag. 330. deſcript. ℥j. Ol. ex recentibus corticum aurantiorum extremitat. deſtill. gutt. iij. Confect. alkerm. abſque moſcho &c. ʒj. Spir. nitri dulc. gutt. xv. Julap. roſat. ℥j. MS.

Et ob ventris dolorem &c.

Unde optimè ſeſe habuit: aſt poſt quartam iterationem nihil fere quoad debilitatem profecit, ac ventris dolorem torminaque paſſa fuit: quare ſequenti modo mutatam mixturam exhibui.

Eâdem parum mutatâ uſa fuit.

℞. Aq. cort. citri Fœnicul. ana ℥ijß. Vit. compoſ. ſuperior. ʒvj. Spir. anticol. p. 278. trad. ʒij. Nitri dulc. aromatic. ℈j. Laud. opiat.

opiat. gr. ij. Tinct. ex flaved. cort. pomor. vulgò Chinenſ. vel Zinenſ. per ſpiritum ex vino Hiſpan. deſtill. parat. ℥ij. *Spir. rub. idæi* ℥j. MS.

Poſt ſecundam hujus mixturæ iterationem multum fuit corroborata, flatus emittendo, & brevi curata fuit. Tertiâ vero prærerpropter poſt puerperium ſeptimanâ intra biduum ita intumuit, ut duplo quidem craſſior evaderet, tali cum præcordiorum anxietate doloreque, ut jam jam diſrumpi videretur. Accerſitus ægramque hanc conſpiciens obſtupui, hujuſque ſubitanei affectus cauſam indagans, retulit Maritus, Uxorem per octiduum alvum non dejeciſſe, ac maximè de dolore diſtenſivo circa præcordia, ac ventris torminibus circa umbilicum conqueſtam fuiſſe: quare primò ſequentem clyſterem præſcripſi. Et convaluit. Verum poſt ſeptimanas aliquot. Valde intumuit. Quare ob alvum adſtrictam.

℞. *Rad. alth. Malv. ana* ℥iij. *Flor. chamomill. Sambuc. ana* M. j. *Bacc. laur. Extrem. cort. aurantior. Sem. cumin. Carui ana* ℥iij. Conciſa & contuſa coq. in ſ. q. aquæ communis; in colaturæ ℥viij. diſſolv. *Elect. de bacc. laur.* ℥ß. *Diaphœnic.* ℥j. *Ol. flor. chamom. Mell. virgin. ana* ℥ß. *Sal. gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter pro Fœmina. Clyſter fuit injectus.

Dum hoc clyſma conficeretur, ſequentem dedi mixturam anticolico-diaphoreticam, de qua ſingulis horis duo aſſumpſit cochlearia.

℞. *Aq. flaved. cort. citrior. Aurantior. cum vino deſtillat. ana* ℥j. *Spir. contra præcord. anxietat. p. 157. deſcript.* ℥ß. *Anticolic. p. 278. trad.* ʒij. *Salis armoniac. aromat. p. 238. præſcript.* ℈j. *Laud. opiat. gr. ij. Ol. ſtillat. cortic. aurantior. Macis ana gutt. ij. Syrup. fœnicul.* ℥ß. MS. Et mixturam anticolico-diaphoreticam uſurpavit.

Ex hujus mixturæ uſurpatione (antequam nempe clyſma eſſet injectum) nihil omnino profecit: aſt injecto clyſtere, ſemelque iterato, ter alvum depoſuit, ac incredibilem flatuum copiam emiſit, cum innumeris ructibus ſummo cum levamine: tumque eandem mixturam iteratam uſurpandam dedimus, de qua tria cochlearia unâ vice ſuâ ſponte aſſumpſit, ac blandus & copioſus inde ſecutus fuit ſudor, ſudoreque finito, nullam omnino præcordiorum anxietatem ſenſit, & curata fuit. Quorum beneficio. Flatus, ructuſque reddidit. Benè ſudavit & curata fuit.

Puella quædam decimum nonum vel vigeſimum jam agens annum, præ mœrore gravi in menſtruorum ſuppreſſionem, totiuſque corporis gravitatem, capitiſque dolorem gravativum continuò affligentem, febrem quotidianam continuam veſperi exacerbeſcentem, appetitus primò diminutionem, mox & totalem abolitionem, talemque præſertim exacerbeſcente febre incidit, ut animi deliquium ſæpius paſſa fuerit, vixque reſpirare valuerit. Accer- Puella ex mœrore. In menſtrua ſuppreſſa & præcordiorum anxietatem.

Imo animi deliquium &c. incidit.

ceſſitus pulſum vix obſervare potui: alvus ſatis quia erat laxa, hanc mixturam cochleatim uſurpandam dedi.

Quare mixturam antihyſtericam &c.

℞. *Aq. menth. Cort. citri ana* ℥iij. *Antihyſteric. p. 242. tradit. Spirit. diaphoret. 318. deſcript. ana* ℥ß. *Contra præcord. anxietat. jam jam citat.* ℨij. *Salis armoniac. aromat. ſæpius jam præſcript. gutt.* xxx. *Tinctur. croc.* ℨj. *Laud. opiat. gr.* ij. *Sal. volat. ſuccin. gr.* xij. *Syr. artemiſ.* ℥ß. MS.

Poſt hujus mixturæ iteratam uſurpationem præcordiorum anxietas in dies decreſcebat, blandèque ſemper ſudavit. Verum ob menſtrua ſuppreſſa, febrimque ſequentis pulveris doſin ſæpius veſperi cubitum itura ex vino calido aſſumpſit.

Et pulverem &c. uſurpavit.

℞. *Antim. diaphor. Ocul. Cancror. ana* ℨß. *Sal. rutæ Volat. ſuccin. ana* ℈i. *Spermat. ceti. Croc. optim. ana* ℈ß. *Borac. Venet.* ℈ii. *Ol. ſabin. ſtillat. gutt.* viij. MS. F. Pulvis tenuiſ. in octo doſ. divid.

Et curata fuit.

Cujus beneficio febris tandem evanuit, menſtrua ac appetitus rediere, poſtquam adhuc per tres circiter ſeptimanas maſsâ pilulari purgante, & vino medicato pag. 195. & 196. deſcriptis uſa fuiſſet.

Suffocatione hypochondriaca.

5. Suffocatio hypochondriaca: halitus enim & flatus, vaporeſve auſteri, acidive &c. ſuffocationem illam producentes diaphoreticorum ope vel corriguntur, vel diſſipantur; auſterique quoque ac acidi humores per ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ ut plurimum tutò blandèque temperantur. Nimirum quia ſæpiſſime hoc in caſu, quæ præſcribuntur, ſale volatili oleoſo conſtant. quæ ſpirituoſa ac volatilia oleoſa inter omnia auſteros acidoſque humorus alterantia facilè primas tenent. Confirmat hæc dicta noſtra ſequens caſus.

Mulier ex animi mœrore.

Mulier triginta ſex annos nata, pituitoſa, melancholica, ex gravi animi mœrore ob Mariti obitum contracto, incidit in menſtruorum ſuppreſſionem, lumborum dolorem fere intolerabilem, præcordiorum anxietatem gravem, tamque vehementem hypochondriacam ſuffocationem, ut reſpiratio quandoque ſublata videretur, in appetitus nunc diminutionem nunc adauctionem, imo brevi in febrem quotidianam intermittentem, ſemper circa horam octavam veſpertinam maximè & graviſſimè cum capitis dolore rodente affligentem. Poſtquam per tres circiter menſes ita graviter afflicta fuiſſet, noſtram poſtulavit opem, cumque dicta ſymptomata narraſſet, primò hilaritatem animi, quantum poſſibile, commendavi, ſequentemque mixturam dedi.

In menſtruorum ſuppreſſionem.

Febrem quotidianã &c. incidit.

Quare mixturâ antihyſtericâ.

℞. *Aq. ex flaved. cortic. citri deſtill. Puleg. ana* ℥iß. *Majoran. nobil.* ℥ij. *Vit. compoſit. jam jam citat.* ℨvj. *Spir. contra præcord. anxiet.* ℨiß. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xv. *ſuccin.* ℈ß. *Tinctur. croc.* ℨi.

Laud.

Laud.opiat.gr.j. Syrup.è ſucco foliorum card.bened.parat. ʒvi. MS.

De hac mixtura ſingulis vel alternis horis cochleare, ac circa ſextam veſpertinam ſequentem pulverem diaphoretico-antifebrilem aſſumpſit, blandèque inde ſudavit.

Et pulvere uſa fuit.

♃. *Bezoard mineral. Oculor.Cancr.ana* ℈ß. *Sal.armoniac. Volatil.ſuccin. Croci optim.ana gr.v. Rad.contrayerv.* ℈ß. *Ol.ex flavedine recentium corticum citri deſtillat. gutt.* ij. MS. F. Pulvis tenuiſſimus pro duabus doſibus.

Recidivam paſſa.

Poſt hujus pulveris mixturæque tertiam aſſumptionem & uſurpationem febris & præcordiorum anxietas, ſuffocatioque hypochondriaca propemodum evanuere; quare nulla quoque amplius uſurpare voluit medicamenta. Aſt tantum aberat, ut curata eſſet, ut etiam incideret in graviorem præcordiorum anxietatem & ſuffocationem hypochondriacam, appetituſque totalem abolitionem.

Tandem mixturam.

Iterum accerſitus eandem mixturam jam traditam exhibui tali cum ſucceſſu, ut intra ſeptimanam, præter menſtruorum ſuppreſſionem, febrem quotidianam, aſt minorem, & appetitus abolitionem, denuo curata ſibi videretur. Menſtrua provocandi, febrem tollendi, appetitumque abolitum excitandi gratiâ ſequens vinum medicatum laxans præſcriptum per tres circiter ſeptimanas vel paulò ulterius uſurpavit, febriſque evanuit, appetitus ac menſtrua rediere, præterquam quod bis terve pulverem p.196. traditum aſſumpſerit.

Vinum medicatum laxans.

♃. *Rad. gentian.* ℥ß. *Zedoar. Acori Angelic. ana* ʒij. *Fol. menth.criſ. Majoran.nob.ana* M.j. *Senn.ſ.ſtip.*℥j. *Summit.abſinth.* P.ij. *Bacc. laur.* ʒiij. *Cardam. min.* ʒij. *Cinnam. acut.*℥ß. *Croci optim. Tartari vitriol.ana* ʒij. Conciſa atque craſsè contuſa indantur cantharo lapideo, vel vitreo, affundanturque *Vin. Gallic. pint.*v.

Poſt ſufficientem digeſtionem uncias duas ac ſubinde tres pro doſi (inſtillatis prius de ſequenti guttulis duodecim) uſurpavit, ac ſemper inde poſt levem ſudorem quotidie ſemel biſve alvum depoſuit, ac curata poſtmodum fuit.

Et ſpiritum oleoſum uſurpavit & curata fuit.

♃. *Spir.contra præcord. anxietat. mox citat.* ℥ß. *Sal. armoniac. aromat.ſæpius jam præſcript.*ʒij. *Ol.ex flaved.cort. recent.citri deſtill. Menth.criſp.ſtill.ana gutt.*xx.MS.

Fluxu hepatico.

6. Fluxus hepaticus vulgò dictus (q), qui nihil aliud juxta plu-

(q) Nomen fluxus Hepatici ei affectui inditum à Veteribus, in quo cruenta per alvum proluvies loturæ carnium ſimilis ſine ullo ventris dolore, ac inteſtinorum cruciatu excernitur; ea, ut opinor, ratione ducti, quod hepar plerumique malè affectum in eo morbo deprehenderint. Hinc ſemper apud eos firma hæc manſit opinio, nunquam eſſe iſtiuſmodi fluxum ſine hepatis culpa, quod tanquam hæmotoſeos officinam, ac præcipuum inſtrumentum reſpiciebant. Hoc vero fecit, ut recenſiores Medici nomen illud fluxus Hepatici ex præjudicata tantum animi opinione apud Veteres fluxiſſe putaverint, atque omni alio examine neglecto aliunde fluxum

plurimos Medicos eſt, quàm apertio arteriarum ſplenicarum, quibuſdam hæmorrhoidalium ſuperiorum, quem à ſero copioſo ſanguini admiſto, vaſaque relaxante deducunt graviſſimi Medici. Conveniunt ergo hoc in affectu ſerum minuentia medicamenta, quæ inter excellunt ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in forma ſicca in primis exhibita, roborantibuſque ſubauſteris mixta.

Hydropis ſpeciebus omnibus.

7. Hydropis (r) ſpecies omnes, teſte Valeriolâ & Horatio Reſero apud Scolzium, qui varios anaſarcâ & aſcite laborantes ſolis ſudoriferis in primis ex guajaco &c. confectis curarunt. Sudorifera enim ut plurimum quoque ſunt diuretica, imo ſæpius obſervavimus, ἱδρωτικὰ exhibita, ſudores ſi non provocarent, urinas maxima in copia provocaſſe: minuunt quoque ſerum ſanguinis quammaximè, ob-

---

fluxum illum ortum trahere pro certo habuerint. Quum autem rara adeo ſit morbi hujus obſervatio, ut non pigeat præclariſſimum Sylvium fateri, nunquam eum in ſua praxi obſervaſſe, nec proinde magna cadaverum copia ſuppetiit, in quibus exenteratis affectus ſedes quæreretur; paulò ideirco obſcurior, minuſque cognita ejus jacuit natura. Verum vix induci poſſum, ut credam, veteres Medicos, qui naturis morborum perquirendis tantam navarunt operam, ut eos tanquam Duces in hoc negotio facilè ſequamur, ex opinione dumtaxat, ſive quadam conjecturâ de hoc morbo judicaſſe, eique Hepatici fluxus nomen indidiſſe. Sed poſt obſervata Caroli Drelingurtii, non minus in Practicis, quàm in Anatomicis peritiſſimi, non eſt amplius, cur dubitemus, quin fluxus [illegible] cus ex hepatis vitio immediatius deſcendat. Nam quum plures eo morbo denatos aperuiſſet, hepar eorum ad inſtar pomi putris corruptum contrectantibus digitorum apicibus ceſſiſſe, & ad contactum levem diffluxiſſe comperit. Quum autem hepar ſanum, & benè conſtitutum niſi aliunde labem arripiat, ſponte ſuâ nunquam putreſcat; omnino neceſſe eſt, ut morboſa ejus affectio à perluentibus ſuccis oriatur. Ut ergo circa morbi hujus exortum congruentiores proferam cogitationes, putaverim, ſanguinem ſolito ſeroſiorem hepatis texturam perinde laxare, ut primò tenuius ejus ſerum per ipſius glandulas diffluat; tum craſſius, ac denique ſanguis ipſe dilutus filtretur. Cruenta autem hæc proluvies ex ſuis vaſis jam aberrans, impetu præſertim diaphragmatis ſollicitata, bilis curſum ſequitur, & per poros biliarios, perque ductum hepaticum in cavitatem inteſtinorum delabitur. Quum vero hepar proluvie illâ perpetuò madeat, quæ per univerſam ipſius ſubſtantiam, tanquam per ſpongiam, infiltratur; palam eſt, ipſius glandulas à ſe invicem diſnecti debere, & inſtar carnis in aqua maceratæ contabeſcere; ut proinde mirum non eſt, ſi poſt mortem ægrorum, ceu putre pomum, facilè diffluant. Hinc liquet, quomodo ex unica hepatis atonia ad ſapientiorum Veterum mentem, ut optimè notat Ludovicus Duretus in commentaria Coacarum Hippocratis enucleatione, fluxus Hepaticus deſcendere poſſit. Interim vero non eſt reticendum, quod hujuſmodi atonia in aliis etiam corporis partibus à ſeroſiori quoque ſanguine contingere poſſit; atque adeo quandoque urinas cruentas, quandoque ſudorem rubrum, plerumque ſanguinem dilutum à Mulieribus per uterum excerni. Neque negandum, quod vaſa meſeraica atoniam illam etiam ſubire poſſint, & eouſque relaxari, ut ſeroſum ſanguinem ad alvum tranſmittant: quod fere totum eſt, quod ſub Hepatici fluxus nomine à Modernioribus traditur; quodque Veteres non latuiſſe puto, quum aliam Hepatici fluxus ſpeciem poſuerint, quem ſpurium appel- [illegible] autem morbi hujus idea abundè, opinor, conſtat; quod ſi recens ille ſit, ſpem certiorem curati[illegible] ſi vero jam invaluerit, & ipſius hepatis ſubſtantia ſemiputris diffluat, tunc generoſam quoque medicinam eludat. Liquet vero narcot ca, & adſtringentia minus hìc, quàm in cæteris alvi fluxibus, convenire, quum ſuppreſſa per aliquot horas effluvii copia majori poſtmodum fluxus ubertate compenſetur. Id enim ſanè oportet, ut hepar corroboremus, & ab imminenti corruptione per amara præſertim immune illud præſtemus; atque ſanguini debitam conſiſtentiam conciliemus, & copioſum ipſius ſerum diminuamus, cui præcipuè diaphoretica medicamenta inſerviunt, quæ largiorem ejus copiam per cutaneas glandulas expellunt. At vero ad colluviem hepatis educendam, quæ diuturniori incubatione certam ei putredinem minaretur, in morbi ſaltem infantia rhabarbarum modicè torrefactum cum nuce moſchata permiſerim: quod tamen malo invaleſcente cavendum eſt, ne ruinoſum hepatis contextum novis arietibus conteramus. Si mea autem me non fallit opinio, radix Ipecacuanha, quæ tot laudibus in cruentis excretionibus effertur, morbi hujus radices citius præcider; & optarem, ut à peritioribus in praxi Viris periculum ejus ſumeretur.

obſtructioneſque aperiunt, à quibus obſtructionibus præſertim gravibus & contumacibus ut plurimum hydrops exoritur, ut docuit Lazarus Riverius lib. 11. cap. 6. de hydrope p. m. 43. In primis ergo conveniunt, reliquis medicamentis non neglectis, ἱδρωτικὰ & διαφορητικά, quia ſerum qualitate quantitateque peccans alterant, & per ſudores vel urinas expellunt, vaſaque omnia interna corrobo-

(r) Tametſi Hydropis ſæpius mentio facta ſit, & plura ejus exempla Auctor noſter paſſim interſeruerit; tamen ipſius naturam paulò clariùs enodandam, & Lectorem noſtrum circa omnes ejus cauſas monendum putavimus. Quibus curta eſt in re Medica ſupellex, facilè ſibi perſuadent, maximam hujus morbi ac principaliorem partem in partium corporis intumeſcentia à latentibus aquis conſiſtere; ut proinde rectè ſe gerere pro ejus curatione credant, ſi aquas omnes educere ſtudeant. Sed erroris ſui ſtatim commonefiunt, poſtquam viderint, majorem aquarum gurgitem patientis corpus altiùs attollere, itaut potius eas convocaſſe, quàm diſpuliſſe videantur. Non minus enim Hydrope laborat, cui univerſum corpus, vel aliqua ejus pars à nimia ſeri copia intumuerit, quàm, qui aridum habens corpus, vel per renes, vel per alvum, vel per cutim ſtupendam humoris ſeroſi colluviem excernat. Idque clarius evincit, quod ſuppreſſâ evacuatione illâ, protinus partium corporis tumor appareat. Præcipuam ergo Hydropis rationem in ſanguinis inertia conſiſtere arbitramur, quæ partium corporis à lentiori humore intumeſcentiam pediſſequam habet. Huic autem inertiæ tum præcipuè favet imbecillitas cordis, aliarumque partium ſolidarum, cum maximè illam fovet alimentaria ſubſtantia, quæ ex crudioribus compacta particulis, & activis principiis omnino deſtituta, tantum abeſt, ut in ſanguinem delata ipſius fermentationem inſtauret, per quam ſubigi, & ipſi aſſimilari poſſit, ut potius vigorem ejus obruat ac magis labefactet. Etenim operationes omnes, quæ conſervationem corporis reſpiciunt, ita ſunt cum ſanguinis vigore colligatæ, ac conjuratæ, ut fieri non poſſit, quin ex ipſius inertia motus cordis langueat, reliquarum partium ſolidarum robur infirmetur, ſpirituum valor dejiciatur, glandularum textura depravetur, & fermentorum activitas vileſcat. Et viciſſim, ſi cor lentiùs ſanguinem per arterias proijciat, adhuc ſegniùs per venas corporis partes illum impellant, glandulæ munere ſuo non fungantur, chyluſque ipſum novis ſpiritibus non ditet, ſuoque contagio ipſius fermentationem non vigoret, omnino neceſſe eſt, ut ejus vigor corruat & concidat. Itaque quum ſanguis non ritè ſubactus & comminutus, ac prorſus iners ad partes corporis deferatur, neque valeant cordis vires illum conterere, ac validè proijcere; quiſque facilè videt, ſerum ipſius craſſius, & alimentariam ſubſtantiam primò in carnium interſtitiis ſubſiſtere debere, mox vaſa lymphatica euſque implere, ut tandem iſta diſrupta in cavitatem aliquam corporis contentam materiam effundant. Non eſt autem à ratione alienum, ut illa ſubſiſtentia in partibus à corde remotioribus, veluti pedibus, primùm videatur, & Hydrops in iis primò ſeſe manifeſtet, tum deinde in aliis lentus humor exuberet. Nam cordis vis projectilis pro ratione diſtantiæ minuitur, atque adeo tardiùs ſanguis à pedibus, quàm à partibus vicinioribus regreditur, faciliùſque lentior ipſius ſubſtantia in iis pedem figit. Inter cauſas autem, quæ ſanguini inertiam conciliare poſſunt, primò ſunt morbi acuti, à quibus ſanguinis vigor adeo labefactatur, ut ſæpius ij Hydropem poſt ſe trahant; & præſertim ſi per gelidam aquam uberiùs hauſtam eorum furor conquieverit, qui mos noſtris hiſce in Regionibus malo ægrotantium ac Medicorum fato jam undique gliſcit. Morborum enim acutorum ea eſt natura, ut vehementioribus fermentationibus principia ſanguinis activa deſtruant, & robur cordis velocioribus projectionibus labefactent. Secundò etiam morbi chronici ac diuturniores ſanguini debilitando ut plurimum operam commodant: ſed præſertim ad Hydropem diſponunt Aſthma & Palpitatio cordis, à quibus id gravius eſt, quod ſanguinis curſus in vaſis majoribus impediatur. Tertiò nimia ſanguinis detractio per venæ ſectionem, aut per vaſa aperta ſponte ac liberalius ipſe fluens huic morbo occaſionem præſtat: quemadmodum quævis alia evacuatio diuturnior per alvum, per renes, aut per cutim debitum ſanguini vigorem detrahit, & ad morbum illum diſponit. Præterea oritur Hydrops ex omnibus iis cauſis, quæ naturalia viſcera ita lædunt, ut alimentariam ſubſtantiam rectè conficere deinceps non valeant: inter quas potior eſt perdita ſpirituoſos liquores ingurgitandi conſuetudo, qui naturalia corporis fermenta deſtruunt, ac ſpiritus diſſipant. Jam antea vero pag. 190. monuimus, minimam curationis Hydropis partem à purgatione expectandam eſſe; ſed eam potius ad umbilicum ducendam iis medicamentis, quæ inertiam ac ſegnitiem humorum diſpellunt, ſanguinis fermentationem inſtaurant, cordis robur reficiunt, obſtructa viſcerum vaſa recludunt, & conſuetas corporis excretiones promovent. Inter quæ optimo quoque jure diaphoretica ſunt reponenda, & præſertim quæ partibus volatilibus ſcatent, ut pote quæ humorum maſſam exagitare, & cordis impetum vigorare valent.

borant, ſicque novam ſeroſorum humorum productionem prohibent. Dicta ſequentes caſus ſatis comprobant.

Vir ob ſtomachi dolorem gravativum poſt cibos ingeſtos.

Vir quadraginta ſex annorum, melancholicus, appetitu jam paululum adaucto, jam plurimum vero diminuto diu afflictus, aſſumpto cibo ſive durioris ſive levioris concoctionis gravativum ſubinde ſtomachi dolorem obſervabat: quare vinum abſinthites per ſeptimanas aliquot matutino tempore uſurpavit, ac poſt meridiem vinum Gallicum generoſum, & quidem copioſè, cujus beneficio appetitum magis vigere, imo & cibos ingeſtos melius digeri putabat. Itaque cum ſæpius Baccho indulſiſſet, Helluonum more, tandem pedum quædam intumeſcentia, veſpertino tempore in primis ingraveſcens, inſecuta eſt. Verum hanc flocci pendens, more ſolito ſe ingurgitare non deſtitit, unde quoque tumorem & duritiem in hypochondrio dextro primò quidem levem, ſed in dies accreſcentem contraxit, cæteris corporis partibus macreſcentibus, inprimis quoad faciem, quam non tantum hippocraticam vidimus, ita ut adſtantibus Simia non Homo videretur; ſed non longè poſt hydropis ſpecie, quæ aſcites dicitur, cum ſcroti incredibili intumeſcentia correptum omnes meritò judicarent. Acerſitus præter reliqua medicamenta, plurimis liquidis interdictis, bis ad minimum unaquaque ſeptimanâ tincturam radicum jalappæ & bryoniæ &c. ſequenti modo paratam præſcripſi.

Primò vinũ abſinthites in quantitate aſſumpſit.

Mox Baccho nimis indulſit.

Unde in hypochondrii tumorem ac duritiem.

Tandemque in hydropẽ aſcitem incidit.

Quare hauſtum purgantem ex jalappa, bryonia &c. aſſumpſit.

℞. *Tinctur. radici. jalapp. Gumm. guttæ. Bryon. ana* ℥ij. *Sal. volat. oleoſ. gutt.* xx. *Ol. bacc. junip. ſtill. gutt.* iij. MS. F. Hauſtus. Quo aſſumpto incredibilem ſemper flatuum ac ſeri una cum excrementis copiam reddidit, ſummo ſemper cum ſolamine.

Totum abdomen ſequenti linimento inungi curavi.

Abdomini linimentum inunxit.

℞. *Unguent. de arthanit. Agripp. ana* ℥jß. *Ol. de capparib. Mucagin. lilior. alb. ana* ℥j. *Philoſophor.* ʒß. MS. F. Linimentum.

Ac ſacculũ ſcroto applicuit.

Scroto primò applicari juſſi cerotum ex cumino & radice iridis Florentinæ, poſtea ſacculum ex floribus ſambuci, roſarum rubrarum, cortice ligni quercini, ſemine cumini &c. aquâ vitæ Matthioli irroratum, quorum etiam beneficio valde illud detumuit ſummopere corrugatum.

Præterea de ſequenti vino medicato aperiente diuretico, ſimulque laxante quotidie mane & veſperi hauſtulum aſſumpſit, additis unicuique doſi guttulis octo balſami ſulphuris terebinthinati.

Ac vinum medicatum aperiens.

℞. *Rad. irid. noſtrat. Apii. Enul. campan. Jalapp. ana* ℥ß. *Cortic. med. ſambuc. Ebul. ana* ʒvj. *Lign. ſaſſafra. Guajac. ana* ℥iij. *Fol. eupator. cannabin. Soldanell. ana* M. j. *Summit. abſinth. Centaur. min. ana* p. ij. *Baccar. junip.* ℥j. *Semin. aniſ. Fœnic. Extrem. cortic.*

au-

aurantior. ana ʒiij. *Agaric. albiſſ. Limatur. chalyb. nodulo incluſ. ana* ℥ß. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Rhenan. vetuſtior. pint.* vj. Cujus beneficio alvus quotidie ſemel biſve reſpondebat, ac urinam turbidam ſatis copioſè excrevit.

Tandem ſequenti uſus fuit bolo cum vino Rhenano calido.

℞. *Pulp. caſſ. fiſtul. recens extract.* ʒii. *Vitriol. Cyprin. ſubtiliſſ. pulv. gran.* ij. MS. F. Bolus. Bolumque ex vitriolo cyprino.

Quo uſurpato, in principio valde nauſeabundus, imo eodem penè quo ſumpſerat momento ſemel atque iterum evomuit: verum poſtea retinuit, multaſque aquas per veſicam reddidit ſummo cum emolumento. Sed notandum, doſin vitrioli Cyprini in dies fuiſſe adauctam, imo in majori vel minori quantitate, prout magis minuſve nauſeabundus eſſet. Vile videtur medicamentum, ſed magnæ in hydrope aſcite efficaciæ, quod expertus teſtor.

Ultimò nonniſi ſequens decoctum diaphoreticum ſimulque diureticum mane & veſperi cubitum iturus ad uncias tres quatuorve calidè uſurpavit, ac benè & moderatè tectus optimè ſemper inde ſudavit, ac urinas plurimas quoque reddidit.

℞. *Rad. angelic. Apii Lupul. ana* ℥ß. *Irid. Florentin.* ʒvj. *Raſur. lign. ſaſſafr. Cortic. ejuſd. Lign. guajac. ana* ʒiij. *Flor. ſambuc. p.* ij. *Baccar. junip.* ʒv. *Sem. urtic. Roman. Fœnic. Flaved. cortic. aurantior. ana* ʒijß. Conciſ. & contuſ. affund. *Aq. commun. Vin. Rhenan. ana q. ſ.* Vaſis optimè clauſis coq. ſ. a. ad colatur. pint. iij. in quibus diſſolv. *Syrup. quinque radic. Card. bened. ana* ℥ij. *Sal. volatil. oleoſ.* ʒij. MS. F. Apozema. Tandemque nonniſi decoctum ſudoriferū ſimulque diureticum uſurpavit.

Horum & ſimilium medicamentorum ope brevi aſcite fuit liberatus. Tandem nil niſi infuſione radicis chinæ in taleolas conciſæ cum lacte dulci & ſaccharo paratâ uſus fuit, & brevi obeſus denuo factus. Et curatus fuit.

Juvenis viginti octo annos natus, pituitoſus, vitam ſedentariam agens, valde conquerebatur de dolore omnium artuum gravativo, in primis veſpertino tempore, ac aere nebuloſo, nauſeâ & quidem mane, verum aſſumpto hoc vel illo liquore evaneſcente, reſpiratione difficiliori, arthritico dolore ſed vago, niſi in cruribus magis fixo, ventriculi ac hypochondriorum doloribus & expanſionibus valde moleſtis, tuberculis nonnullis induratis circa tibias, & tumoribus ut plurimum œdematoſis circa pedes, necnon de ſopore profundiori, ſiti, viribus proſtratis, artuum tremore ac laſſitudine ſpontaneâ, imo maculis rubris purpureiſque, & ſimilibus ſymptomatibus, ſicque totus fuit ſcorbuticus factus. Variis & vulgaribus medicamentis antiſcorbuticis fruſtra uſurpatis, Medici cujuſdam auxilium imploravit, qui unicum & certiſſimum ſcorbuti remedium Juvenis vitam ſedentariam agẽs. Totus ſcorbuticus factus.

 ſali-

Medici cujuſdam conſilio pilulas mercuriales aſſumpſit.

ſalivationem eſſe audacter affirmabat, & brevi curationem plenam pollicebatur. Credulus hic Juvenis obtemperat, pilulaſque quaſdam mercuriales ter quaterve aſſumpſit, & intra triduum ſalivare cœpit, ſicque per tres fere ſeptimanas in ſalivatione continuavit; quo tempore nocte dieque de doloribus intolerabilibus conquerebatur: quare Medicus ſalivationem cohibere coactus fuit, & nec ipſis opiatis, nec emulſionibus, aut ſimilibus medicamentis dolores tollere poterat. Cohibitâ tandem ſalivatione, curationis loco, tumorem ingentem ac durum in dextro hypochondrio, imo totum hepar induratum, pedum intumeſcentiam in primis veſpertino tempore, imo brevi aſcitem; ac ſcrotum valde intumefactum obſervavit: quare indignabundus valedixit priori Medico.

Ac ſalivatio ingens ſecuta eſt.

Quâ tandẽ ſedatâ in hydropem aſcitem incidit.

Acceſſitus, dictaque audiens, mirabar ſummopere hanc ſcorbutum curandi methodum: quare primò hoc decoctum, & ſequentia dedi medicamenta externa & interna.

Quare curationis ergo apozema aperiens diaphoreticum

♃. *Radic. aſparag. Lapat. acut. ana* ʒvj. *Irid. Florentin. Petroſelin. Lupul. ana* ℥ß. *Salſ. parill.* ℥j. *Raſur. lign. ſaſſafras Cortic. lign. ejuſdem. Guajac. ana* ℥ß. *Folior. agrimon.* M. ß. *Sem. urtic. Roman. Baccar. junip. Sem. fœnic. dulc. ana* ʒv. Conciſa atque contuſa coq. ſ. a. in ſ. q. *Aq. commun. Vin. Rhenan.* ad colatur. pint. jv. quibus add. *Rob. baccar. ſambuc.* ℥iijß. MS. pro Apozemate. Hujus apozematis ter de die uncias tres aſſumpſit, unicuique doſi inſtillabat tincturæ tartari guttulas viginti: unde benè ſubinde ſudavit, & urinas ſed valde intenſas reddidit.

Hypochondrio dextro hoc impoſitum fuit cerotum.

Cerotum hypochondrio dextro.

♃. *Gumm. ammoniac. aceto diſſol. Emplaſtr. de baccis laur. ana* ℥iß. *Rad. irid. Florentin. ſubtiliſſimè pulv.* ʒiii. *Semin. cumin. ſubtiliſ. pulver.* ʒij. *Ol. de cappar. q. ſ.* MS. F. Cerotum.

Deinde quoque bis in ſeptimana hauſtum hunc purgantem uſurpavit.

Hauſtum purgantem.

♃. *Tinctur. radic. jalapp.* ʒv. *gumm. gutte.* ʒiß. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. *Aq. fœnic. Syrup. ejuſd. ana* ℥ß. MS. F. Hauſtus.

Optimè ſemper alvum hoc aſſumpto purgante decies imo duodecies multis cum flatibus depoſuit: tum quoque vitriolum Cyprinum in forma pilulari ad grana tria primâ vice, doſin dein continuò augendo, exhibui; ſed quoque in principio ter evomuit, poſtea retinuit multaſque aquas reddidit.

Ultimò nonniſi vino medicato mox præſcripto, verum hoc modo parum mutato, & bolo diaphoretico ſequenti uſus fuit.

Vinum medicatum aperiens diureticum.

♃. *Radic. ireos noſtr.* ℥j. *Enul. campan. Armorac. Vincetoxic. ana* ʒiij. *Cortic. median. ſambuc.* ʒvj. *Lign. ſaſſafraſ.* ℥ß. *Fol. agrimon. Soldanell. Cochlear. Matricar. ana* M. j. *Senn. mund.* ʒv.

Sum-

Summit.centaur.minor. p. ij. *Baccar.junip.* ʒvj. *Gemmar. ribeſior. nigr.* ℥iij. *Semin. leviſtic. Carui ana* ℥ij. *Agaric. albiß. Limatur. chalyb.nodulo incluſ.ana* ʒß. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Rhenan.pint.*vj.

Doſis erat hauſtus trium unciarum, nempe mane jejunè, & horâ quartâ pomeridianâ, inſtillatis guttulis viginti de ſequenti ſingulis doſibus.

℞. *Sal.volatil oleoſ. Spirit.cochlear.ana* ℥ij. MS.

℞. *Elect.diaphor. pag.*319. & 320. *tradit.*℥iß. *Antim. diaphor. Ocul. cancr. ſubtiliſſimè pulveriſ. ana gran.* xij. *Sal.geniſt. Scord. Croc. optim.ana gran.*vj. MS.F.Bolus.

Bolumque ſudoriferũ adhibuit.

Quorum omnium beneficio alvum benè depoſuit, urinas multas reddidit, benè ſudavit, ac intra ſeptem ſeptimanas curatus ſummas mihi egit gratias.

Et curatus eſt.

Febribus continuis & intermittentibus.

8. Febres continuæ & intermittentes omnes (s): verum in illis blandè agendum, ſudorifera enim vehementiora obſunt omnia ſemperque, natura ducenda non vero cogenda, *omnia ſpontè fluant, abſit violentia rebus*. Sudores namque febrem ut plurimum finiunt; præſertim ſi in diebus decretoriis exoriantur: quare optimi, & ſaluberrimi, citiſſimeque febrem ſedare cenſentur illi ſudores, qui decernentibus diebus contingunt, qui ſæpiſſime febrem ex toto finiunt, ut legimus apud Hippocratem lib. de judicationibus in principio p.m.438. & prænotion. text.5. p.m.451. ut & aphor. 36. ſect.4. ſudores, inquit Senex, febricitantibus boni, qui manare cœpe-

(s) Quod diaphoretica medicamenta Febribus conveniant, iiſque admodum utilia eſſe conſueverint, res eſt, ut opinor, quæ à nemine inficiari poteſt. Verum hac occaſione non poſſum me temperare, quin eos redarguam, qui omnium Febrium curationem in ſudoriferis reponunt; ut proinde ſudori tantum proliciendo omnem navent operam, & ſtudium ſuum collocent. Verum quid magis apertius eſt, quàm nonnullas Febres, & fortaſse frequentiores, quæ genus Humanum invadunt, ex putri meſenterii, & adjacentium viſcerum cacochymia ſubnaſci; atque adeo longè magis in iis præſtare morbificam materiam per alvum ducere, quàm ſudoriferis eam in venas impellere? Mirabili enim naturæ conſilio factum eſt, ut omnia fere abdominis viſcera cum inteſtinis communicent, atque in eorum cavitatẽ recrementa ſua tranſmittere valeant, ſicque ſanguinem non coinquinent. Sed euſque proceſſit horum Hominum inſania, ut ad ſudorem, quàm fieri poſſit, ocyus & copioſiùs excitandum, medicamentis maximè volatilibus, & calidiſsimis non parcant; à quibus ſanguis ita exardeſcit, ut ſæpiſſime videas mitiores Febres in acutas converti. Hanc ineptam medendi rationem, ut nimium in calidioribus remediis poſitam, jure optimo carpit doctiſſimus Sydenhamius. Quid enim, ait, eâ curandi methodo aſſequuntur Medici, niſi ut calidiſsima quæque exhibendo, ſudoreſque affatim provocando, concitatior fiat ſanguinis motus; unde Febre paulatim invaleſcente, & cerebrum tandem occupante, deliria nervorumque diſtenſiones, ſi non accerſi, ſaltem haud arceri videmus. Ego vero miratus ſemper fui, quod licet in libris Epidemicorum Hippocratis multæ Febres dicantur per ſudorem ſublatæ; nihilotamenminus ne verbum quidem ullum apud ipſum, multò minus apud Cornelium Celſum, reperitur de medicina ad illum provocandum accommodatâ. Unde liquet, quod medicamenta diaphoretica intro ingeſta adeo fuerint Veteribus inuſitata, ut quantum boni in Febribus ex ſudoribus hauriebatur, id omne ex natura dumtaxat profectum exiſtimandum ſit. Verum ab Arabum temporibus cœpit diaphoreticorum ſylva adoleſcere, qui novis ſemper Medicorum conatibus in ejus generis medicamentis conquirendis eò jam devenit, ut penè magnitudine laboret ſuâ.

perint die tertio, quinto, ſeptimo, nono, undecimo &c. ii enim ſudores morbos judicant. Natura igitur febres per ſudores materiam peccantem expellendo quia curat, meritò ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in febribus curandis laudantur: quæ enim educere oportet, quò maximè vergunt, eò ducenda eſſe per loca convenientia, docuit venerandus Senex aphor. 21. ſect. 1. & aphor. 25. ejuſdem ſectionis, ſi qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt. Sudorifera blanda, aſt non omnia ac ſingula, ſed pro ratione morbi, materiæque peccantis diverſitate diverſa, præterquam quod in eo naturam hâc ratione ut plurimum, materiam febrifugam expellendo, febrem curantem imitentur, ſimul quoque nimium rareſcentem vel efferveſcentem ſanguinem vel condenſando, vel compeſcendo, omnemve acredinem vel temperando, vel venæ ſectione auferendo, vel halituoſo-flatulentum diſcutiendo, ortumve illius præcavendo, humoreſve qualitate peccantes alterando, corrigendo, obſtructioneſve tollendo, pituitoſos viſcidos nempe humores ſolvendo, attenuando, incidendove, acidioremve vel auſteriorem humorem temperando, bilemve acriorem vel ſolito plus oleoſam &c. alterando, & per conſequens vitioſam efferveſcentiam emendando, ſudores provocant, febreſque ut plurimum citò, tutò, & jucundè curant, tolluntque.

Qui ſudores ſpontanei in febribus optimi.

Sudorifera in febribus qualia eſſe debeant.

Animus eſt, hiſce obſervationem unam atque alteram de febribus &c inſerere.

Vir plusquam quadragenarius, pituitoſus, circa æquinoctium vernale diu vento boreali ac nebuloſo acriter flante ambulans, ſudore jam diffluens, & ob copioſum ſudorem valde ſitiens, cereviſiam avidè hauſit; mox linteaminibus mutatis, ac foco aſſidens, ingens frigus ac dolorem per univerſum corpus rodentem, ac poſt ſeſquihoram calorem intolerabilem, capitis dolorem pulſantem & ſubinde rodentem, ſubſequente autem ſudore maximo, doloris magnam diminutionem obſervavit; cumque ita per triginta horas decubuerat, ſurrexit, reſtitutus ſibi viſus. Verum poſt tres circiter horas ingens denuo frigus, calor, ſudor &c. ipſum invaſit, tanto cum omnium corporis partium dolore, ut omnes fuſte quaſi conquaſſatæ viderentur, quo ſecundo paroxyſmo ita fuit debilitatus, ut vix artus movere, aut pedibus incedere poſſet. Acceſſitus adhuc febricitantem, alvo adſtrictâ laborantem, ſitibundum ac debilem inveni, ac mox ſequentem clyſterem præſcripſi.

Vir ſudore diffluens cereviſiam avidè hauriens &c.

In febrem tertianam continuam variis ſymptomaribus affligentem incidit.

♃. *Decoct. emoll. & carmin. vulg.* ℥jx. *Elect. diacathol. Confect. Hamech. Mell. anthoſat. ana* ʒvj. *Sal. gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter pro Viro.

Quare primò enema fuit injectum.

Quo injecto, ter alvum depoſuit. Circa meridiem venæ ſectio

fuit

fuit inſtituta ad uncias ſex: ſummo cum levamine: interim ſubinde cochleare aſſumpſit de ſequenti mixtura. Venæ ſectio inſtituta.

℞. *Aq. meliſſ.* ℥ij. *Card. bened. Betonic. ana* ℥j. *Cardiac. ſequent.* ℥ß. *Confect. alkerm. cum ambra & moſcho* ʒij. *antim. diaphor. Sal. ſcord. ana gran.* xv. *Julap. roſat.* ℥vj. MS. Mixtura cardiaca diaphoretica.

Ante paroxyſmum cum vino calido Rhenano generoſiori hoc bolo antifebrili fuit uſus.

℞. *Electuar. diaphor. mox citat.* ʒiß. *Extract. radic. gentian.* ℈j. *Sal. card. bened. Prunell. Antim. diaphor. ana* ℈ß. MS. F. Bolus. Ac bolus ſudoriferus exhibitus.

Quo uſurpato, paroxyſmus non quidem tantus, ſed tamen rediit, febremque tertianam continuam obſervabam cum virium jactura. Quare non tantum medicamenta, ſed & alimenta, cibos nempe euchymos & eupeptos neceſſarios, imo ſæpius ſed minori copiâ aſſumendos præſcripſi: ſæpius quoque cochleare unum alterumve vini Rhenani vetuſtiſſimi cum flavedine corticum pomorum Zinenſium & ſaccharo cannarino calefacti uſurpavit.

Veſperi de ſumma præcordiorum anxietate conquerebatur: quare denuo enema fuit iteratum, & ſequentem exhibui pulverem. Ob ſummã præcordiorum anxietatem &c.

℞. *Lapid. bezoar. occid. gran.* xv. *Radic. contrayerv. Sal. ſcord. ana gran.* vj. *Croc. optim. gran.* jv. MS. F. Pulvis tenuiſſ. Pulverem ſudoriferũ.

Cujus beneficio parum ſudavit, verum nullo cum levamine. Mane enema denuo iteratum, unde alvum bis dejecit, tumque pulveris Comitiſſæ Kent p. 317. deſcripti ſemidrachmâ fuit uſus, immediatè nempe poſt meridiem, & veſperi.

Interim pro potu ſequens decoctum dedi.

℞. *Radic. ſcorzoner.* ʒijß. *Corn. Cerv. raſpat.* ℥vj. *Pomor. Zinenſ. conciſ. no.* ij. *Flor. calendul. p.* ij. Coq. ſ. a. in ſ. q. aq. commun. Colatur. pint. ijß. add. *Julap. roſat.* ℥ij. *Lapid. prunell.* ʒß. MS. Ac decoctũ &c. præſcripſimus.

Verum hiſce & ſimilibus pluribus aliis medicamentis febrifugis, apozematibus, pulveribus, bolis, &c. imo ex china china etſi paratis, jam fruſtra adhibitis, & ægro de præcordiorum anxietate graviſſima conquerente, aphthas veritus ſum, præſertim quia fauces rubentes, parviſque puſtulis hinc inde obſeſſas obſervabam. Quare infuſionem lapidis vulgò Pedro del Porco (magni etſi pretii) exhibui, unde ſummo cum levamine intra horam ſudavit, ac poſt ſudores ter alvum depoſuit: quare novam infuſionem ejuſdem lapidis rogavit, terque aſſumpſit, ac ſingulis vicibus poſt ſudores ter quaterque alvum dejecit; (quod ſæpius jam obſervavi, poſt ſudores nempe bis terve alvum depoſuiſſe ægros, aſſumptâ illâ infuſione) nullamque febrem, dolorem, anxietatem poſtea obſervavit, brevique curatus fuit. Dicta pluribus obſervationibus confirmarem, ſed brevitati quia ſtudeo, plures jam non addam. De aqua quadam

Sed fruſtraneo eventu.

Infuſione lapidis vulgò Pedro del Porco curatus.

dam

dam cardiaca quia mentionem feci, en ejus deſcriptionem.

AQUA CARDIACA.

Aquæ cardiacæ deſcriptio.

℞. *Radic. angelic.* ℥iij. *Folior. meliſſ. recent. Baſilic. ana* M.ß. *Flaved. cortic. limon. dulc.* ℥j. *pomor. Zinenſ.* ℥x. *Raſur. ſantal. citrin.* ℥ij. *lign. Rhod.* ℥ß. *Croc. optim.* ℈ii. *Cinnamom. acut.* ℥j. *Caſſ. lign. acut.* ℥vj. *Ambr. gryſ. gran.* vj. Conciſ. atque contuſ. affund. *Aq. roſar. fragrantiſſ. Meliſſ. odoratiſſ. ana pint.* ß. *Vin. Rhenan. pint.* ii. Vaſis arctiſſimè clauſis digeratur per quatriduum, tumque leni igne deſtilletur ad ſiccitatem abſque empyreumate, parumq; edulcoretur *Syrup. rubi idæi q. ſ.* MS.

Mentionem fecimus pag. 324. de regulo antimonii medicinali vomitum facilè quod excitet, ſi nempe in aqua pluviali &c. non conſervetur: quare multorum loco unicum tantum hunc caſum addidi.

Juvenis poſt fructus horarios in appetitum adauctum &c. incidit.

Juvenis viginti quatuor annos natus, temperamento bilioſus, fructibus horariis plus ſolito ob ingentem æſtum uſus, vehementer eſurire cœpit: verum cibo aſſumpto, etſi modicè, confeſtim dolore præcordiorum gravativo per quatuor circiter horas afflictus eſt: dolore ceſſante, denuo appetitus quaſi adauctus, dolor autem exacerbatus, aſſumpto modo juſculo vel ſimili potulento eſculentove; ſicque per tres circiter ſeptimanas fuit afflictus. Cujuſdam conſilio curationis ergo cretam uſurpavit, & quidem ſatis copioſè, quâ uſurpatâ appetitus omnino penè defuit, ſimulque febris quotidiana intermittens, maximo cum frigore adventans, cum omnium artuum dolore gravativo ſubſecuta eſt. Vocatus ſequentes pilulas purgantes dedi.

Quare cretam aſſumpſit.

Unde appetitus abolitus, imo febris quotidiana intermittens fuit exorta.

Quare primò pilulis purgantibus.

℞. *Gumm. amoniac. ppt. Extract. cathol. p. 142. deſcript. ana* ℥ß. *Reſin. ſcammon.* ℈j. *Tartar. vitriol.* ℈ß. *Ol. cortic. aurantior. ſtill. Menth. criſp. ana gutt.* iij. MS. F. Pilul. no. xxviij. deaur.

De quibus ſeptem pro doſi aſſumpſit, & benè purgatus eſt. Veſperi bolum diaphoreticum ſequentem exhibui.

Bolo diaphoretico febrifugo uno.

℞. *Electuar. diaphor. ſæpius citat.* ℥j. *Sal. abſinth. Antim. diaphor. ana gran.* xv. *Sal. vol. oleoſ. gutt.* xij. MS. F. Bolus.

Quo uſurpato, totâ nocte fere ſudavit, & quidem cum levamine; quare denuo iteratus fuit eodem cum ſucceſſu, manente tamen febre: ac ea de cauſa venam ſecari juſſi, ſanguinemque elici ad uncias octo vel novem. Veſperi autem hoc bolo, necnon de ſequenti mixtura cochleari uſus fuit.

Atque altero, cum regulo antimonii medicinali.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ℥j. *Regul. antimon. medicin. gran.* xv. *Croc. optim. gran.* vj. MS. F. Bolus.

℞. *Aq. Card. bened. Cort. citri cum aqua ſimplici deſtill. ana* ℥iß.

℥iß. *Meliſs. Menth. ana* ℥j. *Eſsent. diaphor. ſæpius jam præſcript.* ʒvj. *Regul. antimon. medicinal. gran.* xvj. *Sal. abſinth.* ℈j. *Laud. opiat. gran.*j. *Syrup. card. bened.* ʒvj. MS.

Et mixtura cum eodem regulo uſus fuit.

Bolum cum vino Rhenano vetuſtiori calido, & mixturam cochleatim aſſumpſit, ſicque æger benè tectus, dum ſudorem exſpectat, quammaximè vomuit, & quidem continuò, ac poſtmodum multoties alvum depoſuit; imo & quò plus de mixtura uſurparet, eò magis vomuit, & alvum exoneravit, idque per totam noctem. Mane accedens, mirabar debilitatem, rogans an tam profusè ſudaſſet; verum per ſuperiora & inferiora quammaximè purgatum fuiſſe adſtantes referebant. Quare mox ventriculo panem toſtum cum nuce moſchata, caryophyllis, & ſpiritu vini irroratum impoſui, & ſequentem mixturam dedi, de qua ſingulis ſemihoris cochleare uſurpavit, ac brevi quoque vomitus ſedatus, ac hypercatharſis curata fuit.

Unde loco ſudoris per ſuperiora & inferiora purgatus eſt.

Quare ventriculo panem toſtum cum nuce moſchata &c. impoſuere.

℞. *Aq. menth.* ℥ij. *Meliſs. Plantag. ana* ℥iß. *Vit. Matthiol. p. 330. deſcript. Cinnamom. cum aqua meliſsæ deſtill. ana* ʒv. *Confect. hyacint.* ʒij. *Corall. rubr. ppt.* ℈j. *Laud. opiat. gran.* ij. *Syrup. menth.* ℥j. MS.

Ac mixturam præſcripſimus, ac mox vomitus &c. ſedatus fuit.

Nota: domum reverſus, vomitus illius ac hypercatharſeos cauſam indagans, tandem eam inveni: aqua enim regulo medicinali antimonii antea affuſa jam exſiccata erat. Attamen ut eò certior eſſem, experimentum feci, & alii ægro ſex grana cum drachma diaſcordii Fracaſtorii exhibui, in quo mox quoque vomitus & ſeceſſus ſecutus: quare aqua pluviali tepidâ ſæpius ablui, & novam aquam affudi, poſtea exhibui iiſdem aliiſque ægris, ſed nec vomitum nec hypercatharſin tunc excitabat. Fiat ea de cauſa benevolus Lector aliorum periculo cautus.

Cauſa illius vomitus, aqua regulo dicto affuſa jam exſiccata erat.

Veſperi quia ſubinde de levi frigore, ſubſequente calore, ſitique conquerebatur, hunc uſurpavit pulverem, & benè ſudavit.

℞. *Regul. antimon. medicin. gr.* xv. *Radic. contrayerv.* ℈ß. *Croc. optim. Lapid. prunell. ana gran.* v. MS. F. Pulvis tenuiſſ.

Denuo aſſumpto regulo aquâ ſervato benè ſudavit.

Studio me regulum antimonii medicinalem, ſed aquâ pluviali benè ablutum & conſervatum, ſtudioſe Lector, eidem ægro, malè etſi primò inde habenti, denuo exhibuiſſe judicato: verum nec vomitus nec hypercatharſis ſecuta eſt, ſed brevi à febri liberatus imo curatus fuit.

Et curatus fuit.

Ante annos ſeptem vel octo multi hac in civitate febre quadam continua famelica, ut ita dicam, cum frigore incipiente afficiebantur: qui ægri exacerbeſcente paroxyſmo tantâ imo tam intolerabili fame corripiebantur, ut plurimi cibum aſſumere cogerentur. Verum cibo vel ſicciore vel liquidiore aſſumpto, fames de mo-

Febris continua famelica, accedente frigore fames intolerabilis.

Aſſumpto cibo adaugebatur, fames & brevi moriebantur.

momento in momentum adaugebatur, & qui appetitui ſatisfacerent, plerique ſi non omnes diem obibant: verum accedente calore appetitus mox ac ſponte evanuit. Qui vero accedente frigore, intolerabili fame etſi afficiebantur, nihil omnino aſſumpſerant, omnes evadebant, & brevi ſequentibus medicamentis curabantur. Plurium loco unum atque alterum caſum dabo.

Vir in aere nebuloſo &c. ambulans. Febri continuâ corripitur, verũ cœnatus lectum petiit.

Vir triginta quinque annorum circa æquinoctium vernale, aere jam nebuloſo, ventoque boreali vehementius flante & diu continuato, extra urbem ambulans, domum reverſus de levi frigore conquerebatur: verum quia appetitus vigebat, flocci illud pendebat, ac benè cœnatus lectum petiit. Summo mane adhuc imo continuò febricitans ſurgere cogebatur ob famem, ac copioſè cibum aſſumpſit: mox autem de præcordiorum dolore jam gravativo jam punctorio, ructibus acidis acribuſque &c. conquerebatur. Quare Medicum accerſivere, qui cognitis, quæ accidiſſent, ſequentem pulverem præſcripſit.

Verum ob famem noctu ſurgere coactus.

Pulverem acidum tẽperantem.

℞. *Radic. contrayerv.* ℈ij. *Ocul. Cancr. Corall. rubr. ppt. Sal. abſinth. ana* ℈j. *Flor. centaur. min. ſubtiliſ. pulveriſ.* ʒß. MS. F. Pulvis tenuis divid. in vj. doſ.

Ac ter quotidie doſin uſurpavit, interdicto omni cibo, paroxyſmo nempe exacerbeſcente: quibus aſſumptis, appetitus quidem minor, attamen famem intolerabilem eſſe æger referebat, inſtante nempe exacerbatione. Quare dictus Medicus ſequentem dedit pulverem, immediatè ante febris exacerbationem aſſumendum, necnon mixturam ſecuturam cochleatim poſtea uſurpandam.

Omni cibo, febri exacerbeſcente, interdicto.

Simulque flatus diſcutientem.

℞. *Semin. citri exteriore cortic. liberat.* ℈ß. *Ocul. cancr. gran.* xij. *Sal. volat. corn. Cerv. gran.* vj. MS. F. Pulvis.

Hacque cautelâ, ne inſtante paroxyſmo alimentum aſſumeret, niſi brevi animum efflare cuperet, quod ſæpius ſe vidiſſe teſtabatur.

Et mixturam antifebrilem.

℞. *Aq. Menth. Fœnic. ana* ℥ij. *Card. ben.* ℥jß. *Theriac. ſimpl.* ʒvj. *Confect. hyacinth.* ʒii. *Ocul. Cancr. Antim. diaphor. ana* ℈j. *Laud. opiat. gran.* ij. *Syrup. card. bened.* ʒvj. MS.

Horum beneficio febris & appetitus valde diminuebantur. Verum de alvo per triduum adſtrictâ quia æger conquerebatur, hoc vulgare enema fuit injectum.

Necnon ob alvum adſtrictam enema.

℞. *Decoct emoll. & carmin. vulgar.* ℥viij. *Elect. hier. picr. Bened. laxativ. ana* ℥j. *Sal. gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter pro Viro.

Quo injecto, ter quaterve alvum depoſuit; ac tandem nonniſi hac uſus fuit emulſione, & brevi quoque evaſit.

Et emulſionem uſurpavit, & curatus fuit.

℞. *Hord. mundat. ad crepat. coct. Amygdalar. dulc. excortic. ana* ʒvj. *Semin. lini. Cannab. ana* ʒiij. F. cum ſ. q. aq. hord. emulſ. ad ℥xiv.

℥xiv.add. *Syrup.alth.Fernel.*℥iſs. MS.

Juvenis viginti quatuor annos natus, melancholicus, acidis crudiſque gaudens, circa idem tempus Pagum propinquum ambulando petiit, vento itidem boreali, ubi cum domum intraſſet, valde ſudabat. Veſperi plus ſolito cœnatus, poſt mediam noctem, bene etſi tectus, intenſo frigore partiumque omnium tremore, ſimulque appetitu aucto correptus inſomnem duxit noctem. Mane ſurgens jentaculum ſumpſit. Circa meridiem frigus per totum corpus obſervavit una cum ingenti fame: quare carnes aſſatas copioſè ac nimis ſubitò devoravit, unde intra horam de præcordiorum dolore punctorio graviſſimo, imo intolerabili, appetitu aucto ac febre continua conquerebatur. Quare Medicum vocavere, qui his auditis febrem continuam famelicam jam graſſantem eſſe dixit, cibo omni exacerbeſcente paroxyſmo interdicto, hunc dedit pulverem. Juvenis ex acidis &c. aſſumptis. In febrem continuam famelicam. Quare carnibus aſſatis avidè devoratis. Intra horā in dolorem præcordiorum graviſſimum incidit. Quare pulverem.

℞. *Ocul.Cancr. Antim.diaphor. Corall.rub.ppt.ana* ℈j. *Sal.volat.ſuccin. Abſinth.ana* ℈ſs. MS. F. Pulvis in 4.doſ.divid.

Mane, circa meridiem, & veſperi cum cochleari ſequentis mixturæ doſin aſſumere juſſit.

℞. *Aq. menth. Extrem. cort. citri cum aqua deſtill. ana* ℥iſs. *Fœnic.* ℥ii. *Tinctur. diaphor. ſuperius dat.* ʒſs. *Sal.abſinth. Ocul. Cancr.ana* ʒſs. *Laud.opiat.gran.*iſs. *Syrup. papav. rhead.* ℥vj. MS. Ac mixturam acidum &c. temperantem uſurpavit.

Quibus uſurpatis, blandè ſudavit, dolorque præcordiorum quidem minor erat, verum appetitus major & fere intolerabilis, & febris continua, ructus acidiores, cibumque exacerbeſcente paroxyſmo febrili aſſumere coactus fuit, ſed mox omnia pejora ipſe æger obſervabat ac referebat: verum ſe diem obire malle, quàm talem famem tolerare obteſtabatur. Quare juſcula Vitulina cum hordeo mundato, & amygdalis cocta, & ovorum vitellis mixta ipſi conceſſit Medicus. Sed quicquid in uſum revocaret, oleum & operam perdidit, & famem illam ita adauctam & ægro intolerabilem nec apozematibus, pulveribus, pilulis, bolis &c. etſi lenientibus, vel oleoſis, acidumve obtundentibus aut infringentibus, imo nec diaphoreticis aut leviter purgantibus vel alterantibus, clyſteribus &c. tollere poterat, aut ullum ab iiſdem fere levamen quoad appetitum auctum, verum quidem quoad febrem continuam obſervavit, ita ut poſt duas treſve horas non tantum juſcula, ſed & inſuper cibos durioris concoctionis aſſumere cogeretur: unde & die octavo ingerendo avidiùs cibos animum expulit. Appetitus tamen major, imo intolerabilis. Quare juſcula cum hordeo, amygdalis &c. parata. Multaque ac varia medicamenta fruſtra aſſumpſit. Sicque edendo quaſi fatis ceſſit.

Animus mihi eſſet, hac occaſione deſcribere non tantum ipſas febres epidemicas anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo primo non tantum Germaniam inferiorem, ſed & ſuperiorem infeſtantes, earumque cauſas, &c.indagare. Verum quia Lectoribus ſtudioſis

 tra-

tractatulum noſtrum de illis febribus deſcriptum, ac jam jam prælum ſubiturum Typographus brevi eſt exhibiturus, quædam tantum, & quæ ſunt hujus fori, breviter tradam.

Febris epidemicæ anni 1691. graſſantis brevis deſcriptio.

Omnibus notum eſt anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo primo circa Kalendas menſis Junii æſtum ingentem fuiſſe, imo aerem torridum abſque pluviis, ſed Euro, Boreâ, Noto, & Vulturno aliquandiu ſed leviter flante; unde aquæ in primis hiſce in Regionibus plurimæ ſtagnarunt, imo fœtidiſſimum fœtorem tandem ſpirarunt &c. Plurimi ergo eâ tempeſtate ob æſtum cum maximè ſudarent &c. ſitirent, liquida, frigida, crudaque omnis generis affatim aſſumebant &c. Unde ventriculi omniumque inteſtinorum tonus valde fuit debilitatus, quorum omnium explicationem & accuratiorem deſcriptionem inveniet ſtudioſus Lector in memorato tractatulo.

Cauſæ variæ tam externæ quàm internæ.

Tempus.

Tandem circa Kalendas Auguſti febres quædam epidemicæ exortæ ſunt, in principio & quidem primâ vice inſtar tertianarum intermittentium cum levi frigore ac horrore, gravitate vel potius dolore gravativo totius corporis, cum nauſea, vomitu bilioſorum ac pituitoſorum, nonnunquam etiam ſubacidorum, præcordiorum anxietate & quaſi compreſſione, ſiti inextinguibili, dolore capitis pulſante, imo quaſi divulſivo: urinæ principio parum aut nihil mutatæ, poſtea rubicundæ, & quidem levi cum nubecula, bullis in ſuperficie, poſtea turbidæ, ſedimento rubicundiore refertæ cum levi cuticula in ſuperficie. Secundâ vice paroxyſmus gravior obſervabatur, ut & omnia ſymptomata. Tertiâ plerumque vice febris illa tertiana intermittens in quotidianam continuam vel intermittentem ſimplicem imo dupliem degenerabat, tali cum præcordiorum anxietate, vomitu &c. ut vix reſpirare poſſent ægri decumbentes. Sequentibus diebus plurimi aphthis mox laborabant: nonnulli paroxyſmum cum ſpaſmo & convulſionibus paſſi ſunt, (hi unico paroxyſmo ita erant debilitati, ut vix membra movere, imo reſpirare poſſent: ſed neminem vidi, nec audivi, qui tunc ultra duos treſve ad ſummum paroxyſmos habuiſſet, nam vel febre liberati admodum debiles erant, vel moriebantur.) Alii cholerâ, vel dyſenteriâ graviſſimâ: nonnulli ſed quidem pauciores cum ipſo paroxyſmo ſimul pleuritide afficiebantur, & plurimi brevi fatis cedebant.

Symptomata varia.

Eventus.

Nonnulli, in primis qui convulſionibus erant affecti, brevi imo jam jam morituri ab omnibus tam Medicis quàm adſtantibus judicabantur, quod ipſis oculi ſubinde eſſent concavi, reſpiratio inæqualis & brevis, lachrymæ non ſpontaneæ, frigus maximum in primis naſi pedum ac manuum, ſubſequente ſudore frigido per totum corpus, pulſus parvus, contractus, inæqualis, imo ſubinde inter-

Convulſionibus &c. affecti, infuſione lapidis Pedro del Porco curati.

termittens; urinæ crudæ abſque ullo odore, & ſimilia lethalia ſymptomata obſervabantur; nullum dolorem, anxietatem, vel frigus partium ſentientibus: quos tamen curatos vidi unâ vel alterâ infuſione lapidis vulgò Pedro del Porco dicti.

Obſervatum fuit, obeſiores plurimos hiſce febribus laborantes diem obiiſſe; verum qui in principio ſæpius alvum deponebant, ſubſequente ſudore, brevi fuiſſe liberatos. Quare quoque plurimi Medici ſtatim à principio enemata, in primis ſi ſummâ præcordiorum anxietate ſimul afficerentur, dein apozemata ſimul laxantia, purgantia, nodulos purgantes &c. præſcribebant ſummo cum ſucceſſu, ac ægrorum levamine. Nonnullis venæ ſectio in principio multum profuit: nonnullis quoque opiata, verum alii maximè ab opiatis afficiebantur, & omnia ſymptomata in illis multò graviora tum obſervabantur: mox diaphoretica vel in forma mixturæ, vel decocti, vel pulveris, vel tincturæ, vel boli ex radicibus contrayervæ, ſcorzoneræ, croco, floribus ſambuci, calendulæ, antimonio diaphoretico, regulo antimonii medicinali, ſale abſinthii, cardui benedicti, oculis Cancrorum, cornu Cervi præparato, lapide prunellæ, Pedro del Porco, lapide bezoardico orientali, occidentali, Malabarico, pulvere Comitiſſæ Kent, electuariis, diaſcordio nempe, theriacâ, rob ſambuci, aquis ſtillatitiis ſimplicibus ac compoſitis, meliſſæ, cardui benedicti, cinnamomi, theriacalis, prophylacticæ &c. & in fine morbi vina medicata purgantia &c. maximè conveniebant.

Qualia & quæ medimenta in uſum revocata & adhibita.

Quorum omnium medicamentorum ſufficientes formulas inveniet benevolus Lector in obſervationibus & caſibus tractatuli jam nominati.

Obſervavi tunc temporis in memetipſo, quod notatu dignum judicabam, frequentioribus viſitationibus, ac medicamentorum præparationibus ſummè defatigatus, radicum contrayervæ filamenta cum abſcinderem, ut in pulverem redigerentur, ſubitò & quaſi momento tremorem omnium digitorum manus dextræ ſenſi. Quare confeſtim, omnibus miſſis, digitos manumque ſpiritu cephalico ſalis armoniaci ſpiritu parum acuato fricando & calefaciendo tollere tremorem ſtudui, verum fruſtra; non enim ceſſavit ille digitorum tremor per duas fere horas. Tum vero poſtquam omnis ſenſus quaſi expertes fuiſſent digiti per quadrantem horæ, omnis tremor evanuit, nullo remanente dolore obtuſo, vel defatigatione. Poſt biduum denuo filamenta abſcindens, idem digitorum tremor rediit, ſed levior. Triduo poſt tertiâ vice experimentum feci, ac tremorem quidem, ſed planè exiguum tantum, quartâ verò vice nihil omnino obſervavi.

Tremor omnium digitorum ex abſciſſione filamentorum contrayervæ exortus, ac quomodo curatus.

In-

Surdi vel ſurdaſtri poſt ſecundum paroxyſmum, & nonnulli muti redditi.

Inter ſymptomata quoque hujus febris epidemicæ obſervavimus, nonnullos ſubitò & quidem nonniſi poſt ſecundum paroxyſmum ſurdos omninò vel ſurdaſtros, imo pauciores mutos fuiſſe redditos. Proxima dicta ſequens caſus ſatis illuſtrabit ac confirmabit.

Virgo febri hac epidemica laborans.

Subitò muta facta cũ ſalivatione.

Virgo viginti tres præterpropter annos nata, pituitoſa, febri hac epidemica dictis ſymptomatibus incipiẽte fuit afflicta: poſt ſecundum paroxyſmum, qui cum frigore, omnium artuum tremore, pandiculatione, & levi ſed frequenti ſingultu advenerat, ubi febris evanuit, ſubitò & quaſi in momento obmutuit, cum ſalivatione quadam, vel potius ſalivæ viſcidæ & maximè tenacis quadam evacuatione, & maxillæ inferioris motu quodammodo tremulo: Vocatus abſque febri hanc Puellam inveni, ac ſtatim linguam protendere juſſi, quod fecit, linguamque ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſumque flectere ac movere potuit. Itaque quia nulla cruda, aut acida, aut acido-auſtera, vel ſimilia &c. aſſumpſerat, nervos recurrentes obſtructos &c. judicavi, moxque venam ſecandam neceſſarium duxi, verum abſque ullo ſucceſſu. Alvuſque quia per triduum obſtructa, ſequens clyſma fuit injectum.

Quare vena fuit ſecta.

Enema injectum.

℞. *Folior. roriſmarin. Salviæ. Majoran. nobil. Malv. ana* M. ß. *Flor. ſtæchad. Lavendul. Hyperic. ana p.* j. *Pulp. colocynth. conciſ.* ℥jß. *Turbith gummoſ.* ℥ij. *Tartar. Rhenan.* ℥j. Coq. ſ. a. in ſ. q. *aq. roriſm. & vin.* ad colat. ℥x. add. *Mell. anthoſ.* ℥j. *Spir. ſalis armon. gutt.* xx. *Tartar. vitriol.* ℈j. MS. F. Clyſter.

Plura medicamenta fruſtra adhibita fuere.

Cujus beneficio alvus ter quaterve fuit ducta, ſed abſque ullo emolumento: quare fotum, cerotum, linimentum &c. fuit adhibitum, ſed oleum & operam perdidimus. Tandem trochiſcis p. 58. traditis pro apophlegmariſmo & ſequenti mixturâ fuit uſa.

Tandem apophlegmatiſmo.

Et mixturâ cephalicâ fuit uſa.

℞. *Aq. majoran. nobil. Roriſmar. Beton. ana* ℥ij. *Spirit. cephal. ſequent.* ℥j. *Salis volat. oleoſ. vel quoque Spirit. ſalis armoniac. gutt.* xvj. *Tinctur. Caſtor.* ℨj. *Flor. hyperic.* ℨjß. *Syrup. ſtæchad.* ℨvj. MS.

Intra quatriduum fuit curata.

Hujus cochleari uno vel altero aſſumpto, aliquid de hac mixtura per horæ quadrantem, vel circiter, ſæpius os colluendo, ore tenebat; hocque ſingulis horis, & intra quatriduum fuit curata, ita ut articulatè iterum omnia proferret ac loqueretur, per duas treſve ſeptimanas in cubiculo calido ſe continens, ac dictam mixturam ſubinde iterans.

Interim in potu ordinario ſequenti utebatur ad guttulas viginti.

℞. *Sal. volat. oleoſ. Spir. ſalis armoniac. ana* ℨjß. *Ol. roriſmar. ſtill. gutt.* viij. MS.

Spiritus Cephalicus præſcriptus.

℞. *Rad. galang.* ℥iij. *Angelic.* ʒvj. *Ariſtoloch. rotund.* ℥ij. *Folior. majoran. nobil.* Mjß. *Origan. Cretic. Roriſmar. ana* M.j. *Salv. Rut. hortenſ. ana* M.ß. *Flor. lavendul. Stœchad. Arabic. ana p.* ij. *Lilior. convall. p.* iij. *Cardamom.* ℥iij. *Semin. aniſ.* ℥ß. Conciſis atque contuſis affund. *Spirit. vin. ſtop.* ij. Poſt triduum deſtilletur ex arena, ac ſpiritus abſtractus affund. *Flor. roriſmar. Hyperic. ana p.* iß. *Stœchad. Arabic. Lavendul. ana p.* j. Stent ſimul in digeſtione per quatriduum vel diutius vaſis arctè clauſis, & uſui ſervetur. — Spiritus cephalici deſcriptio.

In nonnullis quarto quintove febris hujus epidemicæ paroxyſmo anxietas præcordiorum cum nauſea & nonnunquam vomitu fuit intolerabilis, imo tanta, ut nullis penè medicamentis etſi potentiſſimis hujus illiuſve generis ſuperari poſſet. Verum exhibitâ ac bis terve iteratâ tincturâ chinæ chinæ vino Gallico factâ, additis ſalis volatilis oleoſi guttulis viginti trigintave, mox ſuperabatur, & levem vel nullam ægri poſtmodum præcordiorum anxietatem obſervabant; in primis ſequenti vel eodem die ſi enema injectum eſſet, vel leve purgans ſimul nempe flatus diſcutiens exhibitum. — In nonnullis anxietas præcordiorum cum nauſea & vomitu intolerabilis. — Quæ nonniſi tincturâ chinæ chinæ &c. poterat ſuperari.

Vix prætermittere queo caſum Juvenis viginti annorum tertio febris hujus paroxyſmo per totum corpus rubore, caloreque maximo, ac dolore intolerabili abſque tamen puſtulis correpti, cujus ruborem intra paucas horas in nigredinem horrendam mutatum vidi; ita ut eum judicarem brevi interiturum, in primis ſi color ille ſubitò evaneſceret, pulſus enim erat debilis, contractus, ac inæqualis, reſpiratio difficillima & inæqualis, fauceſque inſpiciens ſiccas, & columellam duplicem & ſeparatam obſervavi. Præſcripſi igitur ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam, ſed quamprimùm infuſionem Pedro del porco ocyus aſſumendam, qua aſſumptâ, optimè ſudavit &c. & intra octiduum curatus fuit. — Juvenis ex febre in ruborem totius corporis. — Et brevi nigredinem horrendam incidit.

℞. *Aq. card. bened. Meliſſ. Flaved. cortic. citri ana* ℥ijß. *Spirit. contra præcord. anxiet. ſupra trad.* ℥ij. *Diaphor. p.* 318. *deſcript.* ʒvj. *Tinctur. contrayerv.* ℥iß. *Croc.* ℥ß. *Antim. diaphor.* ℈j *Syr. bacc. ſambuc.* ℥j. MS. — Aſſumptâ mixturâ & infuſione Pedro del Porco brevi curatus.

Inter reliqua etiam ſymptomata, quibus ægri hac febre epidemica laborantes afficiebantur, erant puſtulæ quædam inſtar variolarum, poſt tertium quartumve paroxyſmum in primis exortarum, cum febris non tantum diminutione, ſed omnimoda ſublatione. Verum ægri tum frigus ſubeuntes, mox recidivam patiebantur: ha- — Puſtulis inſtar variolarum ſenes hac in febre in pri-

mis afficie- bantur poſt tertium &c paroxyſmû.

haſce in primis circa Pagum Alphenum in Senibus quidem, aſt non ita Infantibus nec Juvenibus obſervavi. Dicta ſequens caſus meo judicio rarior ſatis ſuperque illuſtrabit.

Senex poſt quartum paroxyſmum liberatur à febre.

Senex ſexageſimum jam ſuperans annum, macer, bilioſus, hac febre epidemica memoratis jam ſymptomatibus concomitantibus in fine menſis Auguſti afficiebatur: quare theriacâ Andromachi aſſumptâ, benè ſudavit, poſtque quartum paroxyſmum totus fuit ἀπυρετος. Verum loco criſeos cujuſdam quaſi imperfectæ plurimæ imo infinitæ quædam puſtulæ inſtar variolarum exoriebantur,

Infinitis puſtulis per omnes corporis partes exortis.

ita ut non tantum facies, manus, ſed & reliquæ corporis partes planè his viderentur incruſtatæ, & quidem pure impletæ: harum autem puſtularum ne unica quidem erupit. Verum poſt ſeptimanas tres quatuorve tota cuticula flaccida, & quaſi cava videbatur, ac de ſumma ac intolerabili prurigine manuum & reliquarum partium conquerebatur. Senex tandem fruſtulatim de hac illave corporis parte cuticulam ita arefactam, ac inſtar corii ubique expanſam &c. avulſit, verum de brachio & manu ſiniſtra abſtrahere nequibat: quare linimentum emolliens & parum refrigerans cujuſdam

Cuticulam arefactam fruſtulatim

conſilio illinivit brachium manumque dictam; verum prurigine maximè inde adauctâ ſuperſedit. Attamen ſæpius adſpiciens brachium manumque ſiniſtram, ſcalpello, forcipe, unguibus &c. apertionem circa cubiti flexuram fecit, ac fricando, trahendo &c. tandem effecit, ut inſtar chirothecæ magnæ totam cuticulam puſtulis illis arefactis infectam abſque ulla ruptura ad ungues uſque abſtraxerit; quam chrirothecam Medicus ſervat, & plurimis oſtendit. Cumque manus cuticulâ tenuiſſimâ & leviſſimâ obducta eſſet, de maximo jam frigore conquerens, coactus fuit ipſo tempore æſtivo manicam vel chirothecam villoſam geſtare. Chirothecæ autem, qualem manu abſtractam dixi, quia non facile proſtant, frigori reſiſtendo ineptæ, illam delineare tamen viſum fuit.

Imo de ſiniſtra manu inſtar chirothecæ abſtraxit.

Et ſervatam plurimis oſtendit.

TAB. IV. FIG. III.

A. Senex puſtulis illis antea affectus.
B. Manus ejus dextra tenens
C. Chirothecam illam, ſeu cuticulam de manu ſiniſtra avulſam.
D. Manus ſiniſtra ad flexuram cubiti uſque lævиſſimâ cuticulâ jam denuo obducta.

Peſte, & pleriſque morbis acutis ac malignis.

9. Peſtis, (t) ac plerique morbi acuti & maligni, teſte Palmario de febribus malignis & peſtilential. cap. 12. & 23. & Quercetano lib. 11. de peſte cap. 8. necnon Ambroſio Paræo de peſte lib. 21. cap. 22.

(t) De Peſte, ut pote morbo mihi adhuc non cognito, verba nulla facere decreveram; ſed nihilominus ad id me impulit illa quæſtio, quam inter doctos Viros nuper excitavit Peſtis Maſſilienſis, an ſcilicet ei contagium colligatum ſit. Primum autem, quod quæritur, eſt, an morbus iſte naturæ viribus excitari poſſit. Nonnullis enim viſum, peſtem incomprehenſibi-

cap. 22. ut & Fuchſio inſtitut. medicar. ſect. 111. cap. 27. &c. Quare quoque Thomas Jordanus in ſua exercitatione de iis, quæ circa febrem peſtilentem apparent, tract. 2. phœn. capite ultimo dixit, copioſum in peſte per univerſum corpus ſudorem ſparſum (ſi nempe die judicatorio ſeſe oſtentarit) tanquam unicam & ſecuriſſimam hujus morbi eſſe medelam. Præcipua ergo, ſi non unica, ἱδρωτικὰ acida vel ſubacida ſanguinem ſimul condenſantia &c. & alexipharmaca vel alexiteria in peſte curanda tutiſſima ſunt medicamenta. Neutiquam enim in peſte qua peſte conveniunt purgantia, ut ſupra pag. 213. §. 14. probatum ſatis ſuperque, non enim in quantitate, aſt quidem in ſumma qualitate peccante peſtis cauſam conſiſtere, ubique jam ſatis probatum exiſtit, & unusquisque non difficulter ex ſymptomatibus concurrentibus certò concludere valet. Vera quoque Hippocratis regula aphor. 21. ſect. 1. tradita, nempe quæ educere oportet, quò maximè vergunt, eò ducenda, aſt nota, per loca convenientia: in peſte etenim humores qualitate ſumma peccante infecti educendi neceſſariò, aſt non per inferiora, nempe per cathartica medicamenta, etſi aliquando eò vergant humores qualitate illa peccante affecti; non enim per loca convenientia à natura expelluntur, quod dyſenteria ſæpiſſime, ſi non ſemper, lethalis tum excitatur. Alio ergo modo, aliâque viâ educendi. Non quoque per venæ ſectionem, ſanguis etiamſi per nares ſubinde expellatur, plerumque enim hæmorrhagia narium in peſte lethalis exiſtit: nemo quoque, quod ſciam, hiſtoriam peſtis

Qualia in peſte & e-ſudorifera eſſe debeant.

Purgantia.

Aaa per

bilem eſſe morbum, & cœlitus tantum eam, Divinâ præſertim irâ ſuadente, in Homines immitti. Fatemur equidem, nihil eſſe ad Chriſtianam pietatem excitandam accommodatius, nihil hiſtoriæ ſacræ congruentius, quàm ſi dicamus, debitas quandoque pœnas ab Humano genere Deum per Peſtem ſumpſiſſe: ſed nihilominus id quoque nobis veriſimile videtur, ipſius ſeminium non ex alio fonte, quàm ex naturæ gremio hauſiſſe. Eſt enim in Peſte, per quod Hominum improbitas coerceri, & juſta Dei ira deliniri poſſit: verum Tellus noſtra adeo ferax eſt venenorum, ut æquius crediderim, ejus ſeminium ab ipſa aſſurgere, quàm cœlitus in nos deſcedere. Sed ipſâ fortè Peſte eſt periculoſior eorum opinio, qui eam ita naturæ legibus ſubdunt, ut illam fatali quadam neceſſitate in Homines immitti putent: quod perinde fuit à Mahumetanis receptum, ut temerè contagionis contrahendæ periculo ſeſe exponant, neque illâ correpti Medicinam ullam adhibeant, rati nullum adverſus Fati leges eſſe medicamen. Hæc vero quemadmodum Supremi Numinis conſilium à Peſte auferunt, ita magis nobis diſplicent, quod ex impia veterum Epicureorum doctrina fluxiſſe videantur. Planè vero inſulſus eſt, occaſionem Peſtis ex maleficis ſyderum adſpectibus & combinationibus deducere. Nam à præclara Dei abhorret bonitate, quod iis vim indiderit, qua Peſtem nobis inſpirent, & Humani generis perniciem moliantur. His itaque miſſis, ad congruentiores morbi hujus cauſas animum convertamus. Peſtem nonnullis Terræ locis perpetuò addictam, & ipſius ſeminium ab iis in remotiſſimas Regiones aut ventorum fluxu, aut Hominum nequitiâ, vel per merces deferri, vetus quidem fuit ſententia: ſed nuper eam aptis rationibus, & documentis ex hiſtoria depromptis ſuadere adgreſſus eſt celebris ille Monſpelii Medicus Aſtrucius in ſua de morborũ epidemicorum ortu eleganti diſſertat: Etenim quemadmodum juxta variam cœli ſolique temperiem, & aquarũ ingenium varia Animalium & Plantarum genera variæ Regiones gignunt & alunt, juxta variam quoque alimentorum naturam, & vivendi morẽ diſcreti affectus chronici certa loca infeſtant; ita quoque, iis maximè cauſis obſtetricantibus, perpetuum Peſti domicilium quædam Mundi Regiones præbere poſſent. Sed licet hac potiſſimum ratione Peſtem propagari, arrepto nempe ex morbidis locis contagio, facilè demus; non tamen inficias imus ſæpius eam, nullo procul influente contagio, exſurgere

Et venæ ſectio quare in peſte non conveniant.

per narium hæmorrhagiam ſponte factam curatæ narrat. Non ergo & venæ ſectio convenit, nam nonniſi vires tum tolleret, quæ ſi non hìc, nullibi quoque conſervandæ, viruſque vel adhuc ſanguini nondum mixtum, vel à natura propemodum jam ſeparatum, & in externis hærens intus, ut ita dicam, raperet, naturamque ab opere retraheret, ſicque ægrotantem nonniſi de medio tolleret. Præterea quis concipere valet, acre quid in qualitate tantum conſiſtens per venæ ſectionem aut purgationem poſſe tolli: conveniunt ergo, ac ſummè neceſſaria ſunt acredinem illam ſummam alterantia, ac per ſudores ſimul expellentia medicamenta. Quidam vero & vomitoria in peſte maximè extollunt laudantque, perque vomitoria in principio nempe peſtis invaſionis exhibita plurimos peſte correptos ſanatos curatoſque teſtantur; hìcque locum convenientem, & quò natura ſæpiſſime vergit, inveniſſe putant. Concedimus, vomitoria conducere poſſe in peſte, quando nempe æger ſtatim à cibo peſte corriperetur, & eodem tempore Medicus eſſet acceritus, vel quando ventriculus pituitâ copioſâ eſſet obſeſſus, non quod vomitoria peſtem qua peſtem curent, ſed ulteriori curationi viam præbeant, ut eò faciliùs celeriùſque ἱδρωτικὰ alexiteria exhibita in actum deducantur, ſicque ſummâ acredine peccans

Vomitoria in principio exhibita.

In primis ventriculo pleno &c. conceduntur.

ve-

gere. Quod nemo opinor contradixerit, ſi vel Militum Peſtem in Caſtris, quò nullum extrinſecus pervenit contagium conſideret; vel contagioſos & exitiales eos morbos animadvertat, qui Ruſtica loca, ubi nulla per merces ſuſceptæ labis ſuſpicio eſt, Autumno præſertim invadunt, & quorum ingenium ab ipſa quidem Peſte tam parum diſcrepat, ut in eam ſæpius degenerent. Peſtis autem venenum in tenui halitu conſiſtere, perque ipſum ſerpere & propagari, adeo receptum eſt inter ſaniores Philoſophos, ut nihil magis: ſed ex quanam ille expiret materiâ, quave ratione incrementa ſumat, adhuc inventum non eſſe dolemus. Veteres enim, quibus omnes fere morbos putreſcentibus humoribus referre viſum eſt, inſolentem pro Peſtis ſeminio eorum putredinem commenti ſunt: verum ubi demum ſuprema ſuper Viventia aeris poteſtas affulſit, ab iis, qui ex terreſtribus corporibus erumpunt, halitibus moderniores Phyſici ejus venenum conquirere cœperunt. Quod quidem tantò veriſimilius videbatur, quod ſæpius poſt magnas Terræ concuſſiones, quæ incluſis halitibus oſtia velut recluſerunt, Peſtis ſævierit; quodque ex nonnullis ejus Cryptis fœdus adeo vapor egrediatur, ut admota iis Animalia protinus interimat. Quamvis vero ad Peſtis productionem terreſtres halitus ſatis eſſe videam, atque ex iis in aere attritis, inter ſe & cum aliis copulatis potentia multùm venena, non Animalibus tãtum ſed Plãtis quoq; mortifera, facilè exſurgere, agnoſcam; tamẽ in ipſis quandoq; Animalium præcordiis ſeminium Peſtis confingi nunquam dubitaverim. Neq; vero eorum me deterret auctoritas, qui ad Peſtem arſenicales aut ſimilis farinæ halitus requiri decernunt. Nam quis eos hoc edocuit? aut qui adhuc viam monſtravit, arſenicum in ſubtilem halitum reſolvendi, qui aerem, non ſecus ac venenum peſtilens, inficiat? Nullus itaque à me quærat, quæ ſit hujus veneni natura, quæve agendi ratio, quum varium juxta ipſius potiſſimũ originem poſſit eſſe ejus ingenium; ut proinde mirari non ſubibit, ſi Peſte ſæviente omne Animalium genus labem non arripiat, ſique diſcretos variis temporibus affectus ipſa intulerit. Serpit autem & propagatur venenum in Viventium præcipuè corporibus, quibus veluti inſertum & inoculatum novam ſui parit fœturam, quæ quoquoverſus effluens modo tenues abit in auras, modo cum ſpiritu ducta affinia commaculat Animalia. Quod quidem illud aptè ſuadet, quod nihil convictu cum infectis ad contrahendam labem ſit opportunius, quodq; Peſtis intra certos limites facilè contineatur, ſi viciniores Populi morbidorum Hominum conſuetudinem curioſè caveant, quamvis ſuſpectus aer iis jugiter fluat ac refluat: idque maximè evincit, quod ſoporata in veſtibus Peſtis ſemina tunc emicuere, quando iis Homines uti cœperunt. Unde patet, quantum à vero abluſerint, qui contagioſam corporibus Peſte infectis vim eripere conati ſunt: quod nunquam acriùs, quàm ſub poſtrema Maſſiliæ Peſte, inter doctos cæteroqui Viros fuit diſputatum.

(a) Hy-

venenum peſtilentiale alterando & corrigendo ſimul per ſudores expellatur. Negamus vero peſte qua peſte affectos tantum per vomitoria fuiſſe curatos, ut plurimum enim graviſſimum & curatu difficillimum ſymptoma in peſte vomitus eſt: ſi locus eſſet conveniens, eò vergente natura, peſte affecti hac ratione & ſponte curarentur, aſt quiſnam hoc obſervavit? Per aquea affatim hauſta acre illud virus diluendo temperantia, perque diureſin excreta, vel ſudores ſponte vel arte productos peſte correptos fuiſſe perſanatos, ubique fere legitur. Concludimus ergo cum Thoma Jordano in ſua exercitatione de febri peſtilenti tract. 2. cap. ult. mox citato, ſudorem per acida ſanguinem ſimul quodammodo coagulantia ſudorifera provocatum unicam & ſecuriſſimam peſtis eſſe medelam.

Verum peſtem qua peſtem non curant.

10. Hydrophobia (u): ſævo ac periculoſiſſimo hoc in morbo, horrēdis diriſq; ſimul ſymptomatibus affligēte, ſudorifera & alexipharmaca vulgò dicta remedia in primis cōvenire, omnes unanimiter cōteſtantur Medici, omneſque hactenus editæ obſervationes, præ primis immediatè poſt morſum rabidi, antequam nempe venenum illud altiores egerit radices, exhibita. Plurimi, imo graviſſimi Medici, quia ſatis luculenter eo de morbo ſcripſere, mea non addam, niſi obſer-

Hydrophobia.

(u) Hydrophobia, quæ etiam Rabies dici conſuevit, miſerrimum eſt auctore Celſo morbi genus, in quo ſimul æger ſiti, & aquæ metu cruciatur. Solet autem accidens iſtud iis præſertim obvenire, quibus à rabido Cane demorſis parum occurſum eſt: poſt aliquot enim à morſu dies in amentem proruunt ferociam, & hiulcâ preſſi ſiti, aquę & liquidorum omnium adſpectum exhorreſcunt, atque ſæpius eorum nomine miſerè conflictantur. Cælius vero Aurelianus, qui inter Veteres elegantiorem hujus morbi hiſtoriam contexuit, alia ipſius nomina tradidit. Hydrophobiam, inquit, alii Phobodypſon appellant, quod cum timore ſitiant ægri; aliis aquæfuga audit; aliis Cynolyſſon, veluti ex Rabie Canina morbum conceptum. Mirum autem eſt, quod hujus affectus nullum in ſcriptis Hippocratis occurrat documentum, ut proinde à vero non abhorreat eorum ſententia, qui morbum iſtum ei & antiquioribus Græcis prorſus incognitum fuiſſe pronunciant. Quæſtionem hanc latè diſputat laudatus Aurelianus, qui Hippocrati, & vetuſtioribus Philoſophis Hydrophobiæ ſcientiam indulget, ad quod ſuadendum argumenta etiam ex Poetarum fabulis conquiſita adhibet. Militat ex adverſo Plutarchi teſtimonium, qui ætate Aſclepiadis, ſub Pompejo Magno Medicam Artem exercentis, binis morbis, Hydrophobiâ nempe, & Elephantiaſi, noviter Homines fuiſſe infeſtatos 8. Sympoſiac. problem. 9. memoriæ prodidit. Quod quidem ex eo non leviter confirmatur, quod licet Nicander ante Pompeii tempora morbos omnes venenatos concinnis verſibus recenſuerit, Hydrophobiam vero perinde reticuit, ut nullam ipſius notitiam iis temporibus extitiſſe jure conjiciamus. Sed memorandus quoque eſt Ariſtotelis locus lib. 8. hiſtoriæ Animalium cap. 22. quem licet errore aliquo deturpatum ſuſpicentur eruditi nonnulli Viri, attamen ei plaudit doctiſſimus Hieronymus Mercurialis, colligitque ex eo, Ariſtotelis ſeculo Hominem fieri poſſe hydrophobum, nondum innotuiſſe. Ait enim, ex Canis rabidi morſu omnia Animalia rabire, & interire, excepto Homine. Utcunque autem res ſit, Brachypotæ, quos habet Hippocrates in Prorrheticis, quoſque Aurelianus Parvibibulos latinè vertit, ab Hydrophobis longiſſimè diſtant, licet ſub eodem fere morbi genere à citato modò Aureliano reponantur. Aliud enim eſt, ut obſervat Meniotius, modicè bibere, & potum non expetere, quod quotidie Phreniticis accidere videmus; aliud vero immaniter ſitire, & cujuſcunque liquidi conſpectum horrere, in quo Hydrophobiæ ratio repoſita eſt. Sed antequam ad alia provehamur, non reticendum ducimus, quod licet Rabiei nomen, quo uſitatius utimur ad morbum à rabido Cane ortum ſignificandum, quendam denotet furorem, & amentem audaciam; nihilo tamen minus multoties ægri Hydrophobiam, aquæ ſcilicet formidinem, ſuſtulerunt, ſed mentis compotes ad extremum vitæ ſpiritum permanſerunt, ita ut ſuas ęrumnas probè agnoverint, ac defleverint, auxilium à Medicis popoſcerint, teſtamenta ſcripſerint, rationum libros perquiſiverint, alioſque rogaverint, ut ſibi ipſis caverent, ne aliquâ ratione læderentur. Quod, ut video, Aurelianum ipſum non latuit, meminit Sennertus

vationem unam atque alteram, paucioribus enim tantum præfui.

Bracteator propriâ Fele rabidâ morſus.

Bracteatori cuipiam triginta & duorum annorum Felis pulcherrima, quam in pretio habebat, abrepta fuit, quod ægerrimè ferens, neſcio, quam pecuniæ ſummam pollicitus eſt ſe daturum, quiſ-

tus in ſuis inſtitutionibus Medicis, & exempla paſſim occurrunt apud Ætium, Horſtium, Fonſecam, & Martinum Liſterum. Præter autem Canem plura alia Animalia Rabie arripi, eamque per morſum propagare, ex illuſtrium Virorũ monumentis apertiſſimè colligitur. Lupos enim in Rabiem actos tradidit Johannes Bauhinus peculiari ſuper hac re edito libello, quemadmodum & Sues, Boves, Vulpes Rabie corripi, eodem loco obſervat. Cælius vero Aurelianus pleraque Animalia, quæ Canini generis naturam redolent, veluti Vulpem, Lupum, Urſum, Leopardum, Equum, Aſinum Rabie infici quoque poſſe putavit. Elegans etiam eſt Muli rabidi hiſtoria apud Schenckium, qui flumen tranans, ac affatim aquam potans à morbo protinus fuit liberatus. Plures autem hiſtorias Animalium rabidorum collegit Bartholinus centur. 5. hiſtor. 52. inter quas reticenda haud eſt Rabies illa ex Galli Gallinacei ictu contracta, quæ tertio poſt vulnus die rabidum Hominem peremit. Miramur idcirco, cur Galenus 6. de locis affectis & alibi, ſolum Canem rabire, nullum vero reliquorum Animalium Rabie arripi tradiderit. Vix etenim induci poſſumus, ut credamus, quod ad Galeni famam vindicandam commentus eſt Mercurialis in ſuis variarum lectionum libris, Rabiem nempe Galeni temporibus niſi in ſolo Cane innotuiſſe. Nam ex libris Ariſtotelis de hiſtoria Animalium, in quibus Galenus ipſe ſummopere erat verſatus, palam liquet, Camelos & Equos Rabie pertentari. Ad rei ergo veritatem propiùs acceſſit Martinus Liſter, qui eam fuiſſe Galeni ſententiam tradidit, ſolos Canes Rabiei infectoriæ obnoxios eſſe, & ex internis principiis veram Rabiem iis innaſci, cætera vero Animalia, niſi à rabido Cane demorſa fuerint, nunquam rabire. At vero non levis adeo eſt iſta quæſtio, ut acerbiores inter Doctores lites non provocaverit, num ſcilicet aliud à Canino genere Animal poſſit ſponte ſuâ in Rabiem duci, eamque morſu propagare. Licet enim præfatus Liſter plura quidem Animalium genera ex Febribus aliiſque de cauſis inſanire, & in furorem agi non inficietur, nihilominus, niſi à rabido Cane vulnus acceperint, Rabie, quos cõmordeant, inficere poſſe negat. Nam tametſi auctore Celſo omnis Feræ morſus virus quoddam habeat, & irati etiam Hominis dentibus inflicta vulnera peſtifera exemplis confirmet Hildanus; nihilo tamen minus illa plerumque Rabiem non intulerunt, aut diris aliis ſymptomatibus Hominem jugularunt. Atque ſi contingat, ut ex inſanienti Fera illato morſu Rabies cum aquæ formidine excitetur, nil obſtat, quin credamus, Feram illam à rabido Cane primùm vulneratam fuiſſe. Sed opinio iſta potiſſimum ex eo videtur confirmari, quod in Medicorum monumentis nuſquam occurrat, Hominem, cui morſus ab Homine maniaco inflictus fuerit, Maniâ fuiſſe correptum, tametſi ſæpius contigit, ſanos Homines à Maniacis commorſos fuiſſe. Hæc quidem licet magnam veri ſpeciem habeant, tamen dubia manent adhuc & incerta propter experimentorum defectum: idque magis, ſi illuſtrium Medicorum, ac præſertim Marcelli Donati, hiſtorias recolamus, quæ Hydrophobiam in Homine ſine ullo Animalis rabidi morſu genitam commemorant. Etenim ſi humores in Humano corpore, nullâ influente causâ externâ, eam ſubiere mutationem, quæ Hydrophobiæ excitandæ par fuit; cur non poterit in aliquo alio Animalium genere ex peculiari humorum corruptione Canis rabidi veneno ſimile virus exſurgere? His ergo rationibus & experimentis ſapientes nonnulli ducti Viri, Rabiei infectoriæ venenum non uni Cani, ſed aliis quoque Animalibus adſignarunt, quinimo in Humanis etiam præcordiis ſimile ac fere idem virus nonnunquam creari, perſuaſum ſibi iverunt. Quæ quidem extra omnem forent controverſiam, ſi aliunde nobis conſtaret, ad aquæ formidinem excitandam Canis rabidi venenum, aut quid ei analogum oportere, & Rabiem ab uno ad aliud Animal ſine rabidi Canis contagio translatam fuiſſe. Ecquis enim novit, an præter Rabiem alius morbus poſſit aquæ formidinem parere, & Hydrophobiam ſimulare? quod haud injure dubitaverim, quum in præfatis Marcelli Donati hiſtoriis timor aquæ ſine ullo Ægorum furore, qui paſſim in demorſis ex Cane rabido obſervatur, conſtiterit? Ecquis tutò affirmare audeat, ea Animalia, quæ infectoriâ Rabie pollere ex internis principiis credebantur, eoſque Homines, qui citra Canis morſum liquidorum conſpectum formidarunt, aliquâ aliâ ratione præter morſum à rabido Cane labem non arripuiſſe? Quod quidem callido jam ſuboluit Sennerto Inſtit. Medic. lib. 2. part. 3. ſect. 2. cap. 4. qui tametſi Hydrophobiæ venenum in Humanis præcordiis ſponte gigni non inficietur, nihilo tamen minus id impunè nunquam decerni animadvertit, niſi prius rationes omnes expendantur, quibus virus illud à Cane, vel alio rabido Animali arripi potuerit. Etenim non tantum morſu, ſed etiam ſolâ ſalivæ aſpergine, & rabidi Animalis carnibus comeſtis communicatur hoc venenum; ita ut, qui rabidum exoſculati fuerint, vel in ejus os manum immiſerint, nullo exinde accepto vulnere, vel Chlamydem à furenti Cane diſciſſam ſarciendo filum pro more dentibus ſecuerint, & ſuturis linguam admoverint, vel rabidorum carnes deglutiverint, pari facilitate, ac à morſu, Rabiem contraxerint. Tanta porro huic veneno ſeſe propagãdi vis eſt, ut celebrioris famæ Medici putent,

cibum

quiſquis eam ſibi recuperaſſet. Poſt menſem ſummo mane præ foribus invenit Felem, ſed valde macilentam, viſam gaudens manu arripere voluit, verum Felis, Hero non amplius agnito, ejus digitum minimum momordit: foribus tamen clauſis, eſculenta obtulit, quæ

cibum, vel potum non eſſe ſumendùm, quem rabidum Animal deguſtavit, & ſcribat Plinius, rabidi quoque Canis urinam calcatam, præſertim ulcus habentibus, nocuam eſſe. Sed in quæſtione iſta paulò fuſiùs, quàm decreveramus, immorati ſumus. Quid autem ſit in Canino genere peculiare, per quod ab ipſo tantum, vel ab eo certè frequentius infectoria Rabies excitetur, auſi quidem ſunt multi explicare, ſed rem acu tetigiſſe obſcuritas rei non patitur. Illud interim cum Liſtero notabimus, Canes fere omnium Quadrupedum minimè ſudare, etiam æſtuantes, & ex vehementi ac diuturno curſu fatigatos, ſed linguis valde exertis ſalivam magno, & cõtinuo anhelitu effundere. Quare quum eorum ſanguis nullibi corporis niſi in ore ventiletur, & ab acredine ſua expurgetur, ſalſam magis & acrem, viroſamque eſſe eorum ſalivam, veriſimile eſt. Sed ad morbi modo naturam diſcutiendam accedamus, cujus cauſam venenum aliquod eſſe, non eſt, qui inficias eat. Ex quo enim Hydrophobia germinavit, diris adeo æger cruciatur ſymptomatis, ut immane quantum à morbo exerceatur, & præcipiti vitæ diſcrimine colluctetur. Sed cujus naturæ ſit hoc venenum, quaſque corporis partes impetat ac commaculet, quemadmodum à Medicis curioſè quæſitum, ita inter eorum diſſentientium ſententias rei veritas latet. Hujus vero veneni vires à primarum qualitatum exceſſu repetendas non eſſe, jam probè agnoverunt ſapientiores Veteres, qui maleficum venenorum morem in totam eorum ſubſtantiam retulerunt. Sed unde pravitas adeo inſolens in venenorum ſubſtantia, nemo eorum, quantum ſcio, promulgavit? niſi fortè per occultas qualitates ſatis ei rei factum fuiſſe putaveris. Ex quo autem circa naturas rerum ſub moderníoris Philoſophiæ auſpiciis mechanicis rationibus cœptum eſt philoſophari, omnis deleteria venenorum poteſtas ad ſpecificum eorum contextum, & peculiarem ſuarum partium contemperationem fuit relata. Sed ad hæc inveſtiganda humanum cæcutit ingenium, & præſtat magis, nos ulterius progredi haud poſſe, ingenuè fateri, quàm vana effutire, & umbratiles hypotheſes expromere, quæ difficultates omnes non expediunt. Itaque Apros, ut dici ſolet, in mari venabimur, ſi in quo vis veneni Canis rabidi præcisè ſita ſit curioſiùs quæremus, quìque fiat, ut illa protinus non ſe manifeſtet, & tandiu ſopita jaceat. Etenim non ſtatim ab inflicto vulnere, aut aliâ ratione immiſſo contagio morbi malitia ſe ſe prodit, ſed plerumque circa quadraceſimum diem, interdum poſt plures menſes, vel annos, vix vero ultra ſeptennium Rabies enitet. Scio equidem, veriſimiles hujus rei paſſim cauſas afferri, veneni nempe hebetudinem, ſegnem ipſius fermentationem, ſuarum particularum ſoliditatem, firmioremque inter ſe adhæſionem, & craſſioris materiæ complexum; ſed quandiu ipſius veneni forma nos latet, cæcum eſſe oportet, qui non videt, in eadem nos obſcuritate verſari. His ergo prætermiſſis, alterum jam ſupereſt enodandum, quibus videlicet partibus venenum hoc ſit infenſum, & inſidias ſtruat. Etenim quemadmodum non omne Animal à quolibet veneno interimitur, & ſæpe evenit, ut quod uni peſtiferum eſt, alteri cedat in alimentum; ita inter venena ipſa hoc quoque diſcrimen eſt repertum, quod quædam humorum debitam craſim peſſundent, nonnulla ſpiritus turbent, aut diſſipent, alia vero ſolidarum partium naturalem texturam diruant. Sed quædam porro ſunt, quæ formam longè diverſam, aliamque elementorum ſymmetriam nacta, nefandâ prorſus nequitiâ omnibus corporis partibus inſidias inſtruunt. In quo autem ſit genere Rabiei venenum, facilè nobis conſtabit, ſi ad conjuncta accidentia animum intendamus. Primùm enim, qui labem ex rabido Cane conceperint, ubi prope jam eſt, ut Rabies eniteat, anxii perpetuò ſunt, ac triſtes, atque in iracundiam levi quoque ex cauſa prorumpunt; timent etiam ac pavent, licet præclara timoris occaſio deſit; interdiu de inclementiori ac obſcuro ſæpius Cœlo conqueruntur, tanquam ſi Auſtrina foret tempeſtas, imbres maximè recuſant, & frequentia ex pectore trahunt ſuſpiria; de nocte vero vigiles ut plurimum ſunt, aut ſomnum capiunt furialem ac ſuſpenſum. Morbo vero invaleſcente, crebra accedit pandiculatio, & oſcitatio, univerſi corporis inopinati tremores invadunt, articulos ſtupor ac torpor occupat, vox aſpera fit, quæ Caninum aliquando latratum redolet, ſpiritus laborioſè ducitur, immani præcordia uruntur calore, vomitus exoriuntur cum ſingultu, animique deliquiis conjuncti, ſui muneris alvus immemor redditur, & frequens mejendi cupiditas ſupervenit; à quibus ubi ad aquæ formidinem perventum eſt, inſano æger æſtuat furore, & more Maniacorum Adſtantes unguibus ac morſibus petit. Ex tot enim ſymptomatum enumeratione, quæ orientem Rabiem præcedunt, aut eam confirmatam inſequuntur, nullus opinor inficias ibit, rabidi Canis venenum ex eorum genere eſſe, quorum patet adeo poteſtas, ut omnes partes virulentia ſua inficiant: quod de ſolidis jam id quoque dubitare non ſinit, quod Rabidorum carnes comeſtæ diram Rabiem intulerint. Sed mirum profectò eſt, quomodo minima veneni quantitas, quantam dentibus rabidus Canis commorſis carnibus adſpergit, univerſi corporis œconomiam turbet, & partium omnium tem-

Sanguinem ex vulnere ſugendo &c. extrahens.

quæ Felis aſpernata non ſolum eſt, ſed accidentibus omnibus morſum intendit; quare fuſtibus, lapidibuſque circumſtantibus trucidata eſt. Herus interim ex morſu ſaucium digitum more conſueto comprimendo & ſugendo ſanguinem cum elicere anniteretur, levem ſenſit dolorem. Sed vulnere haud penſi habito, poſt tres circiter ſeptimanas diluculo ad ædes meas una cum Matre & Uxore venit, torvo vultu me adſpiciens, de ſumma melancholia, anxietate præcordiorum graviſſima ac intolerabili, reſpiratione difficillima, lypothymia, inquietudine, vigiliis, inſomniis ſubinde horrendis, pavoribus, capitis dolore graviſſimo, ardore ſummo, ſitique

temperiem deſtruat: qua in re quid potius cauſemur, non facile eſt dicere. Nihilominus ne in re adeo obſcura ſicco tranſiluiſſe pede videar, putaverim, venenum iſtud, poſtquam ſecretiores corporis partes ſubierit, in ſaliva aliiſque primarum viarum ſuccis, quorum ingenio eſt maximè affine, germinare & radices veluti agere; unde mole & robore auctum in cæteras partes diſtribuitur. Huic etenim veneno in Cane ſaliva materiam, & natalia ſuppeditat, perque eam potiſſimum ipſius contagium in alia ſerpit Animalia, quæ ubi illud jam ſuſceperint, prima iis conceptæ Rabiei indicia ſaliva exhibet. Senſim namque illa acris, & viroſa fit, orique & faucibus moleſta, ut proinde linguâ exertâ eam cogantur effundere; atque in eorum ſtomacho pravus fluctuat humor, quem plerumque vomitu oborto ejiciunt. Itaque Rabiei venenum idoneam materiam in ſaliva & ventriculi ſuccis nactum, perinde copiâ & novæ virtutis acceſſu invaleſcit, ut jam validius redditum reliquos humores infamet, & ſolidis quoque partibus inſidias moliatur. Quid autem mali ex ejus contagio ſubeat ſanguis, quidve ſolidæ partes ferant, nemo aptiùs per experimenta conjecit, quàm Dominus Tauvryus in Monum. Acad. Reg. Scient. Pariſien. Anno 1699. Quum enim Hominem Rabie enectum ſecuerit, eùmque ſecundum omnes partes luſtraverit, venas fere ſanguine vacuas, eoque præter morem liquidiori arterias infarctas deprehendit, nullibi vero ipſius coagulati partem reperit, neque illum patinâ exceptum in frigido aere concreſcere vidit; cerebrum autem, nervos, & ſpinalis medullæ principium, cæteraſque ſolidiores corporis partes inſuetâ ariditate affectas comperit. Ex quibus id laudato Viro veriſimilius viſum eſt, rabidi nempe Canis venenum roridam & nutritiam ſanguinis partem potiſſimum violare, quam eatenus conterit, ut partibus deinceps nutriendis impar evadat. Quo facto, jam partes omnes areſcunt, venæque præſertim nutrimenti defectu contractæ facilem ſanguini tranſitum denegant, qui longiorem in arteriis moram trahens à repetitis cordis pulſibus perinde comminuitur, & atteritur, ut in minutiſſimas particulas abeat. Jam vero ſanguis iſte adeo urens, & veneni contagio fœcundus, prout variis corporis partibus allabitur, non modo iis veneni labem inprimit, ſed ſymptomata Rabiem præcurrentia infert: atque ubi in cerebri regionem particulæ ipſius ſubtiliſſimæ redditæ confertiùs irruant, protinus inſania proximæ mortis prænuntia ægrum corripit. Sed cur ille immaniter ſitiat, & aquam ſimul reformidet, nihil certè à Medicis prolatum, quod omnino difficultatibus vacet. Nam nec iis aſſentior, qui Hydrophobiam Anginæ ſpeciem eſſe cenſent, neque iis facilè adſtipulor, qui idcirco liquidorum deglutitionem difficilem adſtruunt, quod illa noxia in ſaliva ſalia involuta diſſolvant. Etenim nõ tantũ æger liquida deglutire non valet, ſed nec ea extremis labiis delibare, aut eorum conſpectum impavidè ſuſtinere facilè poteſt. Sed neque eorum probamus ſententiam, qui propterea rabidis inviſam aquam affirmant, quod in ea Canis ſpeciem, à quo commorſi ſunt, & quem reformidant, intueantur. Nam ſic nullus eſſet aquæ timor, ſi clauſis eorum oculis, aut vaſe obvelato, vel in tenebris iis potanda porrigeretur. Tanti itaque mali cauſas curioſè indagans, nihil mihi congruentius occurrit, quàm quod veneni particulæ ſpirituum craſim, & cerebri temperiem perinde depravent, ut illa à liquidis averſio exinde oriatur. Quod nulli mirum videbitur, ſi animo recolat, varia deliriorum genera ex uſu eorum venenorum, quæ Animæ ſedem violant, Homini ingeri; id quoque animadvertat juxta variam cerebri Animalium texturam ingenium & mores varios iis diſtributos; idque pariter conſideret, miras nobiſcum naſci à nonnullis rebus averſiones, quod ab iis in utero Matris læſi fuerimus, & hujus læſionis veſtigia cerebro inſculpta ſervavimus. Sed inſolentis morbi hiſtoriam à Tironibus maximè expetitam latiùs fortè exegimus, quàm noſtrum munus deceret. Jam vero de ejus curatione pauca, quæ utilia, tradi mihi poſſe videntur, quum nulla potens adeo medicina fuerit adhuc reperta, quæ veneni hujus vires retundere valeat. Itaque obnitendum, ut qui à rabido Cane demorſi fuerint, rebus ſuis ſtatim proſpiciant, & venenum ex vulnere per ignem excutere curent, ne illud clam per venas ſerpens internas & præſtantiores corporis partes commaculet.

que maxima, ac febri ardente &c. conquerebatur, maximè dolendum ſibi eſſe, quod bibere nequiret: quibus omnibus intellectis, mox hydrophobiam verebar. Verum nonniſi Matri poſt ejus diſceſſum hoc indicabam, rogabamque, nonne à Cane vel Fele rabidâ fuiſſet ſauciatus, vel morſu vulneratus: neganti Matri, me tamen id conjicere dixi. Præter narrata ſymptomata, oculos flammeos, linguam aridam, pulſum valde frequentem & parvum, inſtarque Canis defatigati ore patulo hiantem offendi. Quare mox hunc bolū cum vino Rhenano lecto incumbenti aſſumendum dedi.

poſt ſeptimanas aliquot in hydrophobiam diris ſymptomatibus afficientem incidit.

℞. *Electuar. Diaphor. p.* 319. *deſcript.* ℥j. *Lapid. prunell.* ℈j. *Antim. diaphor. gr.* xv. *Myrrh. rubr. gr.* vj. MS. F. Bolus.

Quare bolum diaphoreticum cum levamine aſſumpſit.

Horâ decimâ matutinâ ipſum viſitans ſudantem, & omnia ſymptomata mitiora inveni, & per horam ſatis placidè abſque ſiti dormiviſſe, ac multò melius jam ſeſe habere cum intellexi; ideo & eundem roganti bolum ægro dedi. Matrem Uxoremque denuo interrogans, annon à quodam Animali rabido fuiſſet ſauciatus, affirmabant, ante tres circiter ſeptimanas Felem valde macilentam ipſius digitum minimum momordiſſe, ſed neſcire an Felis fuiſſet rabida. Cubiculum denuo ingreſſus, vulnus nondum conſolidatum obſervavi, rogansque an non fuiſſet conſolidatum omni interjecto tempore, neutiquam referebant; verum quod nullum obſervaſſet dolorem, flocci ſemper pendiſſe, & Chirurgum repudiaſſe. Mox partem illam adhuc ſcarificari, ablui, foveri, imo inuri neceſſum eſſe duxi. Id vero admittere cum nollent, ſummum inde malum ſecuturum prædixi, ſi diutius negligerent, quod ſtatim ab initio adhiberi debuerat, imo mihi ſi hoc contigiſſet, potius digitum amputari curaturum fuiſſe, quàm rem adeo neceſſariam tandiu dilaturum. Tandem nonniſi theriacam Andromachi ſpiritu vini & ſuccco rutæ expreſſo diſſolutam cum adhiberent, rogavi alium inſuper Medicum: accerſitus fuit doctiſſimus & multâ experientiâ præſtantiſſimus Vir Dominus Lucas Schachtius piæ memoriæ quondam Profeſſor Medicinæ Lugduno-Batavæ longè celeberrimus, amicus mihi ſingularis, qui omnia mecum perpendens, & ad trutinam veram redigens, idem mecum judicabat. Dum conſilia conferimus immediatè antè meridiem, ſubitò clamitabat Uxor, Viri amiciſſimi, quid faciam? quid faciam? maritum iterum ſummè hiantem, anxium, brevi periturum vereor, ſubvenite igitur miſero & mihi. Conſultum itaque duximus in mare conjicere Hominem, ſtatimq; robuſtioribus ex vicinis aliiſque Hominibus mandatum curru inſidentem ad mare vultu averſo vehi juſſimus. Tum vero furibūdum, & quò propiùs mare accederet, eò majore furore correptum referebant, quorum cuſtodiæ fuerat mandatus. Ter quaterve itaque à Nautis maritimis in mare

Vulnere nondum conſolidato, illius ſcarificationem ac cauterium actuale denegabant.

In mare eodem die injecto.

mare conjectus fuit: quo facto tritorii beneficio ſequentem mixturam tribus vicibus lecto calefacto incumbentis in fauces infuderunt, ex qua optimè ſudavit.

Mixturam alexipharmacam diaphoreticam tritorii beneficio infuderunt.

℞. Aq. card. bened. Meliſſ. ana ℥ijß. Theriac. compoſ. Prophylact. Sylv. ana ℥ß. Succ. rut. recent. expreſſ. ℥ij. Diaſcord. Fracaſt. ℥j. Pulv. Palmar. ſecutur. & in tractatu ejus de morbis contagioſis deſcrip. ℥ß. Lap. prunell. Antim. diaphor. ana ℈j. Rob. ſambuc. ℥iij. MS.

Ad omnia interrogata refluxu maris reſpondebat.

Ac omnia ſymptomata mitiora placidioraque tum videbantur adſtantibus: quare Lugduno-Batavam una cum Nauta quodam ſene petiere, qui omnia mitiora fore prædixerat. Cauſam hujus roganti reſpondit, circa maris fluxum ſæpiſſime imo ſemper obſervaſſe ſe, omnes magis furere, imo Animalia rabida ſeu Beſtias ſeu Homines tunc mordere plurimum ac lædere; verum in refluxu maris omnia mitiora eſſe, ac neminem aggredi vel impetere, quod etiam poſt certas horas obſervatum fuit: & quò quis propiùs mari admoveretur, eò vehementiùs furere vidi, cæteraque omnia ita obſervavi. Circa nonam veſpertinam redibant cum ægro placidiore jam & ad interrogata accuratè reſpondente. Interim dum omnia adamuſſim exigebamus, clam Uxori indicaveram, ut neſcio Marito adſtantibuſve calicem cereviſiâ tenui impletum, ſed abſconſum in cubiculum adportaret: quo facto, mox ſeſe valde contorquebat, de majore anxietate, reſpiratione difficiliori &c. conquerebatur. Hujus cauſam quærentibus ſe ignorare dixit, ſed maximum horrorem, tremorem ſubitò & hoc ipſo momento obſervaſſe teſtabatur. Rogabam porro, nonne nobiſcum calicem cereviſiæ vel vini Rhenani, quia ita jam eſſet defatigatus, bibere vellet, ſimul eundem oſtendens: ſed viſo calice eodem ipſo momento ſummum in furorem concitabatur, deducto vero calice, omnia iterum mitiora videbantur. Tandem certam & indubitatam curationem pollicebamur, ſi affatim & copioſè non tantum cereviſiam, ſed & medicamenta liquida aſſumere vellet, tandem annuit, ego, ajens, quàm maximè ſitio, & libenter bibere deſidero, verum mihi impoſſibile, quia continuò & quàm celerrimè hiare cogor. Igitur calice arrepto ſtatim angebatur magis, imo ſudore frigido per omnes artus quaſi diffluens, ori ſi modo apponere vellet calicem, clamitabat, amiciſſimi Domini, ultra poſſe nemo obligatur, abite, abite, tollite calicem, & mox ſalivâ admodum ſpumoſâ plurimos inquinabat. Poſt mediam noctem omnia denuo exacerbeſcere obſervabantur ſummo cum partium extremarum ſudore frigido, anxietate præcordiorum vehementiſſima, imo ineffabili, & viſo medicamento, imo à ſola nominatione medicamenti, cereviſiæ, aquæ, calicis, vel hujus illiuſve liquidi mox expaveſcebat, ſummo corporis horrore, con-

In fluxu vero neutiquam, & omnia vehementiora obſervabantur.

Ut & cereviſiâ vel alio liquore in cubiculum adductâ.

Imo arrepto tandem calice cereviſiâ impleto ſubito in furorem concitabatur.

Imo ut ſpumâ omnes inquinaret.

contorſione, &c. Tandem proximo diluculo præter multorum exſpectationem ſubitò fatis ceſſit.

Maximè notatu dignum æſtimo, Uxorem per aliquot menſes jam gravidam neutiquam fuiſſe rabie infectam, nec etiam ipſum Fœtum poſt partum, etſi hydrophobiâ jam laborans Maritus ſex ante mortem diebus cum Uxore rem habuiſſet, & ſæpius eam amplexus fuiſſet: ſana adhucdum vivit, verum Infans motibus convulſivis & epilepticis mortuus eſt. Per menſem circiter ſolummodo, ut & omnes, qui ipſi adfuerunt, aliquandiu veſperi cubitum ituri, ſequentem aſſumpſere bolum diaphoreticũ alexipharmacum.

Rem habuerat &c. cum uxore gravida. Sed ſana manſit, verum infans motibus convulſivis moriebatur. Aſſumpto nempe bolo diaphoretico alexipharmaco.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ℨjß. *Sal. rut. Antim. diaphor. Lapid. prunell. ana gran.* xv. *Pulver. Palmar.* ℈j. *Rob. ſambucin. q. ſ.* MS. F. Bolus.

Juvenis viginti tres annos natus, animi gratiâ extra urbem ambulans, ſubito ſummo ac horrendo clamore ex longinquo perterritus, accuratè auſcultando, clamantes audivit, caveto, caveto Canem; & eodem ipſo momento Canem in ſe incurrentem valde hiantem, cernuâ caudâ, linguâ ſpumoſâ valde protuberante vidit, qui fugæ ſe mandare ſtudenti ſuram momordit, ſed tamen leviter. Mox accurrentes fuſtibus ac lapidibus Homines armatos inſequentes conſpexit, Canemque rabidum, nonne vidiſſet, rogantibus annuit, ſimulque morſum ſe oſtendit, ac illi canem obtruncant. Juvenis vero mox domum reverſus, me accerſivit: caligas in ignem conjici, vulnus ſpiritu vini cum pauco ſale ablui, eique cucurbitulam cum flamma, dein cauterium actuale imponi oportere arbitratus ſum. Quare mox Chirurgus vocatus cucurbitulam magnam cum flamma, dein cauterium actuale maximè candens ad os uſque inurendo impoſuit; (Notandum velim, hiſce & ſimilibus caſibus miſericordiam eſſe ſummam crudelitatem, id eſt, qui ob dolorem hunc magnum tales operationes relinquunt, hos ægros non curare, ſed letho tradere: præterea quò ferrum magis excandeſcit, eò minorem ægros obſervare dolorem, & unâ vice hoc modo totum opus poſſe perfici, quod aliàs repetitis vicibus multò majori dolore peragi debet) ac ſequentem pulverem vel bolum vino Rhenano vetuſtiori aſſumendum, eumque in principio mane & veſperi repetendum dedi, eodemque die in mare averſo vultu fuit injectus, moxque lecto excalefacto impoſitus pulverem aſſumpſit.

Juvenis cane rabido laceratus.

Cucurbitulâ, & cauterio actuali.

℞. *Pulver. Palmar.* ℨß. *Corn. Cerv. uſt. & pp. Sal. rut. Card. bened. Antim. diaphor. ana* ℈ß. MS. F. Pulvis tenuiſſ.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ℨj. *Ocul. Cancr. Sal. rut. ana* ℈j. *Lapid. prunell.* ℈ß. *Rob. ſambuc. q. ſ.* MS. F. Bolus.

Pulvere alexipharmaco.

Bolo diaphoretico.

Quorum beneficio ſemper placidè ſudavit. Verum omnia liquida abhorrebat, attamen quia continuò pulverem bolumque aſſume-

ſumere nequibat, ſequentem mixturam cochleatim aſſumendam exhibui.

Mixturâ ſudoriferâ &c.

℞. *Aq. flor. ſambuc. Rut. ana* ℥ijß. *Theriac. ſimplic. Prophylact. Sylvii ana* ℥ß. *Acet. calendul.* ʒiij. *Antim. diaphor. Ocul. Cancror. ana* ʒß. *Rob. ſambuc.* ʒvj. MS.

Poſt uſtionem vulneri goſſypium ſequenti madefactum applicavimus.

℞. *Aq. vit. Matthiol. Succ. rut. recent. expreſſ. ana* ℥j. *Theriac. Andromach.* ʒiij. MS.

Dein ſequens cataplaſma ſupra linteum extenſum impoſuimus.

Cataplaſmate.

℞. *Cæpar. albar. ſub cinerib. coctar. Ferment. ana* ℥jß. *Sem. ſinap. pulv.* ʒß. *Fol. abſinth. Scord. Rut. recent. ana* M. ß. *Theriac. Andromach.* ʒvj. *Acet. calendul. q. ſ.* pro Cataplaſmate.

Vulnus ad os uſque inuſtum per tres circiter ſeptimanas ne coiret, ſubinde loco dicti cataplaſmatis, fomentum ſecuturum toti cruri adhibuimus: vulnus tamen ne coaleſceret, ſæpius mercurium præcipitatum inſperſimus, vel piſum ex ligno hederæ confectum, & aquâ vitæ Matthioli madefactum impoſuimus.

Ac fomento externo.

℞. *Fol. ſcord. Marrub. Abſinth. Rut. ana* M. j. *Flor. centaur. min. p.* ij. *Rad. gentian. Angelic. ana* ℥j. Conciſ. & contuſ. coq. ſ. a. vaſis optimè clauſis in *Aq. card. bened. Vin. Rhenan. ana q. ſ.* In colat. pint. jv. diſſolv. *Theriac. Andromach.* ℥ij. *Acet. calendul.* ℥iij. MS.

Curatus fuit.

Atque hoc modo brevi curatus huc uſque proſperâ valetudine fruitur.

Pulveris Palmar. deſcriptio.

℞. *Folior. rut. Verben. Salv. minor. Plantag. Polypod. Abſinth. vulg. Menth. Artemiſ. Meliſſophyll. Betonic. Hyperic. Centaur. min. ana par. æq.* Omnia circa Junii plenilunium cœlo ſereno colligantur, papyro involuta ſiccentur, & in pulverem redigantur. Doſis plerumque eſt ad ʒß. ſæpius exhibend. per decem vel quindecim dies continuos cum æquali pondere pulver. Viperin. in vino albo ad ℥iij. mane jejuno ventriculo.

Menſtruis ſuppreſſis à frigore vel pituitoſis &c. humoribus.

II. Menſtruorum ſuppreſſio à frigore externo, vel pituitoſis viſcidis, auſteriſve, vel acidis humoribus producta: non vero ea, quæ ſequitur febres graviſſimas, maximaſve hæmorrhagias &c. perperam enim ageret, qui ἱδρωτικὰ menſtrua provocandi gratiâ tum exhiberet. Debito ergo tempore adhibenda diaphoretica & ſudorifera blanda in menſtruorum ſuppreſſione, nempe cum à frigore

ex-

externo, pituitoſiſve &c. humoribus ſit exorta; tumque quammaximè proſunt, (cæteris videlicet non neglectis) quia ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ plerumque ſunt vel aperientia volatilia, vel calefacientia, vel incidētia attenuantiave, vel ſale volatili oleoſo prædita, auſteros acidoſve humores tutò jucundèque ſimul corrigentia: ſicque peccantibus humoribus ſublatis correctiſve, viiſque hac ratione apertis, facilè & brevi ſubinde menſtruorum dicta ſuppreſſio tollitur curaturque; nam ſublatâ causâ tollitur plerumque effectus. Hæc confirmata videſis benevole Lector in ſequentibus hiſce duobus caſibus.

Et quare.

Mulier quædam triginta quatuor annos nata, trium liberorum Mater, pituitoſa, menſtruorum purgationem habens, frigidiſſimum aera ſubiens, circa veſperi incidit primò in levem capitis, mox & totius corporis dolorem gravativum, circa horam duodecimam nocturnam tuſſim catarrhalem graviſſimam, mane in menſtruorum ſuppreſſionem, imo talem, ut ne guttulam quidem ſanguinis menſtrui poſtea excreverit. Circa meridiem accerſitus valde tuſſientem, phlegmataque pauca ſubſalſa excernentem, leviterque febricitantem, ac de capitis totiuſque corporis dolore gravativo, ac menſtruorum omnimodâ ſuppreſſione conquerentem inveni. Quare primò hauſtum p. 325. deſcriptum pro duabus doſibus, dimidiam hujus partem ſtatim nempe, & veſperi alteram aſſumendam exhibui, unde optimè quoque ſudavit, ac capitis totiuſque corporis dolor gravativus fere evanuit: tumque de ſequenti maſsâ pilulari, nobis in frequenti uſu, duas bis quotidie aſſumpſit, ac minus poſtea tuſſivit, & phlegmata paulò craſſiora & minus ſalſa excrevit.

Mulier frigidiſſimum aera veſperi ſubiens.

In omnimodam menſtruorum ſuppreſſionem, tuſſim &c. incidit.

Quare hauſtum diaphoreticum.

℞. *Rad. helen. Irid. Florent. Alth. recent. ana* ℥ß. *Sem. hyoſcyam. alb. Succ. glycyrrhiz. ſolut. & inſpiſſat. Opii in ſ. q. ſpiritus vini ſolut. & inſpiſſat. Myrrh. rubr. ana* ʒvj. *Thur. maſcul.* ʒv. *Caſtor. optim.* ʒj. *Flor. benzoin. Croci optim. Spermat. cet. Styrac. calamit. ana* ʒiij. F. omnium Pulvis ſubtiliſſimus, ex quo cum ſ. q. *Syrup. papav. errat.* F. maſſa. Ex ſcrupulo uno fiant pilulæ ſex octove.

Pilulas anticatarrhales.

Poſtquam octo, ni fallor, pilulas aſſumpſerat, nihil fere tuſſivit, tumque adhuc hauſtum ſupradictum duabus vicibus aſſumpſit, ac menſtrua intra quatriduum iterum rediere, nullaque alia medicamenta præter ſpiritum ſalis armoniaci aromaticum p. 238. deſcriptum ter quotidie ad guttulas viginti cum vino ſalviato uſurpavit, ac brevi convaluit.

Ac ſpiritum ſalis armoniaci aromaticum uſurpavit, & curata fuit.

Mulier quadraginta propemodum annos nata, melancholica, alvo adſtrictâ plurimum laborans, cruda, ſubacida, auſtera, ut poma pyraque ac ribeſia immatura, poſtquam avidè diuque uſurpaſ-

Mulier poſt acida auſtera &c. avidè aſſumpta.

 ſet,

In varia ſymptomata. Menſtruorum ſuppreſſionem

ſet, incidit in præcordiorum primò anxietatem, ventris dolorem jam pungentē jam contorquentē, in primis in latere ſiniſtro affligentem, mox menſtruorū ſuppreſſionem, corporis gravitatem, appetitus abolitionem, capitiſq; & cervicis dolorem rodentem, & quandoque quaſi perterebrantem. Poſtquam per menſem circiter jam hujus jam illius conſilio varia medicamenta antihyſterica, imo & purgantia fruſtra uſurpaſſet, gravem in animi mœrorem incidit, ac brevi in ſuffocationem hypochondriacam talem, ut ſæpius quoque animi deliquium & nonnunquam convulſionem paſſa fuerit. Accerſitus, dicta ſymptomata cum narraſſet, ſequentem primò dedi mixturam.

Ac ſuffocationem hypochondriacam &c. incidit.

Mixturâ antihyſtericâ &c. uſurpatâ.

℞. *Aq. ex. flaved. cortic. citri deſtillat. Puleg. ana* ℥iij. *Vit. compoſ. Spir. antiſcorbut. p.* 270. *&* 271. *præſcript. Contra præcordiorum anxietat. p.* 157. *deſcript. ana* ℥ß. *Salis armon. aromatic. p.* 238. *tradit. gutt.* xxx. *Tinctur. croci* ʒij. *Laud. opiat. gr.* ij. *Sal. volatil. ſuccin. gr.* xv. *Syrup. artemiſ.* ℥j. MS.

Oleo ſuccini nuchæ &c. inuncto.

De hac mixtura quater in die tria aſſumpſit cochlearia, ac cervicem oleo ſuccini rectificato cum pauco levamine inunxit: poſtque tertiam hujus mixturæ iterationem nec animi deliquium, nec ſuffocationē hypochondriacam, nec convulſionem amplius paſſa fuit. Intra ſex ſeptemve dies quia alvum non plus ſemel deponeret, ſequens præſcripſi clyſma.

Clyſtere injecto.

℞. *Rad. alth.* ℥ß. *Fol. malv. Rutæ Flor. chamomill. ana* M. j. *Baccar. laur. Sem. cumin. Fœnic. ana* ʒiij. Conciſa atque contuſa coq. in ſ. q. aq. commun. in colatur. ℥viij. diſſolv. *Electuar. de bacc. laur. Diacatholic. ana* ʒvj. *Sal. gemm.* ʒß. *Ol. flor. chamom.* ʒß. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Ac ſubinde iterato.

Poſt injectum hunc clyſterem bis alvum depoſuit, cum ventris doloris contorquentis pungentiſque levamine; quare ſingulis tertio quartove die clyſma fuit iteratum. Mixturam poſtea paulò mutatam ſequentem tum dedimus.

Tandem mixturam diaphoreticam.

℞. *Aq. ex flaved. cortic. citri deſtillat. Folior. rutæ Rad. angelic. ana* ℥iß. *Spir. diaphoret. alexipharm. p.* 319. *deſcript. Contra præcord. anxiet. ana* ʒvj. *Sal. armoniac. aromat. gutt.* xxv. *Antiſcorbut. ſæpius citat. Eſſent. diaphoretic. p.* 321. *&* 322. *tradit. ana* ʒiij. *Tinct. Croci* ʒij. *Sal. volatil. ſuccin. gr.* xv. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syrup. de artemiſ.* ℥j. MS.

Quater quoque de hac mixtura adhibitis tribus cochlearibus blandè ſudavit, omni corporis torpore, præcordiorumque anxietate evaneſcente, appetituque pariter redeunte, menſtruorum autem fluxu nondum apparente. Qua de cauſa præter hanc mixturam diaphoreticam quinque pilulas de maſſa pilulari pag. 195. deſcriptâ ter adhibuit, unde toties alvum depoſuit. Poſt

Et pilulas aperientes uſurpavit.

hæc

hæc nonniſi vino medicato ibidem tradito, & ultimâ mixturâ per tres circiter ſeptimanas uſa fuit, atque ita menſtrua provocata è latibulis, curatioque omnino ſubſecuta eſt.

Et curata fuit.

Mulier viceſimum quartum agens annum, primum Fœtum maſculum enixa eſt, fluxumque lochiorum graviſſimum paſſa, ſæpius in animi deliquium incidit, ita ut per duas præterpropter horas ſenſus motuſque expers ab omnibus adſtantibus imo à Medico jam mortua judicaretur, quia nec pulſus nec reſpiratio ſupereſſe videbatur. Verum vocatus ego, ac omnibus ritè examinatis, non mortuam, ſed præ animi deliquio graviſſimo mortuæ ſimilem, & veluti morti proximam reperibam, lochiorum vero fluxum jam majorem jam minorem Obſtetrix in mortua, ut putabat, illâ adhuc obſervabat. Ea de cauſa ſequentem præſcripſi mixturam, cochleatim & quidem brevibus intervallis uſurpandam.

Mulier, enixo fœtu, lochiorum fluxum graviſſimum paſſâ.

In tantum animi deliquium incidit, ut ab omnibus mortua judicaretur.

℞. *Aq. meliſſ. Roſar. ana* ℥iſs. *Plantag. Cinnamom. ana* ʒvj. *Vin. Hiſpanic. rubr.* ℥j. *Confect. hyacinth.* ʒij. *Corall. rubr. Sanguin. dracon. ana* ℈j. *Syrup. myrtin.* ʒvj. MS.

Verum mixturâ refocillante cardiacâ uſurpatâ.

Naribus admovebatur meliſſa recens cum cinnamomo contuſo vino Rhenano vetuſtiori conſperſa, cujus effectus brevi voto & exſpectationi reſpondit. Nam intra horæ quadrantem debilis quidem & ſæpius ſudore frigido quaſi diffluens viſa eſt, verùm ad omnia interrogata benè reſpondit, quamvis facilè animi deliquium denuo paſſa: cæterum brevi, puerperio nempe finito, ſana in publicum proceſſit. Poſt quatuor vel quinque menſes ſana & licet benè animata, imo plethorica, menſtruorum fluxum quia non obſervabat, dubia an gravida, necne, noſtram imploravit opem. Miratus, ſanam, corpore nitidam, venas turgidas, pulſum robuſtiorem ac plenum habentem Mulierem, præterea hilarem, nec de dolore, gravitate, vel ullo ſymptomate, aut ventris, mammarumve intumeſcentiâ &c. conquerentem menſtrua non habere: nihil tamen præſcripſi, imprægnatam putans. Verum poſt tres quatuorve menſes cum me denuo acceſſiſſet, eodem modo ſeſe habebat, & neutiquam gravida, ſed ſanè quàm ſana, tamen aliquid mali ſubmetuens, noſtrum denuo implorabat auxilium. Quare omnibus ritè examinatis, primò venæ ſectionem in brachio præſcripſi, ac poſt octiduum in pede inſtituendam, atque interim continuò ſequentem mixturam cochleatim uſurparet.

Et meliſsâ cum cinnamomo naribus admotâ.

Brevi reſtituta fuit.

Plethorica poſtea.

Nunquam amplius fuit gravida.

℞. *Aq. puleg. Sabin. Matricar. ana* ℥iiſs. *Antihyſteric. Amſtel.* ℥j. *Tinctur. Caſtor. Granor. actes ana* ʒij. *Ol. ſuccin. Sabin. ana gutt.* vj. *Sal. rut. Sabin. ana* ℈ſs. *Rob. ſambuc. Syrup. artemiſ. ana* ℥ſs. MS.

Qua aſſumptâ, benè ſemper ſudavit, urinaſque plurimas reddidit.

Ob menſtruorum ſuppreſſionem mixturâ potentiſſimâ & variis aliis medicamentis fruſtra uſurpatis.

didit. Interea autem bis in ſeptimana pilulis purgantibus, & veſperi pulvere, & continuò vino medicato pag. 195. & 196. deſcriptis, imo variis ſalibus volatilibus ſpecificis diaphoreticis &c. uſa fuit: varias quoque cucurbitulas ſcarificatas cruribus imponi curavimus, ſed incaſſum, imo quælibet in uſum revocando, oleum & operam perdidimus. Nihilominus ſanam, hilarem, ac plethoricam jam per annos aliquot ſuperſtitem ſæpius obviam habemus.

Sana vivit.

Omnibus notum, Mulieribus ſeneſcentibus menſtrua deficere, & ni ſubinde tunc ipſis vena ſecetur, plurimis eas malis jam his jam illis eſſe obnoxias. En tibi ſtudioſe Lector hiſtoriam noſtro judicio notatu dignam, figurâ illuſtratam, & poſt menſtrua non amplius fluentia excitatam, non quia diaphoretica (etſi de illis jam ago) hoc in caſu præ primis ſunt proficua, (nam Chirurgiæ ope, de qua dicam, curata eſt) ſed tantum ob caſus infrequentiam.

Seneſcentibus mulieribus menſtrua ſi deficiunt.

Quid agendum.

Virgo quædam ſacra quinquagenaria, vel quod excedit, ſana, niſi quod menſtrua ipſi deficerent, nonnihil melancholica, moroſa, aliquandiu de dolore quodam jam acri jam gravativo in digito majori juxta pollicem pedis conqueſta eſt. Ingens tandem tumor inſtar globuli majoris digitis maximè renitens protuberavit. Diu hoc tumore afflicta, tandem in ſummitate duo ulcera fœtida vicino in loco exorta vidit, ſicque quorundam conſilio varia applicuit, ſed non tantum abſque levamine, verum cum majori fœtore, & ingentiori extuberantiâ, ita ut jam nec meare, nec pedibus ſubſtinere ſe amplius poſſet. Tandem vocavit quoque clariſſimum Dominum Lucam Verhooft Medicum expertiſſimum, nunc Lugduno-Batavæ Scabinum ſapientiſſimum, juſtiſſimum, una cum Andrea van Es p. m. quondam Chirurgo dexterrimo, peritiſſimo, qui omnibus ritè examinatis, totum illum tumorem, ſed partitis vicibus, exſtirpandum judicavere. Jactâ aleâ, primò duo illa ulcera vicina in unum, mediam partem quaſi cartilaginoſam diſſecando, redegerunt: ſed mox, arteriolâ parvâ diſſectâ, ſanguine proſiliente animi deliquium, & convulſiones eodem ipſo momento paſſa fuit, ita ut adſtantes penè mortem extimerent. Verum quia in minimo, & quidem in tumore præternaturali (in quo nunquam vaſa majoris notæ, ſed tantum minima & capillaria obſervantur) hoc obſervabatur, mox Medicus aceto, cardiaco, & ſimilibus naribus admotis neutiquam perterritus brevi à deliquio revocavit. Tumque ob fœtorem graviſſimum & fere intolerabilem adhibito per octo vel decem dies fomento ex ſcordio, abſinthio, rutâ, abrotano, centaureâ minore, myrrhâ, theriacâ, & ſpiritu vini camphorato, butyroque antimonii incaſſum ad ſeparationem illito: tandem cruciali factâ inciſione, cute dilatatâ &c. totum tumorem carti-

Virgini ſacræ poſt menſtrua ſuppreſſa.

Tumor quidam in pedis digito majori exortus, in quo tandem duo ulcera fœtida.

In quo ſublato.

tilaginoſum inſtar calvariæ humanæ, imo tribus vel quatuor vicibus diverſo tempore cum abſcidiſſet, impletum ſubſtantiâ quâdam glutinoſâ tenaci invenit, & plus quinquaginta oſſibus ſpongioſis variæ figuræ & magnitudinis evulſis, abſque notabili dolore, levi tantum hæmorrhagiâ, ſecundum artem denique ægram curarunt, quæ nullo impedimento in poſterum exivit. Verum poſt annum vel ſere eodem, vel ſimili ſaltem tumore, eâdemq; ſubſtantiâ impleto, ſed abſque ulceribus, & tali fœtore, eodemque modo curata fuit: ſed quod notandum abſque ulla hæmorrhagia, jamque ſana ſuperat, digitumque pedis æquè ac ceteros flectere poteſt.

Ultra quinquaginta oſſa ſpongioſa glutinosâ ſubſtantiâ quadam intermixta invenerunt.

Recidivam denuo poſt annum paſſa, eodem modo curata, ſana manet.

Dicta ut eò melius ſtudioſus Lector intelligeret, hanc figuram addidi.

Dicta figuræ illuſtrata.

A. Virgo ſacra ſellæ inſidens.
B. Pes cum tumore.
C. C. Ulcera duo.
D. Sanguis ex vulnerata arteriola exſiliens.
E. E. E. Magnitudo tumoris.
F. F. F. F. Fruſta ſpongioſa oſſea variæ figuræ & magnitudinis.

TAB. IV. FIG. IV.

Paginâ 105. 106. & 107. mentionem fecimus de Viro quodam Naupego, cujus ſcrotum cortice quodam lapideo internè obductum erat. Verum memoriâ quia aliquid exciderat, hæc bellaria addere congruum judicavi. Illius enim teſticulus ſiniſter cortice quodam lapideo inſtar ovorum teſtæ obſeſſus, quo inſtrumento quodam diſrupto, tantum fœtorem de ſe ſpirabat, ut animi deliquium una cum Chirurgo penè paſſus fuerim: quo tamen diſrupto, pure fœtido effluente, teſticulus naturalis neutiquam infectus conſpiciebatur, brevique, ut ex dictis ſuperioribus patet, ſanatus eſt.

Teſticulus cortice lapideo obductus.

Ac eo liberatus, ſed illæſus.

12. Scorbutus: quammaximè in hoc affectu διαφορητικὰ, ſed blanda, nec vehementiora, ſed ſpecifica conveniunt. Sint diaphoretica antiſcorbutica volatilia oleoſa, & ſpirituoſa humores pituitoſos viſcidos blandè incidentia, acidioreſque vel auſteriores humores corrigentia & alterantia, bilemve acriorem craſſioremve, vel ſalivam ſalſiorem continuò deglutitam temperantia, &c. Hac enim ratione non tantum humores peccantes tutò & jucundè mitigantur & corriguntur, verum etiam glandularum cæterarumque partium obſtructiones citò quandoque aperiuntur, ſymptomataque tolluntur. Plurima quoque, ſi non omnia, antiſcorbutica medicamenta volatilia & ſpirituoſa exiſtunt.

Scorbuto.

Vir quadraginta duo annorum, pituitoſus, carnibus ſalitis fumoque induratis, piſcibus, & ſimilibus plus ſolito ac diutius uſur-

Vir poſt malam diætam in varia

Scorbuti ſymptomata incidit.

uſurpatis, incidit primò in artuum omnium dolorem gravativum, in primis veſpertino tempore intolerabilem, oris fœtorem graviſſimum, dentium vacillationem, imo nigredinem ſummam, gingivarum eroſionem, ac denique maculas purpureas per univerſum corpus diſperſas; imo tandem in tantam motus corporis diminutionem, ut pedibus nec incedere, nec brachia niſi ſummo cum dolore atque moleſtia movere poſſet. Meum implorans auxilium, primò hanc mixturam dedi.

Verum mixturâ.

℞. *Aq. Card. bened. Cochlear. ana* ℥iiß. *Spirit. antiſcorbutic. p.*270. *deſcript. Diaphoret. ſæpius citati ana* ℥ß. *Nitri dulc. aromat. antea præſcript. & dat. gutt.* xxxvi. *Antim. diaphor.* ʒß. *Rob. ſambuc.* ℥ß. MS.

Sæpius cochlearia duo aſſumens blandè ſemper ſudavit. Interim pro potu aſſumebat ſequens decoctum parum calefactum, unicuique hauſtui admiſcendo de ſequenti ſpiritu viginti guttulas.

Ac decocto antiſcorbutico.

℞. *Radic. Lapath. acut. recent.* ℥iiij. *Polypod. quercin. Liquirit. exteriore cortice liberat. ana* ℥vj. *Fol. cochlear. Beccabung. recent. ana* M. jß. *Summit. centaur. min. p.* ij. *Pomor. citri recent. no.* ij. Conciſ. & contuſ. Coq. ſ. a in ſ. q. *ſeri lactis dulc.* ad colatur. pint. v.

Necnon ſpiritu.

℞. *Sal. volatil. oleoſ. Spirit. cochlear. ana* ℥iß. MS.

Interim os colluebat dicto decocto, & dentes nigricantes confricabat pulvere ex cubebe, lapide ſpongiæ, pane ſiligineo toſto, & nuce areca, ſeu fauſen Dodonæi prunæ candenti parum impoſito, & guttulis nonnullis ſpiritus ſalis confecto.

Ac pulvere dentifricio.

Sæpius veſperi cum vino Rhenano vetuſtiori aſſumpſit hunc bolum diaphoreticum.

Ut & bolo diaphoretico ſpecifico & ſimilibus aſſumptis.

℞. *Electuar. diaphor. in præcedentibus deſcript.* ℈iv. *Antim. diaphor.* ℈j. *Sal. volat. corn. Cerv.* ℈ß. *Spirit. cochlear. gutt.* xij. MS. F. Bolus.

Brevi curatus fuit.

Atque intra tres ſeptimanas curatus fuit, nullo remanente ſymptomate, nec dentibus vacillantibus, ſed nitidiſſimis, nullumque fœtorem ſpirantibus.

Nautis & trans mare navigantibus acida ac ſubacida magis, quàm ſpirituoſa convenire.

In primis quoque notandum judicamus, Nautis, & qui per mare diu navigant, non tam ſpirituoſa volatilia, quàm acida vel ſubacida convenire; imo inter omnia medicamenta illis proficua oleum vitrioli omnibus palmam præripere; item poma citria, limonia, & ſimilia, quorum beneficio citò ac jucundè tutòque curantur: imo qui in tempore ac præcautionis ergo utuntur dicto oleo vitrioli, non facilè, aut nunquam, etſi diutius trans mare navigent, ſcorbuto infeſtari.

Hiſce in Regionibus, & in primis quoque in Anglia plurimi in-

Infantes rachitide(x) laborant. Verum quia alibi ſatis ſuperque de illa egi, crambem bis coctam tantum apponerem: antiſcorbuticis enim, aperientibus, deobſtruentibus ſpecificis, ſubacidis volatilibus, ſimulque leviter aromaticis ſatis citò tutòque curantur. Rachitis quibus curatur.

Sic

(x) Rachitis morbus eſt adeo familiaris in Belgio, ut ipſius tantum nomen indigitaſſe Auctori noſtro ſuffecerit, quò ab omnibus intelligeretur. Sed Lector noſter, qui morbum illum in hiſce regionibus nunquam viderit, jure à nobis ejus hiſtoriam exiget. Vix autem quidquam proferre poſſumus, quod à clariſſimis Viris Gliſſonio, & Mayowio non fuerit deſumptum, qui elegantes admodum diſſertationes ſuper morbo illo nobis tradiderunt: rati, conſultius eſſe in re nobis obſcura conſultos in ea Viros conſulere, quàm ex ingenio noſtro meditari: Ea autem eſt morbi hujus natura, ut nutritionem corporis perinde depravet, ut dum nonnullæ partes enormiùs excreſcant, aliæ intorqueantur, aliæ in nodos aſſurgant, quædam viciſſim contabeſcant & extenuentur. Morbo autem invaleſcente Infantes, quos præcipuè corripit Rachitis, ita debiles redduntur ac imbecilles, ut motus facultate omnino deſtitutos eos diceres, & ſellæ perpetuò aſſidere cogantur. Viſum idcirco eſt Mayowio modo laudato, morbum iſtum à ſpinalis medullæ obſtructione deſcendere, unde tanquam ex fonte ſymptomata omnia adjuncta ſic perſpicuè deducit, ut nulla mihi videatur ei morbo congruentior hypotheſis poſſe excogitari. Quod tantò faciliùs factum ipſi indulgeas, quod ad partes corporis nutriendas ſuccum nerveum ſimul cum ſanguine concurrere arbitretur. Nemo autem putet, obſtructionem in ſpinalis medullæ principio, aut ipſius tractu confeſtim fieri, ſed ſenſim, & in dies ſuccreſcere, adeout morbi incrementa hinc præſertim repetenda ſint. Quò præcipuè inſpexiſſe puto Stephanum Blancardum, qui in ſua Anatomia practica ſpinalem medullam non planè in hoc morbo Paralyticam eſſe exiſtimavit. Sed adhuc difficilius eſt, quomodo humor, qui plerumque ex cerebro in medullam ſpinalem illabitur, ejus ſubſtantiam non obſtruat. Quem ſcrupulum fortè ingenioſiùs ſubmovit Auctor modo citatus, dicendo, talem eſſe poſſe particularum ſucci nervei proportionem, ut cerebri glandulas, ejuſque nervorum originem facilè permeent, medullam vero ſpinalem quaſi obſtruant. Equidem quemadmodum videmus, partes noſtri corporis colore & conſiſtentiâ inter ſe plurimum differre; ita quoque cogitandum eſt, non minimum diſcrimen in interiori earum ſtructura reperiri: ſicque qui modo ſuccus per ſemitas cerebri facilè fluebat, in ſpinalem medullam illapſus, aut pedem ſigit, aut lentiùs movetur. Hinc verò liquet, quod eæ corporis partes, quæ à ſpinali medulla nervos excipiunt, non tantum in hoc morbo non excreſcere, ſed propter nervoſi ſucci defectum inareſcere & extenuari debeant: quales præſertim ſunt omnes muſculi pectoris & abdominis, quique artubus impellendis inſerviunt. Sed viciſſim quum, impedito ad ſpinalem medullam commeatu, uberior ſucci nutritii copia per nervos à cerebro prognatos ad reliquas corporis partes ſuppeditetur; facilè hinc ratio patet, cur caput in miram molem aſſurgat, & viſcera abdominis, quæ nervorum paris vagi ac intercoſtalis propaginibus inter ſe colligantur, latiùs excreſcant. Huic autem morbo nectitur ingenium Patientis acutius, & vultus quàm pro annis habitior conſpicitur. Etenim quemadmodum ſuccus nerveus majori copia in cerebro congeſtus Patientis ingenium intendit; ita faciei partes parili ratione extuberantes provectiorem ſpeciem comminiſcuntur. Ratio vero, cur meſenterium hoc morbo denatorum glutinosâ materiâ implicitum, majoribus glandulis, ac ſtrumoſis tumoribus refertum plerumque comperiatur, hæc quidem non ſine veri ſpecie traditur à laudato Mayowio. Quum enim maxima nervorum progenies ab intercoſtali prodeuntium meſenterium perreptet, atque per eos major ſucci nutritii quantitas, quàm in viſcerum ſubſtantiam converti poſſit, deferatur; omnino neceſſe eſt, ut in meſenterii interſtitia effuſus diuturniori ipſius morâ in coagulum abeat, ibique ſtrumas numeroſas procreet. Quod quidem experimento in Cane facto potiſſimum fuit edoctus, cujus nervus tribus antea menſibus ſaucius concretionem ſatis inſignem inſtar glanduloſæ ſubſtantiæ prodidit. Poſtremum vero eſt in hoc morbo, ut dum oſſa quædam pluribus tuberibus extuberant, alia viciſſim incurventur: cujus equidem phœnomeni ingenioſo admodum commento rationem aperuit toties laudatus Mayowius. Etenim quum ſpinalis medulla obſtructa nutritionem in partibus corporis depravet, & oſſa, quæ nervorum ſatellitio non fruuntur, ſubſtantiam alimentariam ex ſanguine dumtaxat hauriant; multum ſanè aberit, ut obſtructio illa nutritioni oſsium officere poſsit. Quum ergo oſsa pari ratione in hoc morbo affectis, ac in ſanis nutriantur, & in longum ac latum pari ritu adoleſcant, quumque circumſiti muſculi arefacti eorum elongationi obnitantur; omnino neceſſe eſt, ut incurventur, & verſus eam partem promineant, ubi minor occurrit reſiſtentia. Quod planè adoleſcentis arboris exemplo confirmatur, quæ circa radicem & ſummitatem ſic fune obſtricta, ut altiùs aſſurgere non poſsit, paulatim in partem funi oppoſitam incurvatur. Id vero clariùs adhuc ex eo evincitur, quod oſſa perinde ſemper in hoc affectu incurventur, ut concavâ parte adnexos muſcu-

 ſcu-

Infantes ſeneſque ulcere nomâ ſæpius laborant.

Sic quoque facilè & ſæpius Infantes, ut & aliquando Senes ulcere oris noma dicto laborant cum ſummo fœtore, & in Senibus hæmorrhagiâ gingivarum ſimul conjuncto.

Plurium loco unam vel alteram de ulcere noma & rachitide tantum addam hiſtoriam, ſed noſtro judicio notatu lectuque dignam.

Puer ulcere nomâ laborans.

Puer decimum jam agens annum, plurimum lacticiniis uſus ſcorbutum vulgaribus ſymptomatibus concomitantibus contraxit, ſimulque tandem ulcus oris noma dictum adeo ingens, ut omnes adſtantes brevi ipſum moriturum putarent. Verum accerſitus pulſum ſatis robuſtum, ac appetitum vigentem inveni, ſed omnes fere dentes carioſos, ſummè fœtentes, nigricantes, vacillantes, imo totam vel maximam ſaltem maxillæ inferioris partem carie infectam; externa, genas nempe ac labia valde intumefacta, indurata, cutemque ſubalbidam, ac hinc inde lividam, ac penè gangrænâ affectam obſervavi. Chirurgus malum incurabile, ideoque manum detrahendam, nihilque eſſe vel exhibendum internè, vel applicandum externè cenſebat, quod admotis medicamentis nonniſi diutius miſerrimè victiturus eſſet. Contra quem omnia ſecundum artem eſſe adminiſtranda ac adhibenda demonſtrabam, eaque de cauſa Parentes nos vocaſſe edocebam.

Maximâ inferioris maxillæ parte carie affectâ & genâ gangrænâ penè infectâ.

Internè ergo hanc mixturam cochleatim uſurpandam dedi, ac in juſculo Vervecino vel Vitulino de ſequenti ſpiritu guttulas aliquot ſumendas.

Uſurpatâ mixturâ antiſcorbuticâ.

♃. *Aq. Meliſs. Cochlear. ana* ℥ij. *Cinnamom.* ℥ß. *Spirit. antiſcorbutic. mox citat.* ℥ii. *Nitri dulc. aromat. antea deſcript.* ℈j. *Antim. diaphor. gran.* xv. *Syrup. Cochlear.* ℥ß. MS.

Potui, ut & juſculis, ut jam dictum, guttulas duodecim de ſequenti immiſcuere.

♃. *Spir.*

ſculos, tanquam arcus chordam ſuam, reſpiciant. Tibia enim anteriùs prominet, cubitus extrorſum, digiti manus dorſum ſuum erigunt: ſpina vero ob variam muſculorum poſitionem circa lumbos extrorſum porrigitur, in ſuperiori vero parte introrſum pellitur. Secus ſe res habet in femore ac humero, quæ quum nequeant incurvari, quia undique æquali fere muſculorum robore muniuntur, pluribus nodis ac tuberibus ut plurimum deturpantur. Coſtæ vero in arcus formam jam figuratæ, quum non poſsint curvitatem ſuam altiùs ſuſtollere, quum quantum ipſæ adoleſcunt, tantum intercoſtales muſculi exareſcant, pluribus nodis ſparſim inficiuntur, & anterius in ſterno in acumen elongantur. Patet autem, ex difformi illa partium pectoris conſtitutione ipſius cavitatem perinde anguſtari, ut difficilis reſpiratio perpetuò hunc morbum comitari debeat; quæ major erit, ſi pulmones pleuræ adhæſerint, & ſanguis in iis grumoſus manſerit: quod toties accidiſſe cadaverum Proſectores narrant, ut nulla res eâ ſit frequentior. Recens autem natos præcipuè manet hoc fatum, ob id potiſsimum, quod partes corporis molliores habeant, & juſtam creſcendi metam non adhuc fuerint indepti. Adultioribus vero, quibus omnia fuere confirmata, & partes corporis ad debitam molem jam creverint, procul eſt, ut obſtructio ſpinalis medullæ enormi partium incremento ſeſe manifeſtet, ſed aliarum tamen exareſcentia ſatis ſe prodit. Hæc quidem eſt Rachitidis hiſtoria, quam latiùs, quàm pro more, proſequi oportuit, ut morbi hujus exotici naturam accuratiùs dignoſceremus. Cur autem ille duntaxat Angliam, & Belgium, vel certè magis, quàm alias regiones infeſtet, mihi non adhuc eſt exploratum: crederem tamen occultum aeris ingenium, & peculiarem eorum locorum vivendi rationem potiſsimum ad id conferre.

℞. *Spir. nitri dulc. aromat. Elixir. propriet. Paracelſ. ana* ℥ij. MS. detur in phiola. Spiritu.

Externè Chirugus, nonnullis dentibus carioſis vacillantibus evulſis, applicuit ſequens cataplaſma.

℞. *Folior. ſcord. Agrimon. Cochlear. ana* M.j. *Menth. aquat. rubr. Abſinth. ana* Mß. *Summit. centaur. min. Flor. ſambuc. ana* p. ij. Conciſ. & contuſ. coq. in ſ.q. vini ſ.a. denuo contuſ. add. *Farin. lupinor.* ℥iß. *Theriac. Andromach.* ʒvi. *Spirit. vin. camphorat. q.ſ.* MS. pro Cataplaſmate. Idque ter quaterve quotidie renovatum fuit. Cataplaſmate.

Os interim ſingulis horis colluebat ſequenti decocto, & ſexies imo octies de die penicillo ſequenti mixturâ imbuto poſt oris collutionem Chirurgus eſt uſus, ſingulis vicibus penicillum aquâ purâ abluendo, ac ſubinde partes gangrænâ vel ſphacelo affectas ſcarificando.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥ß. *Fol. ſcord. Agrimon. Menth. aquatic. rub. ana* M.j. *Cochlear.* M.ß. *Summit. centaur. min. p.* ij. Conciſ. & contuſ. coq. ſ.a. vaſis optime clauſis in *vin. q.ſ.* ad colaturæ pint. jß. add. *Spirit. vini* ℥ij. *Ol. vitriol. gutt.* xx. *Rob. ſambuc.* ℥j. MS. pro oris collutione. Oris collutione.

Rob ſambuci addere coacti fuimus, quia aliàs hic Puer os colluere hoc decocto nolebat. Saccharata neutiquam amo in hoc ulcere noma.

℞. *Elixir. proprietat. Paracelſ. cum acido ſpiritu parat. Spirit. vitriol. ana* ℥iß. *Salis armoniac.* ℈ij. Mixta in majori phiola efferveſcant: poſt efferveſcentiam add. *Aq. theriac. ſimplic. Spirit. vini camphorat. ana* ℥j. MS. Ac mixturâ ſpecificâ penicillo admotâ.

Quibus diligenter adhibitis, in dies ac genarum & labiorum durities ac tumor, fœtor, putredo &c. minuebantur, dentes penè omnes ex maxilla inferiore decidebant, aut tollebantur à Chirurgo. Vix aut parum toto illo tempore febricitabat, ſæpius blandè ſudabat, benè noctu dormiebat, præterquam quod ſingulis horis lavationis vel collutionis oris ergo è ſomno excitaretur; in quem tamen ſtatim relapſus eſt. Atqui intra tres ſeptimanas horumce medicamentorum beneficio omnis genarum ac labiorum durities vel induratio præter omnium exſpectationem evanuit, genæque detumuerunt. Verum os vix aperire potuit, & Chirurgus maxillam inferiorem digitis arreptam totam pene in dies magis magiſque vacillantem obſervavit. Quare in uſu dictorum medicamentorum continuavimus, verum nec toties de die, nec tam acriter lavando &c. tandemque poſt tertium, ni fallor, menſem ultra dimidiam maxillæ inferioris partem valde carioſam nigram levi cum hæmor- Omnis genarum ac labiorum durities & tumor evanuit. Dimidia maxillæ inferioris

 rha-

parte à Chirurgo ſublata.

rhagiâ ipſe Chirurgus perterritus omnium ſumma cum admiratione extraxit: ex quo præter omnium exſpectationem curatus fuit miſer hic, & ab omnibus jam derelictus Puer.

Curatus fuit.

Sed quod mirandum magis, panem, carnes, & ſimilia denuo comedere poteſt; non tamen os ita aperire, aut verba tam articulatim proferre, ut antea: quod tamen fore, ut facere queat, ſpes eſt Parentibus, quia in dies faciliùs verba proferre eum audiunt.

Maxillæ partis extractæ delineatio.

En maxillæ inferioris partis carie affectæ delineationem.

A. Maxillæ inferioris magna pars carie affecta.

B. B. B. Alveoli hinc inde dentibus privati, ſed itidem carioſi, vel carie exeſi.

TAB. V. FIG. I.

C. Proceſſus maxillæ coronè dictus.

D. Altera extremitas, ubi à ſana maxillæ parte ſeparata eſt.

Puerulus rachitide laborans.

Puerulus quatuor vel quod exceſſerat annorum, macer, ac Seni ſimilis, à nativitate rachitide laboraverat. Quia vero Parentibus res anguſta domi, parum vel nihil in uſum revocare potuerant, præter braſſicæ capitatæ rubræ decoctum ſaccharo edulcoratum. Id igitur quotidie uſurpavit, ſed abſque ullo levamine: cathedræ continuò pedibus cruciatis & cruribus intortis inſedebat, ſitibundus plurimum bibit, & quidem lac ebutyratum, vel cereviſiam tenuiſſimam. Tandem de maximo conqueſtus eſt dolore circa vel prope muſculos deltoides, quibus cataplaſma ex his illiſve coctum impoſuere: ſed fruſtra, dolor quia in dies intenſior, ac minus tolerabilis reddebatur, unde dies noctesque plurimas inſomnes cum fletu & ejulatu Puer traduxit. Acceſſitus Chirurgus cataplaſma ex emollientibus, maturantibus, ſimulque anodynis paratum partibus dolentibus tumefactis, & parum induratis adhibuit: poſt triduum vel circiter non tantum pus, verum & durum quid protuberans in utroque tumore nondum aperto obſervavit. Quare & ego vocatus, omnibus ritè examinatis, valde debilem & rachitide laborantem &c. inveni, ac idem cataplaſma renovandum una cum Chirurgo Johanne à Nierop in arte ſua peritiſſimo judicavi; mixturam antiſcorbuticam ſimulque cardiacam ſequentem cochleatim uſurpandam dedi.

In tumores duos circa muſculos deltoides incidit.

Nutribus medicamentis internis externiſque adhibitis.

♃. *Aq. Meliſſ. Cochlear. ana* ℥ij. *Cinnamom.* ℥ß. *Spir. antiſcorbut. ſæpius jam præſcript.* ℥ij. *Nitri dulc. aromat. gutt.* xxx. *Confect. alkerm.* ℥ß. *Antim. diaphor.* ℈ß. *Syrup. diacod.* ℥j. MS.

Tumoribus apertis.

Poſtero die nobis redeuntibus Mater referebat, cum puerum è lecto eripere voluiſſet, pus ex manica effluxiſſe, & ab illo tempore clamorem ſummum ſuſtuliſſe. Omnibus denudatis, brachium brevius nobis videbatur, imo ulcus non tantum apertum, ſed

ipſum

ipſum os humeri vel brachii appendice ſeu capite, quod cum ſcapula per διάρθρωσιν articulatur, orbatum ad tres digitos extra vulnus vel ulceris apertionem eminens perterriti vidimus, quod & brevi in altero brachio quoque obſervavimus: aſt non longè poſt diem obiit. Poſt mortem plurimis Medicinæ Doctoribus Tironibuſque præſentibus cadaver diſſecuimus, cujus abdomen valde intumefactum inæquale ac induratum, quo aperto, omnes fere glandulas internas meſenterii &c. obſtructas, intumefactas, & parum induratas, ac pituitâ quadam tenaci ac glutinosâ obſeſſas, imo nonnullas ſchirroſas invenimus: circa omnes penè membrorum articulationes oſſium appendices quodammodo ſpongioſas, pituitâ glutinosâ obſeſſas, & hinc inde ſolito majores & extenſas obſervavimus. Verum quia practica tracto, non vero anatomica, hiſce ſuperſedebo. En tibi dicta ſequenti figurâ illuſtrata.

Oſſa humeri capitibus orbata extra ulcera protuberantia.

Poſt mortem omnes meſenterii &c. glandulas pituitâ glutinosâ obſeſſas &c invenimus.

A. Puerulus rachitide antea affectus.

B. Abdomen valde intumefactum, induratum, & hinc inde inæquale.

C. C. Oſſa humeri extra vulnus protuberantia capitibus ſuis orbata.

D. D. Appendices oſſium humeri.

E. E. Appendices oſſium cubiti, ulnæ nempe & radii, prope carpum præternaturaliter incraſſatæ & extuberantes, quibus penè omnes rachitide affecti laborant.

F. F. Capita oſſis femoris inferiora plus ſolito itidem incraſſata.

G. G. Oſſa utriuſque tibiæ nimium incurvata.

Figuræ explicatio.

TAB. V. FIG. II.

13. Quæcunque inflammationis internæ, ut pleuritis, angina, &c. vel externæ ſpecies, ut eryſipelas, &c. hac nanque methodo tutiſſimè, imo & citiſſimè inflammationes curantur ac tolluntur. Nec mirum, ἱδρωτικὰ enim & διαφορητικά, quæ hiſce in caſibus præſcribuntur & uſurpantur, plerumque ſpirituoſa volatilia pituitam viſcidam tenacemque à frigore externo &c. coagulatam, obſtructioneſque excitantem incidunt, attenuant, aperiuntque; humoreſque ſtagnatione acriores, ſpiritibus nempe animalibus quodammodo avolantibus, (aquæ enim ſtagnantes facilè putreſcunt) redditos corrigunt, temperant, atque mitigant; eoque citò tutò & jucundè graves periculoſaſque inflammationes à frigore externo in primis excitatas brevi quandoque curant. Quod ut probem, ſequentes caſus ſubjicere pretium operæ duxi.

Inflammationibus internis vel externis.

Et quare.

Juvenis quidam viceſimum tertium agens annum, pituitoſus, per æſtatem iter faciens, cum ſudore difflueret, ſub umbram ſe recepit; ubi auram frigidiorem hauſiſſe non contentus, nimio

Juvenis valde ſudans.

quo-

Frigori ſeſe exponens. quoque cereviſiæ gelidæ potui indulſit: unde refectus, ut videbatur ſibi, in itinere percepit. Verum poſt horam circiter ſiniſtri lateris ingentem dolorem punctorium, faucium titillationem, brevique poſt conſtrictionem, tuſſiculam, reſpirationemque difficilem paſſus eſt: quare properante tandem pede domum contigit. Tum vero præ ſiniſtri lateris dolore punctorio reſpirare vix potuit, impeditâ omnino tuſſi. Confeſtim igitur accerſitum Chirurgum venæ ſectionem inſtituere juſſit. Vena ſecta levamen quoddam attulit quoad faucium laterisque ſiniſtri punctorium dolorem, imo omnis dolor evanuit, impoſito ſequenti medicamento externo, quo ſolo plurimos pleuriticos, internis externiſque variis &c. fruſtra adhibitis, brevi, inſtitutâ nempe venæ ſectione, & aſſumpto hauſtu diaphoretico, imo abſque venæ ſectione curatos teſtor.

In lateris dolorem punctorium &c. incidit.

Quare vena fuit aperta.

Et cataplaſma lateri impoſitũ fuit cum ſummo levamine.

℞. *Porri commun. ſeu ſectiv. cum toto conciſ. & contuſ.* M. iij. *Ol. rapar. q. ſ.* Mixta imponantur igni, continuò circumrotando, ne empyreuma redoleat, & coq. ad conſiſtentiam cataplaſmatis, pannis calidis lateri dolenti applic.

Aſt circa mediam noctem in ſummum capitis, & brevi totius corporis dolorem gravativum, & circa ſeptimam matutinam in faciei grave eryſipelas œdematodes incidit. Quare accerſitus ſequentem mixturam dedi.

Poſtea in faciei eryſipelas œdematodes incidit.

℞. *Aq. flor. ſambuc. Hyſſop. ana* ℥iij. *Prophylact. pag.* 318 *deſcript.* ℥vj. *Theriacal. ſuperius tradit.* ℥ß. *Sang. Hirci Antim. diaphor. Ocul. Cancr. ana* ʒß. *Spir. ſal. armon. gutt.* xij. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syr. è ſucco papav. errat. expreſſo parat.* ℥i. MS.

Quare mixturam.

De hac mixtura tribus cochlearibus frequenter aſſumptis, interjecto duarum horarum ſpatio, levis primum, mox copioſus ſubortus eſt ſudor. Quoniam vero moleſta admodum concutebatur tuſſi, octo dedi pilulas de maſſa pag. 371. deſcripta, de quibus mane & veſperi duas tali cum ſucceſſu uſurpavit, ut poſt biduum non tuſſiverit amplius, multaque phlegmata ſanguinolenta excreverit: poſtque tertiam hujus mixturæ iteratæ uſurpationem nec capitis nec corporis gravativum, nec lateris ſiniſtri punctorium dolorem obſervaverit amplius. Externè faciei nonniſi decoctum florum ſambuci cum pauxillo vini ſpiritus impoſuit, ac intra quatriduum curatus fuit. Huic obſervationi libet & ſequentem caſum adjungere.

Et ob tuſſim pilulas aſſumpſit.

Et curatus fuit.

Puella quædam ſextum decimum jam agens annum, noctu ſubitò experrecta, poſt leve frigus per totum corpus diſperſum in-

Puella ſudans.

incaluit: mane ſurgens de capitis dolore gravativo, præcordiorumque anxietate imo & compreſſione, ventris duritie, alvo adſtrictâ, appetituque proſtrato valde conquerebatur: quare purgans cujuſdam conſilio aſſumpſit, undè optime alvum depoſuit. Attamen ſymptomata ingraveſcebant in dies, imo quicquid poſtea per ſex ſeptemve ſeptimanas ſymptomata curandi tollendique hæc gratiâ uſurpaſſet, nihil omnino profecit; ſicque per tres menſes decubuit, omnino macilenta ac fere exſucca reddita. Circa quartum vero menſem de dolore lateris ſiniſtri punctorio ingenti, tuſſi moleſtiſſima, ac reſpiratione difficiliori vehementer conqueſta eſt. Quare Chirurgus accerſitus pleuritidem eſſe cenſuit; inſtitutâque itaque venæ ſectione, exhibitâque mixturâ anti-pleuriticâ, pleuritide quidem liberata eſt, nondum vero difficiliori reſpiratione. Quare varia jam hujus jam illius conſilio non ſine fructu uſurpavit, curata enim intra tres ſeptimanas à difficiliori reſpiratione fuit. Hujus autem curationem tuſſis ſicca excepit, quæ nullis medicamentis fere ſuperari potuit. Continuò itaque tuſſiendo decumbens, iterum in pleuritidem acriùs tamen & vehementiùs affligentem incidit, quam nec venæ ſectione, nec ullis aliis medicamentis antipleuriticis tollere ac curare potuit dictus Chirurgus. Evenit tamen decimo undecimove à pleuritidis hujus ultimæ invaſionis die, ut ſubitò omnis dolor punctorius, tuſſiſque evanuerit, nullaque phlegmata ſanguinolenta, nec etiam alia excreverit, nullumque poſtea obſervaverit dolorem: ſicque per ſex, ni fallor, ſeptimanas decubuit, ac de nullo ſymptomate, præterquam de aliqua reſpirationis difficultate, queſta eſt. Interim tam macra facta, ut nonniſi oſſa cute ſolummodo, omninoque carne ſpoliata conſpicerentur. Febris poſtea gravior in dies reddita, cumque de dolore primò gravativo, dein & punctorio circa quintam & ſextam coſtam ſub mammilla ſiniſtra conqueſta fuit, Parentibus querelas flocci pendentibus, magis magiſque quotidie ſortem ſuam deplorans, brevi poſt levem obſervavit tumorem, qui in dies major intra octiduum ſponte fuit diſruptus, ac tantam ſeroſi puris quantitatem excrevit, ut tres pintas ſuperaret. Quare me ac Chirurgum vocavere, multuſque ſpiritus per foramen apertum inter reſpirandum tranſiit. Externè quid propriè applicatum & adhibitum fuerit, è memoria excidit. Internè vero nonniſi ſequens decoctum quater quinquieſve ad duas treſve uncias calidè, ut & ſequentem mixturam cardiacam cochleatim uſurpavit.

In dolorem, præcordiorum, anxietatem &c.

Ac tandem in pleuriſin incidit.

Venæ ſectione liberata à dicto dolore.

Remanente reſpiratione difficiliori &c.

Ac tuſſi ſicca afflicta.

Conqueſta eſt de dolore punctorio &c. ac tumore circa quintam & ſextam coſtam.

Sponte ille tumor fuit apertus.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥ij. *Rad. glycyrrhiz. Polypod. quercin. ana* ℥iß. *Fol. ſcabioſ. Tuſſilagin. Conſolid. ſarrac. ana* M. j. *Siliquar. dulc.* ℥iß. *Flor. papav. errat.* M. ß. *Paſſul. major. ab arillis mun-*

Quare decoctum vulnerarium pectorale.

mundat. ℥ij. Coq. in ſ. q. aq. decoct. hord. in colatur. unciis XL. diſſolv. *Syr. papav. errat. Hyſſop. ana* ℥iß. *Balſam. ſulphur. aniſat.* ℈j. MS. pro Apozemate.

Et mixturam pectoralem &c. uſurpavit.

℞. *Aq. hyſſop. Meliſſ. ana* ℥iß. *Flor. papav. rhead.* ℥ij. *Cinamom.* ʒvj. *Laud. opiat. gr.* ij. *Balſam. ſulphur. aniſ. gut.* vj. *Confect. alkerm.* ℥iß. *Syr. papav. errat. Capill. vener. ana* ℥iij. MS.

Ac ſanata fuit.

Horum medicamentorum beneficio ſeroſi puris copiâ in dies imminutâ tandem curata fuit; ac inde, licet macilenta, ſatis tamen benè ac ſuaviter valet.

Scabie omnibuſque cutis effloreſcentiis.

14. Scabies, omneſque cutis effloreſcentiæ, & exanthemata, ut maculæ aut puſtulæ rubræ, nigræ, lividæ, pallidæ, flavæ, pellucidæ &c. cum pruritu vel ſine eo ægrum affligentes. Nam quò natura vergit, eò ducenda per loca convenientia: conveniunt ergo quammaximè, cæteris tamen non neglectis, ἱδρωτικὰ & διαφορητικά. Aſt nota, ſint ſpecifica hunc illumve peccantem humorem ſimul corrigentia & alterantia, citior enim ac jucundior tum ſemper erit curatio, quia ſimul & humorem peccantem tum temperant, ac per cutis poros educunt. Quæ dicta abundè probata inveniet ſtudioſus Lector apud Bartholomæum Montagnanam, Hieronymum Mercurialem, & Samuelem Haſenrefferum de affectibus cutaneis, & Zacheum à Puteo de pruritu, necnon Thaddæum Hagecium de ſcabie, qui unanimiter ſudorifera & diaphoretica in primis humorem peccantem ſpectantia in omnibus fere cutis affectibus ſummopere extollunt.

Sint tum diaphoretica ſpecificis mixta.

Sequens caſus ſudoriferis vulgaribus, etſi fruſtra primò exhibitis, dicta ſatis quoque comprobat.

Vir ſub cane ex itinere reverſus.

In corporis gravitatem ac titillationem moleſtam.

Vir triginta duo annorum, bilioſus, ex itinere ſub cane reverſus, ac valde defatigatus, ſitibundus, de corporis quadam gravitate, & titillatione moleſtâ conquerebatur; cæterum optimè valens, benè cœnatus lectum adiit, placidè dormivit. Mane vero ſurgens ardorem gravativum per totum corpus, ac ſitim inexplebilem ſenſit: quare me accerſivit. Accedens leviter febricitantem, linguam aridam, urinam rubicundam, & totum corpus maculis rubris ſummo cum pruritu ſcatens, pulſum debilem, parum contractum, & reſpirationem difficiliorem inveni. Quare ſequentem bolum diaphoreticum exhibui.

Febrem ac pruritum, maculas per univerſum corpus &c. incidit.

Quare bolum diaphoreticum aſſumpſit &c

℞. *Electuar. diaphor. ſæpius jam citat.* ʒj. *Antim. diaphor.* ℈j. *Rad. contrayerv. Sal. volat. corn. Cerv. ana gran.* iiij. *Lapid. prunell. gran.* xij. MS. F. Bolus.

Benè ſudavit.

Quem cum vino Rhenano flavedine corticum citri recentium calefacto aſſumpſit, ac benè ſudavit, verum abſque ullo levamine. Veſperi reverſus oppreſſum magis, & reſpirantem difficiliùs, febrem

brem majorem, & quidem continuam, maculas veſiculis nonnullis hinc inde contectas obſervavi. Quare doſin pulveris Comitiſſæ Kent addito lapidis prunellæ ſemiſcrupulo exhibui; unde ſudavit quidem, aſt fruſtra. Quare ſequentem mixturam dedi, de qua ſingulis horis cochleare unum vel ad ſummum duo aſſumpſit, & licet ſudavit, nullus tamen ſucceſſus inde quoque viſus eſt. Verum maculæ illæ quia veſiculis obſeſſæ &c. pulverem Comitiſſæ Kent &c.

℞. *Aq. Card. bened. Flor. ſambuc. Meliſs. ana* ℥ij. *Prophylact. Sylv.* ℥ß. *Tinctur. Croc.* ʒj. *Contrayerv. per acetum ſtill. parat.* ℥ij. *Antimon. diaphor.* ʒß. *Syrup. card. bened. Rob. ſambuc. ana* ℥ß. MS. Mixturam diaphoreticam.

Mane viſitans, urinam rubicundiſſimam imo flammeam, pulſum parvum, contractum, inæqualem ſed frequentiorem, reſpirationem citatiorem ac difficiliorem, corpuſque plurimis maculis ac veſiculis ſcatens, ſudans, &c. alvoque adſtrictâ laborantem, ægrumque debilem inveni. Quare mox vulgare enema fuit injectum, unde alvum bis depoſuit. Potus autem ordinarius ſequens erat decoctum.

℞. *Radic. ſcorzoner.* ℥iij. *Gramin.* ℥vj. *Corn. Cerv. raſpat.* ℥ii. *Flor. calendul.* p.ii. *Pomor. Zin. conciſ.* no.ii. *Uvar. Corinthiac. arillis purgat.* ℥ii. Coq. ſ.a. in ſ.q. aq. commun. in colat. pint. ijß. diſſolv. *Lapid. prunell.* ℥ii. *Rob. ſambuc.* ℥ii. MS. Decoctum ſcorzoneræ &c. fruſtra uſurpavit.

Cum omnia medicamenta jam fruſtra adhibita viderentur, infuſionem lapidis Pedro del Porco exhibui, à qua intra horam optimè ac ſummo cum levamine ſudavit. Veſperi alvum bis ſponte depoſuit: quare eâdem infuſione veſperi iterum aſſumptâ, benè ac placidè dormivit, profuſè ſudans, omneſque mox veſiculæ, maculæ, ſitis, ardor, anxietas, febriſque &c. fere evanuere; reſpiratio erat liberior, urina apparebat naturalis, omniaque ſymptomata non tantum mitiora, ſed poſt tertiam quoque infuſionis Pedro del Porco aſſumptionem omnia ſuperata, ita ut ſexto à morbo die reſtitutus in integrum mihi gratias egerit. Verum aſſumptâ infuſione Pedro del Porco. Idque tertiâ vice. Curatus fuit.

15. Variolæ & morbilli, in primis in principio ſi diaphoretica exhibeantur: ſerius enim cum exareſcere incipiunt, non ita conveniunt, tunc enim vires magis proſternerentur ſudoriferis, teſte Palmario, Ambroſio Paræo, Quercetano, &c. Omnes penè Homines non tantum in hiſce regionibus, ſed & in plurimis aliis, vel in juventute vel ſenectute variolis morbilliſve afficiuntur. Nonnulli quoque bis terve imo ſæpius affectos vidi: qua de cauſa ſequentem caſum lubens addidi. Variolis & morbillis.

Mulier quinquagenaria, quæ adhuc juvencula variolis miserè fuerat afflicta, cicatricibuſque relictis facies ita deformata, ut à plurimis remedium amoris, ut dicunt, vocaretur, variolis atque mor- Mulier quinquagenaria variolis adhucdum juvencula affecta.

indeque valde deformis.

morbillis ante ſex circiter annos valde graſſantibus, illis iterum correpta fuit; ſed nonniſi præter cæteras corporis partes in extremitatibus illis faciei extuberantibus. Vocatus ſequentem mox exhibui pulverem ex vino Rhenano.

Iiſdem laboravit alterâ vice. Pulvere diaphoretico.

℞. *Antimon. diaphor. Lapid. prunell. ana* ℈ß. *Corn. Cerv. philoſoph. præpar. Croc. optim. ana gr.* vi. MS. F. Pulvis tenuiſſ.

Potus erat decoctum ſequens.

Decocto ſpecifico.

℞. *Radic. ſcorzoner.* ℥iiß. *Fœnicul.* ℥i. *Contrayerv.* ʒiii. *Pomor. citri recent. conciſ. no.* i. *Corn. Cerv. raſpat.* ℥iß. *Sem. aquileg.* ʒiii. *Flor. calendul. p.* ii. Coq. ſ. a. in ſ. q. aq. hord. ad colatur. pint. iii. add. *Julap. roſat.* ℥iiß. MS.

Subinde quoque veſperi aſſumpſit ſcrupulum unum pulveris Comitiſſę Kent, vel de ſequenti mixtura cochleare unum vel alterū.

Et mixturâ diaphoreticâ aſſumptâ.

℞. *Aq. card. bened. Flor. ſambuc. ana* ℥ij. *Prophylact. Sylv.* ʒiij. *Antim. diaphor.* ℈j. *Tinctur. croci* ʒj. *Rob. ſambuc.* ℥iij. MS.

Ac oleo amygdalarū dulciū externè illito.

Externè nonniſi oleo amygdalarum dulcium recens expreſſo fuit illita. Poſtquam jam ad maturitatem venerant variolæ, jamque areſcere &c. mox decidere cœperant, tota facies ut antea deformata videbatur. Verum omnes illæ, quæ ante apparuerant extuberantiæ, jam erant planæ, facieſque pulchra præter morem Vetularum: compluresque procul dubio nobiles Matronas, Juvenculas, Juveneſve variolarum cicatricibus deformes, eaſdem iterum ſubſtinere imo optare crediderim, ſi de eodem inde ſucceſſu certum ipſis eſſet.

Pulchra evaſit.

Puellam novimus, quæ jam quinquies variolas ſubſtinuerat, verum neutiquam pulchrior inde reddita, ſed ſingulis vicibus magis facta deformis, itaut vix in publico verſari auderet ob profundas cicatrices ac deformitatem. Sextâ vice variolis albicantibus (y) & quaſi aqueis-

Puella vero quinquies iis laborans valde deformis periit.

(y). De Variolarum & Morbillorum cauſis ita deſperavit præclariſsimus Diemerbroechius, ut in libro de iis affectibus conſcripto cenſuerit, præſtabilius eſſe, ſcientiæ noſtræ infirmitatem hic confiteri, quàm per multas ambages, & vanas conjecturas nullo fundamento innixas tandem craſſam ignorantiam prodere. Gravis itaque Viri præcepto admoniti, quicquam non auſimus circa morbos eos pronunciare. Verum circa Variolarum albicantium genus, quas nomine tenus indicavit Auctor noſter, nonnullà viſum eſt ex famigeratiſsimis Scriptoribus hic interſerere. Primus autem Merindolius Variolas illas ichoroſas atque fatuas appellavit: ſed per Cryſtallos eas ab Ingraſsia notatas ſcribit Sennertus. Germanam autem earum deſcriptionem ſic ex Vidio protulit Riverius: *Sunt qui præter duas ſpecies Cryſtallos adijciant. Sic enim appellant quaſdam veluti veſiculas plenas aquâ, inſtar cryſtalli ſplendentes, quibus cutis variis in locis diſtinguitur. Hos nunc vulgò nominant RAVAGLIONE: in quas non ita incurrunt omnes Homines, ſicut in Variolas & Morbillos, neque ſub ipſis ita affliguntur.* Hoc vero Variolarum genus antiquioribus quoque Medicis ex Arabum Scholis ſub nomine Alhumera, & Alhumica, innotuiſſe, perhibet Carolus Drelincurtius in ſua eruditiſsima de Variolis & Morbillis diſſertatione; utque eas à ſanguineis ſecerneret, lymphaticas, & ſanguinis rorem ſudoremque appellavit. Etenim ſi earum naſcendi rationem inveſtigemus, utrumque ipſi facilè indulſerim, vel nempe ſerum, quod ſanguinei æſtus conſors eſt, non ita à lymphaticis vaſis contineri, quin ſuis ebullitionibus aſſurgat, exuberet, & in corporis planitiem exundet; vel potius cutaneas glandulas fermenteſcentem ſanguinem exactius filtrare, & ipſius bullientis undas tam ſincerè excipere, ut puri puti ſudoris more Variolæ prorumpant.

ſi aqueis-cæruleis (quæ plerumque ſunt peſſimæ notæ, in primis ſi facilè evaneſcant) afflicta, antequam ad plenam maturitatem eſſent perductæ, diem obiit.

16. Arthritis, omneſque articulorum dolores, ut iſchiadicus dolor, podagra, chiragra &c. qui fiunt ab humoribus acidis, auſtero-acidis, vel ſalſo-lixivioſis &c. ut pote qui humores feliciſſimè ſudoriferis & diaphoreticis præſertim blandis, ſpirituoſis, volatilibus oleoſis &c. opiatis mixtis non tantum educuntur, verum quoque & hiſce ſimul eorum acrimonia acida, auſtero-acida, &c. temperatur, ſicque dolores, vigiliæque tolluntur. Optimè monuit Crato apud Scholzium conſil. 24. dicens, in arthritide procul dubio augebitur paroxyſmus, & provocabitur, ſi in eo ſudor detineatur, & reliquiæ humoris ſeroſi in venis non diſcutiantur; & contra brevior fiet paroxyſmus, ſi per ſudorem ſerum diſcutiatur. Quare quoque Gabelchoverus centur. 4. curat. annot. 31. dixit, ſudoris evocationem, præmiſſis univerſalibus, in curandis articulorum dolore laborantibus admodum eſſe tutam. Optimè ergo Guilielmus Fabritius Hildanus obſervat. 83. centur. 5. p. m. 472. & 473. monuit, & ſæpiſſime cum in ſemetipſo, tum etiam in aliis expertus refert, ſudorem omnium præſtantiſſimum, promptiſſimum, & ſecuriſſimum in arthritide omnique articulorum dolore eſſe anodynum: aſt nota, blandis non vero vehementioribus ſudoriferis excitatum, ut optimè idem monuit in tractatu ſuo de lithotomia vesicæ cap. 3. *omnia ſponte fluant, abſit violentia rebus*. Non enim tantum arthritidem curant ἱδρωτικὰ & διαφορητικά, verum & illam præcavent teſte Daniele Sennerto capite ſeptimo de arthritide. En ea de cauſa ſequentem caſum.

Arthritide omnibuſq; articulorũ doloribus.

Sed ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ qualia eſſe debeant.

Vir quiſpiam quadraginta ſeptem annos natus, pituitoſus, catarrhis acribus jam in pulmones delabentibus, tuſſimque graviſſimam excitantibus, jam in articulos pedum depluentibus, doloremque ibidem atrociſſimum efficientibus ſæpius, in primis tempore verno, vexatus; ab inſolitis magnis laboribus calore ingente contracto, frigidam, ſitim caloremque tollendi cauſâ, cereviſiam avidè hauſit. Maximus mox ſudor per totum corpus diffluens fuit ſecutus; quem flocci tamen pendens, dictoſque labores iterum aggrediens, brachii ſiniſtri movendi impotentiam ſenſit, brevique & dolorem gravativum, mox & capitis ac nuchæ dolorem atrocem: quare ſtatim domum petiit, & confeſtim in lectum calefactum ſe contulit. Aſt incaleſcere incipientem tuſſis graviſſima mox invaſit, imo & circa mediam noctem ingens dolor pedes manuſque affligens. Summo mane accerſitus, ſequentem bolum diaphoreticum exhibui.

Vir casarrhis acribus jam in pulmones tuſſimque excitantibus.

Jam in pedes &c. doloremque producentibus laborans.

Aſſumpto bolo diaphoretico.

℞. *Electuar. diaphor. ſuperius deſcript.* ℥iß. *Antim. diaphor. Gumm. guajacin. ana gr. xv. Croc. optim. gr. vj. Ol. majoran. nobil. gut.* j. MS. F. Bolus.

Poſt hujus boli aſſumptionem intra horam copioſus, levi tamen cum levamine, ſecutus eſt ſudor. Circa meridiem rediens febricitantem, vehementerque tuſſientem inveni: quare & octo dedi pilulas de maſſa p. 379. tradita, quarum duas ſtatim, veſpertinoque tempore iterum duas, bolumque iteratum pomeridiano tempore denuo uſurpavit; ex quo cum blandè ſudaſſet, omnis capitis & manuum dolor evanuit, minus poſtea tuſſivit, multaque phlegmata minus ſpumoſa ac ſalſa, aſt magis craſſa, excrevit; ac brevi de nullo conquerebatur ſymptomate, præterquam de podagrico dolore, retulitque ægrotantis Uxor intra triduum alvum non dejeciſſe Maritum: quare ſequentem præſcripſi clyſterem.

Et pilulis anticatarrhalibus uſurpatis.

Ab omni tuſſi & dolore præter podagricum fuit liberatus.

Ob alvum adſtrictam enema ſpecificum.

℞. *Rad. alth.* ℥ß. *Fol. malv. Chamædr. Chamæpith. ana* M. j. *Flor. ſtœchad. Arab.* M. ß. *Sem. petroſelin. Carui Fœnicul. ana* ʒiij. Conciſa atque contuſa coq. in ſ. q. aq. commun. in colat. ℥viij. diſſolv. *Electuar. diaphœnic.* ℥iß. *Ol. lilior. alb. Mellis virgin. ana* ℥ß. MS. F. Clyſter pro Viro.

A quo injecto clyſmate bis alvum multis cum flatibus depoſuit: tumque ſequens decoctum, de quo ter quotidie ad uncias duas treſve aſſumpſit, præſcripſi; externèque hoc anodynum cataplaſma imponi curavi.

Ac cataplaſma anodynum.

℞. *Rad. alth.* ℥j. *Fol. hyoſcyam.* M. jß. *Beccabung. Salv. Primul. ver. Ivæ arthetic. ana* M j. *Summit. abſinth.* M. ß. *Bacc. junip.* ℥j. Conciſa atque contuſa coquantur in ſ. q. lactis Vaccini vaſis clauſis per horam unam atque alteram; colaturæ add. *Mic. pan. alb. Farin. ſem. lin. ana* ℥iij. *Croc. optim.* ʒiß. *Camphor.* ℈ij. MS. & F. Cataplaſma calidè applicandum.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥j. *Saſſafras* ℥iij. *Cortic. lign. guajac. Radic. Chin. Filic. ana* ℥iß. *Herb. chamædr. Chamæpith. Fol. ſalv. Primul. ver. ana* M. j. *Senn. ſ. ſtip.* ℥j. *Flor. lavendul. Hyperic. Stœcad. Arabic. ana p.* ij. *Bacc. junip.* ℥iß. *Sem. fœnic. dulc.* ʒij. Conciſa atque contuſa coquantur vaſis optimè clauſis in ſ. q. aq. commun. per ſex ſeptemve horas, in colatur. ℥LX. diſſolv. *Syrup. card. bened. Papav. errat. ana* ℥ij. *Spir. diaphor. p.* 319. *tradit.* ℥iß. *Nitri dulc.* ʒj. MS.

Necnon decoctum ſpecificum antipodagricũ uſurpavit.

Poſt applicatum biſque ter iteratum cataplaſma, & uſurpatum decoctum (unde levis ſemper ſudor fuit ſecutus, ſemelque quotidie alvum depoſuit) omnis dolor evanuit, ac curatum ſe eſſe putabat. Aſt poſt biduum triduumve ex catarrho acri in manum ſiniſtram depluente chiragra graviſſima & maximè doloroſa fuit pro-

Jam penè curatus in chiragram incidit graviſſimam.

producta, quam cataplaſmate prædicto neutiquam poterat ſuperare ægrotans. Quare me iterum vocarunt, qui decoctum iterandum neceſſarium duxi, locoque hujus cataplaſmatis ſequens (cujus vi mirabilia in chiragra podagraque, quibus maximè diuque quondam affligebatur optimus noſter P. M. Parens, vidi ac obſervavi, necnon in aliis) impoſuere; aſt nihil inde levaminis ſenſit.

℞. *Terebinth. Venet. optimè lot.* ℥iij. *Smegmatis Amſtelodamenſ.* ℥ß. *Vitell. ovor. no.* iij. *Salis optimè contuſ. imo & lævigat.* ℥j. *Croci optim.* ʒj. F. diu conquaſſando & miſcendo unguentum, ſuper bubula polita, pumiceque complanata extendendum. Quare unguentum ſingulare.

Propter vigilias catarrhoſque acres adhuc depluentes veſperi exhibui granum laudani opiati, unde nonniſi per horam circiter dormivit: ſequenti nocte duo aſſumpſit laudani opiati grana, minuſque quievit: tumque ſequens præſcripſi.

℞. *Sem. papav. alb. Hyoſcyam. ana* ℥j. *Opii Thebaic. ſpiritu vini diſſoluti, parumque inſpiſſat.* ʒiß. *Ol. papav. Unguent. popul. ana* ℥iß. *Ceræ q. ſ.* Miſceantur exactè, & fiat linimentum calidè illinendum. Poſt ſecundam hujus linimenti injunctionem omnis dolor evanuit, ac ſemper fere incipientem articulorum dolorem huc uſque ſecundâ tertiâve hujus linimenti illinitione ſuſtulit. Atque alterum anodynum impoſuit. Et curatus fuit.

17. Tetanus &c. in ſuperioribus pag. 344. & 345. rationem dedimus, quare & in quibus diaphoretica paralyſi vel ſpaſmo laborantibus conveniant. Præter ſuperiores rationes, & hunc addere caſum libuit. Tetano, & convulſioni bus.

Faber lignarius juvenis triginta ſex annos natus, præ nimio labore ſudore diffluens, (ſub jove enim frigido diu fuerat operatus), ſubitò de motus omnium artuum quadam impotentia conquerebatur: quare domum petenti pedes officium negabant. Ut autem eò venit, lectum ſtatim adiit: aſſumptâ theriacâ fere non ſudavit, noctem inquietam traduxit. Mane ſurrecturus tetano, & ſimul animi deliquio, doloreque artuum penè omnium graviſſimo correptus per duas circiter horas, pulſu tamen parum mutato, jacuit: inde membra ſenſim flaccidiora eſſe cœperunt. Ita autem erat defatigatus æger, ac ſi ſummis laboribus eſſet exhauſtus ac defeſſus, eodemque illo die decies tetano fuit afflictus: veſperi proſthetano cum animi deliquio denuo correptus. Acceſitus brevi perriturum, vel intra quatuor dies evaſurum prædicebam: ab ardoribus enim vehementibus convulſio aut tetanus malum, aph. 13. ſect. 7. dixit Senex, niſi vero his tranſactis febris exoriretur. Id quoque juxta Hippocratem aphor. 6. ſect. 5. qui, inquit, tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, ſi vero hos effugerint, ſani fiunt. Sed immediatè poſt febri correptus mox à ſpaſmo erat liber, rema-

Faber lignarius ſudans frigori ſeſe exponens.

In tetanum animi deliquium, dolorem artuum graviſſimum &c. incidit.

Febri correptus liber erat à ſpaſmo.

remanente capitis quodam dolore pulſante, tumque verum obſervavi Hippocratis aphoriſmum 57. ſect. 4. à convulſione aut tetano detento, febris ſuperveniens ſolvit morbum. Reverſus venas turgidas quia obſervabam, venam ſecari juſſi: à repletione enim fieri ſæpius convulſionem, legimus apud venerandum Senem aphor. 39. ſect. 6. Tertio poſt venæ ſectionem die circa mediam noctem non benè tectus de frigore conquerebatur, ac ſummo mane tetano denuo corripiebatur. Quare mox nuchæ veſicatorium imponi curavi, ac ſequentem mixturam diaphoretico-cephalicam dedi.

Verum frigori expoſitus recidivam mox paſſus eſt. Quare nuchæ veſicatorio impoſito.

℞. *Aq. majoran. nobil. Roriſmarin. ana* ℥ij. *Betonic.* ℥iß. *Tinctur. antiepileptic. pag.* 157. *tradit.* ʒß. *Caſtor. Flor. hyperic. ana* ʒij. *Spirit. diaphor. ſæpius jam præſcript.* ʒv. *Salis armon. gutt.* xxv. *Antim. diaphor.* ʒß. *Ol. ſuccin. Roriſmar. ana gutt.* vi. *Syrup. ſtœchad.* ℥j. MS.

Et mixturâ cephalicâ diaphoreticâ aſſumptâ

Singulis horæ quadrantibus cochleare aſſumpſit, totamque cervicem inunxit ſequenti linimento.

Ac unguento cervici illito.

℞. *Unguent. martiat.* ʒiij. *Ol. caſtor. Rut. ana* ʒij. *E galbano deſtillat.* ℈j. *Spirit. ſalis armon. gutt.* xx. MS. F. Linimentum veſicâ claudend.

Necnon trochiſco ſublinguali.

Interim ore tenebat trochiſcum ſublingualem p. 57. deſcriptum, & multum ſalivæ viſcidioris per os excrevit. Sequenti mane enema ſequens fuit injectum immediatè poſt paroxyſmum convulſivum.

℞. *Rad. pœoniæ* ʒiij. *Folior. roriſmar. Rut. Majoran. nobil. Betonic. ana* M. ß. *Flor. lavendul. Stœchad. Arabic. ana p.* j. *Pulp. colocynth.* ʒiß. Coq. ſ. a. in ſ. q. aq. commun. in colat. ℥viij. diſſolv. *Agaric. trochiſcat.* ʒij. *Mell. anthoſat. Elect. diaphœnic. ana* ℥j. *Salis gemm.* ʒiß. MS. F. Clyſter pro Viro.

Ac clyſtere ſpecifico injecto.

Quorum omnium beneficio brevi fuit liberatus, ſed valde debilis cum memoriæ quadam labefactatione, & motus impotentia: quare ſequens vinum medicatum cephalicum, ſimulque laxans exhibui, de quo bis quotidie uncias tres quatuorve, prout alvus plus minuſve reſpondebat, aſſumpſit.

Brevi fuit ſanatus.

Remanente memoriæ labefactatione, & motus quadam impotentiâ.

℞. *Radic. Zedoar* ℥ß. *Pœoniæ.* ʒv. *Jalapp. gummoſ.* ʒiij. *Folior. majoran. nobil. Roriſmarin. Salviæ ana* M. jß. *Rut.* M. j. *Summit. lavendul. Hyperic. Flor. ſtœchad. Arab. ana p.* ij. *Turbith. gummoſ.* ℥ß. *Extrem. cortic. aurantior. Semin. fœnicul. dulc. Tartar. crud. Rhenan. ana* ʒiij. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Gallic. pint.* vij. Unicuique doſi guttulas viginti ſalis volatilis oleoſi inſtillabat, & brevi fuit curatus.

Quare vinum medicatum laxans cephalicum ad finem curationis uſurpavit.

Vir quidam ſex & triginta annorum, ſtipendia faciens, Martiſque

tiſque ſtudiis aſperrimus; dum propugnaculum aliquod cum Commilitonibus oppugnaret, ab Adverſario, in quem ruebat, parvo ſclopeti globulo in erecto pene vulneratus eſt, adeo ut panneum femoralium fruſtulum, quod ſecum vexerat globulus, in pene relinqueretur; nihilominus arrecta ei ſtetit Veneris haſta, neque ob vulnus acceptum quicquam de rigore amiſit. Sauciatum tandem, ſanguiniſque ob effuſionem infirmum ſe ſentiens, ſclopeto ſuo, vindictâ nempe ardens, prius exploſo, ex loco certaminis diſceſſit. Itaque saucius cum aliis Lugdunum Batavorum miſſus fuit: ubi decumbens per octiduum tetano totum corpus, ipſamque vulneratam Veneris haſtam tenente, quotquot vel viſum vel curatum ipſum venerant torvo vultu adſpexit. Adhibita fuere ſecundum artem eadem penè interna, pariter ac externa medicamenta à Chirurgo dexterrimo Theodoro Cramer, qui poſt extractum femoralium fruſtum Hominem totos octo dies tetano rigidum, ac penem in primis arrectum, ſummoſque dolores miſero cientem bis in die quoque vidit; tractavit, tandemque ſolerti curâ in priſtinam conditionem cum aliis ſimul reſtituit.

Miles ſtrenuus.

Propugnaculum oppugnando.

Per erectam Veneris haſtam ſauciatus.

Manente tamen eadem arrectâ.

Tetano per octiduum affectus, ac curatus.

Ancillam vero novimus tríceſimum ſextum jam agentem annum; ſæpius ſpaſmo laborantem; quæ ſimul ſe frigori exponit; à convulſione liberatur; ac ſtatim ſi non ceſſat ſpaſmus, pedibus nudis pavimentum incedere ſolita eſt; quo ipſo momento liberari eam vidi. Verum ne aliud majuſque malum inde tandem incedat, non injuriâ vereor.

Ancilla ſpaſmo ſæpius laborans curata.

Frigori ſe exponendo, vel nudis pedibus pavimentum incedendo.

18. Gangræna, in primis ſubacida diaphoretica ſimulque cardiaca in ea convenire, experientia conteſtatur. Verum ne ſint nimia, vel ſæpius repetita: vires enim hoc modo nimis proſternerentur. Sequentes gangrænarum caſus noſtro judicio rariores plurium loco hiſce ſubjungere placuit.

Gangræna

Vir quadraginta annorum, catarrhis ſalſo-acribus odontalgiam ſæpius excitantibus plurimum obnoxius, aſſumpto purgante hydragogo ſæpius curatus. Circa autumnum valde pluvioſum non tantum odontalgiâ, verum & brachiorum, crurum, pedumque dolore rodente affectus, fruſtra purgante hydragogo bis terve uſurpato, arthritidem metuebat. Quare ex quorundam præſcripto vomitorium, tartarum nempe emeticum, aſſumpſit, cujus beneficio multa pituitoſa bilioſis mixta evomuit: verum levaminis & curationis loco febri quotidiana continua ſumma cum debilitate correptus eſt, & plura inde mala metuens, me accerſivit. Cum acceſſiſſem, febricitantem omneſque corporis partes dolore rodente & nonnihil gravativo affectas, urinas rubicundas imo pene flammeas, vigilias, & ſimilia ſymptomata inveni; quare mox ſequen-

Vir catarrhis obnoxius hydragogo ſæpius curatus.

In dolorem rodentem per univerſum corpus, febrem continuam &c. incidit.

ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam exhibui.

Quare mixturam diaphoreticam anodynam.

℞. *Aq. card. bened. Flor. ſambuc. Betonic. ana* ℥ij. *Cinnamom. Prophylact. Sylv. Spirit. diaphor. ſæpius præſcript. ana* ℥ß. *Antim. diaphor.* ʒß. *Laud. opiat. gran.* ij. *Syrup. ſtœchad. Rob. baccar. ſambuc. ana* ℥ß. MS.

Qua aſſumptâ, optimè ſemper ſudavit, verum pauco cum levamine. Veſperi ſequentem bolum ſudoriferum ex vino Rhenano vetuſtiori dedi.

Et bolum ſudoriferũ cum ſucceſſu uſurpavit.

℞ *Electuar. diaphor. ſæpius jam nominat.* ʒiß. *Salis volatil. corn. Cerv. gran.* vj. *Antim. diaphor. Lapid. prunell. ana gran.* xij. MS. F. Bolus.

Cujus beneficio benè ſudavit cum doloris diminutione: quare idem bolus veſperi denuo fuit iteratus, eodemque cum effectu. Verum poſtero die quammaximè querebatur de obtuſa quadam hinc inde titillatione: quare mixturam priorem continuò uſurpavit. Die ſequenti obſervavimus per univerſum corpus veſiculas quaſdam aquâ quadam limpidâ impletas, in primis circa crura ac pedes; quibus viſis, gangræna partes illas brevi laboraturas prædixi, quod quoque ita evenit. Nam veſperi inciſis illis veſiculis partes ſubjacentes gangrænatas, & quidem ſatis profundè una cum Chirurgo obſervavimus, quibus ſcarificatis, ſequens fomentum applicuit.

Verum ſequentibus diebus veſiculis aquâ limpidâ impletis per totum corpus affectus. Verum omnes partes ſubjacentes gangrænâ affectas invenimus.

Quare ipſis ſcarificatis fomento adhibito.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥iß. *Folior. ſcord. Abſinth. Marrub. ana* M.j. *Menth. aquatic.* M. jß. *Summit. centaur. min.* M. ß. *Flor. ſambuc.* p. ij. Conciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. aq. & vin. q. ſ. Colatur. pint. iß. add. *Liquor. myrrh.* ℥ij. *Theriac. Andromach.* ℥ß. *Spirit. vini camphorat.* ℥ij. MS

Internè vero hac uſus fuit mixturâ, unde continuò ſed leviter tamen ſudabat.

Mixturam diaphoreticam ſpecificam dedimus.

℞. *Aq. flor. ſambuc.* ℥iß. *Centaur. min. Raſur. lign. ſaſſafras cum aqua deſtill. ana* ℥iß. *Cinnamom. Prophylact. Sylv. ana* ℥ß. *Confect. hyacinth.* ʒij. *Antim. diaphor.* ʒß. *Elix. propriet. Paracelſ. gutt.* XL. *Rob. baccar. ſambuc. Syrup. è ſucco citri ana* ʒv. MS.

Multaque alia medicamenta interna externaque, ſed fruſtra præſcripſimus.

Verum nullum habuit ab externis hiſce vel internis levamen: partes enim gangrænatæ in dies profundiùs penetrabant, febris adaugebatur, vires vero diminuebantur. Et ob vigilias doloreſque denuo exacerbeſcentes mixturæ laudani opiati granum unum vel alterum ſed abſque ullo ſucceſſu fuit additum; partibuſque gangræna vel jam ſphacelo affectis cataplaſma ex dictis fere ſimplicibus vino coctis fuit adhibitum, plumaceolis ſpiritu vini camphorato, theriacâ in majori quantitate additâ, &c. madidis, im-

Nam poſt tres ſeptimanas ſatis ceſſit.

impoſitis. Ob alvum adſtrictam ſubinde enema fuit injectum, verum fruſtraneo eventu; nam poſt tres ſeptimanas fatis ceſſit.

Eodem modo & tempore nonnullos Juvenes, Mulieres, ac Senes hanc intra & extra urbem poſt febrem quotidianam continuam, & quidem poſt quartam quintamve exacerbationem, in partibus extremis hinc inde exortis veſiculis aquâ cruentâ impletis, intuſque gangrænatis, omnibus ſecundum artem fruſtra adhibitis, defunctos vidimus.

Eodem tempore eodemque modo plures defunctos vidimus.

Non potui non proferre caſum Vetulæ cujuſdam ſexagenariæ totius corporis ſphacelo brevi defunctæ: en benevole Lector totam hiſtoriam.

Vetula ſexageſimum jam ſuperans annum, ſæpius de extremarum partium frigore, & dolore quodam titillante conquerens, febri corripitur quotidianâ continuâ ſummo cum calore interno, verum neutiquam externo, (quoad ego obſervare potuerim, etſi in ipſa febris exacerbatione ac vigore pulſum, externaſque partes ſæpius exploraverim) ſiti intolerabili, capitiſque dolore rodente, jam pulſante, alvoque adſtrictâ, vigiliis &c. affligente.

Vetula ſexagenaria de extremarum partiũ frigore & dolore titillante conquerens.

Vocatus hanc dedi mixturam, præmiſſo clyſtere vulgari emolliente.

℞. Aq. meliſs. ℥ij. Card. bened. Flaved. cortic. citri ana ℥iſs. Vit. Matthiol. Prophylact. Sylv. ana ʒſs. Tinctur. radic. contrayerv. aceto ſtill. parat. ʒij. Confect. hyacinth. ʒiſs. Antim. diaphor. Sal. card. bened. ana ℈j. Rob. bacc. ſambuc. Syrup. papav. alb. ana ʒv. MS.

Variis medicamentis internis externiſque.

Hujus beneficio blandè quidem ſudavit, ac ſatis placidè dormivit, verum fruſtraneo non tantum eventu, ſed quarto hujus febris die circa octavam matutinam in pede ſiniſtro tumor quidam ſubalbidus veſiculis nonnihil flavis hinc inde obſeſſus ſe oſtendit. Veſiculis itaque inciſis, liquor quidam flavus effluxit, parteſque ſubjacentes non tantum gangrænatas, ſed ſphacelatas, imo penitus ſcarificatas, dolore ſenſuque expertes invenimus; & quod maximè admirabamur, circa meridiem ad genu uſque, imo circa octavam veſpertinam totum crus ad inguen uſque ſphacelatum obſervabamus, quidquid etiam contrarium internève externève applicatum vel adhibitum fuerit. Sequenti etiam die alter pes, crus &c. intra duodecim horas totum ſphacelatum erat, tumque illo die abſque ulla febre, ſed valde debilem inveni. Sequentibus vero diebus ambæ manus & brachia ad humeros uſque ſphacelata, brevique abſque ullo dolore, mentis ad ultimum vitæ terminum compotem, lethum ſubeuntem vidimus.

Fruſtra uſurpatis.

Quarto die pedem, veſperi totum crus ſphacelatum.

Et brevi non tantum alterum crus, ſed & ambas manus ac brachia ad humeros uſque ſphacelata vidimus.

19. Lues venerea, teſte Johanne Cratone, Ambroſio Paræo, Ar-

Lue venereâ.

Arnoldo Weickardo, Alexandro Trajano Petronio, Gaſpare Torella, Pedro Maynardo, &c. qui omnes diaphoretica & ſudorifera calefacientia, ſerum minuentia, ejuſque acrimoniam temperantia &c. una laudant commendantque. Verum violenter ſudores neutiquam provocandos monuit Alexander Maſſarias lib. 6. de morbo Gallico p.m. 462.

Plures dantur morbi affectuſque, in quibus ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ conveniunt, aſt tantum præcipuos ab his illiſve peccantibus humoribus oriundos jam numeravimus. Tranſeamus ergo ad affectus morboſque eadem vetantes, qui ſequentes in primis exiſtunt.

Sudorifera & diaphoretica vehementiora nocent.

Morbi & affectus, in quibus ἹΔΡΩΤΙΚΑ & ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑ propriè dicta, in primis vehementiora, non ita conveniunt, ſunt.

In phthiſi.

1. Phthiſis, ut docuit Johannes Walæus in ſua medendi methodo titulo de ſudorifero p.m. 66. Hac enim ratione, ſero humorum acrimoniam quodammodo temperante per ſudores expulſo, nimis acres redderentur humores, ſicque facilè febrium exacerbationes adaugerentur, vires tollerentur; (quæ tamen hic, aut nullibi, conſervandæ) vigiliæ majores excitarentur; &c. ſicque nonniſi malo pejus adderetur. Omnia quippe ſudorifera fortiora ac vehementiora in phthiſicis ſemper noxia nobiſcum plurimi obſervarunt Practici. Natura enim ducenda non vero cogenda: imo ſudores in phthiſicis ſponte prodeuntes neceſſariò impediendos eſſe cenſuit Johannes Walæus loco ſtatim citato; quia, inquit, ita phthiſici ſudoribus continuis ferme diffluunt, & in tantum debilitantur, ut Medicus vel maximè neceſſum habeat ſtomacho & viribus illorum ſuccurrere, & ſudores impedire. Dicta ſequens caſus ſatis confirmat.

Et ob quam rationem.

Mulier poſt varia animi pathemata.

Mulier quædam triginta annos nata, poſt varia animi pathemata melancholica brevi de menſtruorum ſuppreſſione, & hinc præcordiorum anxietate gravi, capitis dolore jam rodente jam gravativo, & circa nonam veſpertinam exacerbeſcente, tuſſi ex catarrho ſalſo-acri oriundâ, ac quotidie matutinis horis de frigore ingenti in regione lumbari, mox & reſpiratione difficiliori conqueſta eſt. Quare acceſſitus, primò ſingulis diebus bis, mane nempe & veſperi, duas pilulas de maſſa p. 379. deſcriptâ deglutiendas dedi, ſequentemque mixturam exhibui, de qua ad tres horas duo aſſumpſit cochlearia.

In dolorem rodentem tuſſimque incidit.

℞. Aq.

℞. *Aq.majoran.nobil.*℥ij. *Hyſſop. Fœnicul.ana* ℥j. *Spir.cortic. citri* ʒiij. *Salis armon.aromat.ſuperior.gutt.* xvj. *Antim. diaphor.* ℈j. *Laud.opiat.gr.*ij. *Tinctur.croc.* ʒiß. *Syrup. papav. errat.* ℥vj. MS.

Quare pilulas anti-catarrhales. Et mixturā uſurpavit.

Poſt duodecim aſſumptas pilulas, & tertiam hujus mixturæ iterationem tuſſis & præcordiorum anxietas, & reſpiratio diſſicilior, frigusque matutinum in regione lumbari evanuere. Noluit itaque alia medicamenta aſſumere.

Et omnia ſymptomata fere evanuere.

Poſt menſem vero in gravem capitis dolorem gravativum, brevique coryzam incidit. Quem dolorem & coryzam in principio flocci feci: ubi vero per duas treſve hebdomadas his affecta fuerat, tuſſis moleſtiſſima ex catarrho ſalſo-acri, febriſque continua ſubſecuta eſt. Me iterum ergo accerſivit, qui ſequentem pulverem pro ſuffumigio præſcripſi, pilulaſque mox dictas & citatas eodem modo adhibendas dedi.

Poſt menſē in coryzam

Tuſſimque moleſtiſſimam, & febrem continuam incidit.

℞. *Succin.alb. Maſtich.elect.ana* ʒij. MS. F. Pulvis craſſus.

Quare ſuffumigium.

Hiſce cum nihil omnino proficeret, ſpiritum ſalis armoniaci aromaticum dedi, de quo quater de die cum decocto ex glycyrrhiza, floribus papaveris erratici; & hyſſopo parato guttulis duodecim cum ſucceſſu fuit uſa, manente tamen tuſſi, febrique continuâ. Varia itaque multaque medicamenta, ut & ſequens apozema in uſum revocata ſunt.

Apozema pectorale.

℞. *Rad.apii Althææ Ireos Florentin.ana* ℥vj. *Raſur.lign.guajac.*℥ß. *Fol.tuſſilag. Hyſſop.ana* M.j. *Siliquar. dulc.* ℥j. *Flor. papav. errat. p.*iij. *Sem. urtic. Roman.* ℥ß. *Paſſul. major. ab arillis mund.* ℥jv. Conciſa atque contuſa coq. in ſ. q. aq. pur. in colatur. pint.jß.diſſolv. *Syr.jujub. Card.bened.ana* ℥jß. *Spir.nitri aromat. dulc.*℈ij. MS. F. Apozema.

Tantum vero abfuit, ut inde in priſtinam reſtitueretur valetudinem, ut etiam in graviorem poſtmodum tuſſim, majoremque febris continuæ exacerbationem in dies incideret. Quare ſequentem pulverem ter optimo cum ſucceſſu aſſumpſit; quippe febris exacerbatio, tuſſiſque poſt ejus uſum multò lenior.

℞. *Ocul.Cancr. Bezoard.miner. Croc.optim.ana gr.*vj. *Sacchar. perlat.* ℈j. MS. F. Pulvis.

Pulverem.

Poſt hujus pulveris aſſumptionem leviſſimus ſemper ſecutus fuit ſudor, phlegmata purulenta ſubſalſa âſt pauca excrevit; tandemque, quod tot ac tam varia medicamenta nauſeam pariebant, intra ſex ſeptemve menſes nullis amplius medicamentis fuit uſa: niſi quod conſanguinei cujuſdam conſilio ſequentem bolum ſudoriferum ter uſurpavit; unde tanta virium jactura, continuo poſtmodum ſponte effluente ſudore, ut jam jam moritura videretur.

 ℞. *The-*

Bolumque, (unde valde ſudavit) fruſtra aſſumpſit.

℞. *Theriac. Andromach.* ℥ij. *Croc. pulv.* ℈ß. *Sal. card. bened.* ℈j. MS. F. Bolus.

Hoc aſſumpto bolo, ita per quatuor vel quinque horas ſudavit, continuuſque fere ſecutus fuit ſudor, & ita debilis ac macra fuit reddita, ut nullis corroborantibus, nulliſque ſudorem impedientibus medicamentis aut vires refocillari, aut ſudores impediri potuerint, ſicque fatis tandem ceſſerit.

Et fatis ceſſit.

Polypo cordis.

2. Polypus cordis, (z) in quo neutiquam conveniunt diaphoretica nec ſudorifera vehementiora, in primis ſi plus ſolito volatiliora ac ſpirituoſiora ſint. Nimiùm enim ſanguinem rarefaciunt, & majorem motum ipſi conciliant, ac plerumque horum vi magis anxii & anheli redduntur polypo cordis laborantes, ſanguis quia velociùs movetur per anguſta, tumque vix reſpirare poſſe hactenus obſervavi: (quæ tamen de polypo cordis jam majore dicta ſunto) imo ipſa cardiaca & cujuſcunque generis volatiliora ac ſpirituoſiora medicamenta, vel alimenta, eſculenta, potulentave ipſis quammaximè nocere vidi.

Dicta exemplo, ac figurâ unâ atque alterâ illuſtrabo. Verum antequam ad illa transeo, animus eſt verbo demonſtrare polypo cordis (in primis majori, de cæteris enim taceo) laborantes quomodo ſeſe habeant, quid poſt cardiaca, purgantia, diaphoretica &c. obſervent. Omnes, quibus hactenus operam navavi, ſæpius palpitatione cordis laborant, ſuntque quodammodo anheli, imo ex vel minimo labore, ambulatione, ſimilive motu præter conſuetudinem paulò majori, vel aere craſſiore vel nebuloſo ſi plus ſolito ſe moveant, non vel parum febricitant, ſed tamen pulſus ipſis nonnihil frequentior, ſed parvus, ac paulò contractus; urina ſæpius crudior, nonnunquam ſed rariùs rubicundior, idque in primis poſt aſſumpta ſpirituoſa, oleoſa, volatilia, vel motum vehementiorem; inſomnia ipſis frequentiora ac horrenda, profundè ſubinde aſt ſæpius tum ſupini dormiunt, incubo nonnunquam afficiuntur, ſubitò quo-

Polypo cordis laborantes de quibus conquerantur.

(z) De Polypo cordis licet egregia occurrant monumenta apud varios rei Medicæ Scriptores, attamen accuratiùs de illo diſſeruit Marcellus Malpighius in ea, quam nobis exhibuit, de Polypo cordis diſſertatione. Curioſis idcirco Lectoribus illam commendamus, quam adire poterunt, quicunque Polypi cordis formationem à ſua origine repetere velint. Jam autem miramur, cur Kerckringius in ſuo Specilegio Anatomico Polyporum cordis exiſtentiam in dubium revocaverit, erroremque in eo latuiſſe dixerit, quod ſanguinis poſt mortem grumefacti & indurati partes pro Polypis, qui antehac eorum obſervationes perhibuerunt, ſumpſerint. Verum vix induci poſſun, ut credam, ſolertiſſimos cæteroqui Viros, Tulpium & Bartholinum, quos nominatim indicat, tam turpiter lapſos fuiſſe, ut ſanguinem in cadaveribus grumefactum pro Polypo cordis habuiſſent. Atque omnino hoc ſuum aſſertum explodit, quod ipſemet adjicit, concretiones nempe iſtas polypoſas facilè per artem effingi poſſe, ſi in vivi Canis venas apertas vitrioli ſpiritum, quo ſanguis confeſtim concreſcit, injiciamus. Liquet enim ex ſimili ſucco in ſanguine ipſo nidulante poſſe ipſius partes glutinoſiores ita compingi, ut alicujus vaſis lateri adhæreant, & novarum partium acceſſu per varias veluti pelliculas in majorem molem excreſcant-

tò quoque quaſi perterriti expergeſiunt. Diaphoretica vel ſudorifera cujuſcunque generis, in primis volatiliora, vel iiſdem mixta ſi ipſis exhibeantur, mox anxietas major, reſpiratio difficilior, pulſus frequentior, ſed magis contractus, moxque debiliores redduntur, & animi deliquio facilè obnoxii: quare plerique ſpirituoſa cardiaca amant, verum peſſimè plerumque inde ſeſe habere hactenus obſervavi. Poſt purgantia præ primis vehementiora vel acriora ſumma cum moleſtia & anxietate, reſpiratione difficiliori, cordis palpitatione &c. alvum deponunt, ac valde poſt ſeceſſum ſitiunt, & quò plus bibunt, eò magis anguntur. Verum laxantia & alvum ducentia, nempe enemata, faciliùs ferunt: flatus diſcutientia ſi non nimis ſimul ſint ſpirituoſa, ipſis non ita nocent. Verum maximè conqueruntur de cordis palpitatione, reſpiratione difficiliori, anhelitu moleſto &c. aſſumptis nempe medicamentis, alimentiſve crudis, vel auſteris, flatuſve excitantibus, & eoſdem ſimul non diſcutientibus.

Quare hæc illave vehementiora ac ſpirituoſa, volatilia &c ferre nequeunt.

Sequens exemplum plurium loco dicta ſatis ſuperque comprobabit.

Mulier triginta quatuor annos nata, quinque liberorum mater, alvo ſæpius adſtrictiori laborans, & à longo tempore anhela, reſpirationem difficiliorem, palpitationem cordis in dies ingraveſcentem, in primis aere craſſiore vel nebuloſo exiſtente, imo animi deliquium ſæpius paſſa. Multa ac varia aſſumpſerat medicamenta tam purgantia, quàm aperientia, ſudorifera, volatilia oleoſa, flatus diſcutientia, & ſimilia: verum fruſtraneo non tantum eventu, ſed poſt aſumpta ejuſmodi medicamenta, vel motum ſolito majorem omnia pejora, imo quaſi aliquid contrahi, & obſtaculum quoddam in corde ſe ſæpius obſervaſſe referebat, in primis ſi flatus tum reddere non poſſet. Valde erat debilis, ſitiens ſummopere, verum ſiti ſatisfacere nunquam auſa, quia inde quammaximè angebatur, reſpiratione difficiliori, & ſæpius palpitatione cordis excitatâ: vinum ſi modo aſſumpſiſſet, totâ nocte vix dormire poterat: ſemper ſupina decumbebat, ac inſomniis horrendis, ac incubo quaſi tum excitabatur: pulſus erat parvus, inæqualis, contractus, & paulò frequentior. Acceſſitus, ac dicta intelligens polypum cordis verebar, ac mox ſequens enema præſcripſi, ac bis terve ſingulis ſeptimanis iteravi.

Mulier anhela palpitatione cordis &c. ſæpius laborans.

Volatilibus, diaphoreticis &c. aſſumptis.

Semper malè ſe habuit

In primis flatus ſi reddere nequibat.

℞. *Decoct. emoll. & carmin.* ℥viij. *Elect. diaphœnic.* ℥ij. *Sal. gemm.* ʒß. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Verum injecto enemate.

A quo alvum, & multos flatus cum levamine dejecit, & ſemper melius inde ſe habere dicebat. Cæterum ſequentem dedi mixturam, de qua ſubinde cochleare unum vel alterum aſſumpſit.

℞. *Aq.*

Et uſurpatâ mixturâ.

℞. Aq. Meliſs. Borag. ana ℥ij. Fœnicul. Cinnamom. ana ℥ß. Spirit. nitri dulc. aromat. ſæpius jam citat. gutt. xxx. Confect. alkerm. ʒiß. Julap. roſat. Syrup. rub. idæi ana ʒiij. MS.

Flatus varios cum levamine reddidit.

Qua uſurpatâ, flatus nonnullos cum levamine emiſit, tumque nec palpitatio cordis tanta, nec inſomnia ita horrenda. Verum purgante, vel ſudorifero, vel flatus propriè diſcutiente medicamento volatili, vel ſpirituoſo aſſumpto, ſtatim magis anhelam, reſpirationem difficiliorem, ac omnia dicta ſymptomata pejora obſervavi. Octiduo, ni fallor, ante obitum aſſumpſerat unum vel alterum cochleare ſequentis mixturæ, ac mox palpitationem cordis, imo & animi deliquium &c. paſſa eſt, ita ut jam jam mortem timerent adſtantes. Verum poſt horam injecto dicto enemate, ac ter quaterve inde alvo depoſitâ, omnia ſymptomata remittebant.

Sed adhibitis volatilibus cujuſcunque generis.

Animi deliquium quoque paſſa eſt

℞. Aq. Meliſs. ℥ij. Flaved. cortic. citri. Aurantior. ana ℥j. Spirit. carminat. Sylv. ʒiij. Sal volat. oleoſ. gutt. xxv. Confect. alkerm. ʒiß. Antim. diaphor. Margarit. præpar. ana ℈ß. Syrup. rub. idæi ʒvj. MS.

Verum mixturæ carminativæ.

Cum levamine quoque ſubinde aſſumpſit ſpiritum magnanimitatis ad guttulas aliquot cum cereviſia; verum cum vino ſi uſurparet, ſtatim iterum omnia ſymptomata exacerbeſcebant. Tandem valde anhela, palpitatione cordis exacerbeſcente, ac per triduum continuâ admodum debilitata fuit, & quicquid externè internève eſſet adhibitum, oleum & opera erat perdita: nunquam tamen vel parum ſaltem febricitantem inveni. Poſt mediam noctem, quia ægrota quid habebat, quod aperire mihi vellet, me acceſſivere. Venientem obſecrabat, ut poſtquam animam expiraſſet, quod brevi futurum putabat, cadaver aperire vellem; ſimul interrogans, quid judicarem in ſuo corde latitare; nam procul omni dubio me reperturum quid, quod foret mirabile. Cui ego, polypum cordi meo judicio ineſſe, reſpondi: cumque quid eſſet polypus dixiſſem, manum meam premens, denuo rogabat, ut ſectionem cadaveris inſtituerem, ubi fatis conceſſiſſet, amiciſque oſtenderem. Cum itaque poſtridie benè mane diem obierat, cadaver diſſecui. In ventriculo & inteſtinis in primis tenuibus pituitam valde viſcidam ac tenacem inveni, verum cæterum inteſtina ſana; pectus valde diſtentum, pulmones naturales, cor plus ſolito majus, & quaſi nonnihil induratum, in primis partem ejus ſiniſtram, dextram vero cordis auriculam ventriculumque naturalem: aſt auriculam ſiniſtrã, ac ſiniſtrum cordis thalamum, ut & arteriam aortam polypo ingenti impletam. Quę dicta ut eò melius benevolus Lector intelligeret, hanc addidi figuram.

Et ſpiritus magnanimitatis uſus ipſi profuit.

Sed cum vino nocuit.

Tandem omnibus fruſtra adhibitis.

Cadaveris apertionem rogavit.

Quo diſſecto

Polypum in ſiniſtro cordis thalamo &c. invenit Medicus.

a. a. Cor.

b. De-

b. Dextra cordis auricula. Ejus figura.
c. Dexter ventriculus.
d. Vena cava.
e. Siniſtra cordis auricula diſſecta.
f. Siniſter cordis thalamus apertus. TAB. V. FIG. III.
g. Arteria aorta aſcendens aperta.
h. Arteria aorta deſcendens.
i. i. i. Polypus in cordis ſiniſtro thalamo; auriculâ, & aortâ deſcendente repertus.

ALTERIUS POLYPI CORDIS FIGURA.

A. A. Polypus cordis inſtar ranæ caudatæ, ſ. Loligenis piſcis in ſiniſtro cordis thalamo, auriculâ ſiniſtrâ, & arteriâ aortâ repertus; in noſocomio Lugduno-Batavo à clariſſimo ac doctiſſimo Viro D. Paulo Hermanni Botanices Profeſſore, & noſocomii p. t. Præſide. Ut & alterius in viro reperti.
B. B. Caput hujus polypi.
C. C. Pedes ejus anteriores. FIG. IV.
D. D. Pedes poſteriores.
E. E. Ipſum corpus.
F. F. Cauda illius.

Aliis quoque autem & poſtea operam dedi, qui iiſdem ſymptomatibus afficiebantur, & à generoſiſſimis volatilibus, aperientibus, ſpirituoſis &c. medicamentis ab aliis Medicis, meque præſcriptis nullum non tantum levamen; verum pejus poſtea ſemper ſeſe habuiſſe obteſtabantur: quos tamen omnes poſt mortem præter duos aperire non licuit. Verum in iiſdem polypum, ut jam narravi, & figuris demonſtravi, vidimus & plurimis oſtendimus. Polypis cordis majoribus jam laborantes ſemper fere à volatilioribus &c. malè ſe habent.

3. Febris hectica, ut docuit Fuchſius in inſtitut. medic. lib. 2. ſect. 4. cap. 27. Sudorifera enim in primis vehementiora plerumque calida exiſtunt, ſicque calidis calida adderentur; majorque corporis ariditas, & calor moleſtior excitaretur. Peccat quoque in febri hectica non tam humorum copia, quàm quidem eorum inopia & acredo: ſudoriferis vero humorum copia, ſero per ſudores expulſo, plurimum diminuitur, eorumque acredo (temperante quodammodo liquore, nempe ſero, per ſudores diminuto) in dies major & major redditur, & ſic nonniſi febris major, calor, & ariditas vehementior, intolerabilior, vigiliæ moleſtiores, corporiſque colliquatio citior producitur. Febre hecticâ.

4. Melancholia, ut legimus apud Johannem Walæum in ſua medendi methodo titulo de ſudorifero p. m. 62. melancholici enim humores ſudorifera vehementiora vetant omnia, & ſemper; blandiora vero & ſpirituoſa oleoſa ſi ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ exiſtant, maximè Melancholiâ.

maximè

ximè in melancholicis humoribus conducunt: mutant enim & corrigunt dictos humores quàm feliciſſimè, ut hinc inde in obſervationibus traditis & adhuc tradendis ſatis liquet.

Cacochymiâ.

5. Cacochymia, ut idem ibidem docuit: hinc, inquit, magnum errant errorem, qui abſolutam & plenam cacochymiam, ut pote in hydrope, ſudoriferis, nempe vehementioribus, & nonniſi illis, expellere conantur. Blandiora, ſpirituoſa, ac oleoſa vero διαφορητικὰ in cacochymia maximè conveniunt, non quia cacochymiam per ſudores expellunt, aſt quia temperando, incidendo mutant & corrigunt cacochymiam; ſicque correcta concocta ac præparata eadem purgante medicamento tutiùs jucundiùſque (juxta Hippocratem aphor. 22. ſect. 1.) educitur, curaturque. Plura de cacochymia,& an per purgationem &c.educi, vel per alterantia temperari, & corrigi debeat, qui deſiderat, legat modo quæ dicta ſunt §. 19. p. 196. & 197.

Morbis à crudis humoribus productis.

6. Morbi à crudis humoribus producti, teſte Galeno comment. 2. in lib. 1. Hippocrat. de morbis popular. crudis, inquit, & à crudis humoribus productis morbis nec proſunt ſudores, nec ſignum ſunt bonum: nam vel copiam denunciant humorum, vel virium infirmitatem. Vetant enim crudi & inconcocti humores ſudorifera vehementiora, non vero ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ blandiora, ſpirituoſa, volatilia: indicant namque potius crudi humores ſpirituoſa &c. ſudorifera & diaphoretica. Nam hiſce ſpirituoſis blandioribus ac volatilioribus medicamentis crudi humores morbique ab iis oriundi citius ac jucundiùs tutiùſque, quàm ullis aliis, curantur ac tolluntur: imo ſi quæ ſint in rerum natura crudos humores alterantia, corrigentia, &, ut ita dicam, concoquentia medicamenta, revera ſpirituoſa blandiora volatilia hæc eſſe, Lippis ac Tonſoribus ſatis notum eſt. Item à frigidis viſcoſis humoribus oriundi morbi, quia, inquit Fuchſius inſtitut. medicar. lib. 2. ſect. 5. cap. 27. frigidis & à frigidis humoribus productis morbis non conveniunt ſudorifera, (vehementiora ac potentiora) niſi vitio jam declinante: quare etiam ſudores in febribus ſalubres judicantur, ſi diebus decretoriis erumpant, ut legimus apud Hippocratem aphor. 36. ſect. 4. Nec mirum, quod vehementiora & potentiora ſudorifera talibus in morbis à frigidis & viſcoſis humoribus oriundis prohibeantur: nullam enim talibus in affectibus vi & potentiâ producti & expulſi ſudores utilitatem, nullumque levamen adferunt, verum maximè debilitant, vireſque auferunt. Attamen ſi blanda, ſpirituoſa, oleoſa, volatilia &c. ſint ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ, optimè juvant, viſcoſa tutò corrigunt, blandèque calefaciunt, humoreſque frigus &c. producentes jucundè alterant;

Item à frigidis viſcoſis humoribus oriundis morbis.

ſic-

ſicque citò hiſce dictis humoribus, vel inde productis morbis laborantes curantur.

7. Morbi ſinguli ac omnes, qui à ſola humorum, vel humorum ſimul acrium inopia & paucitate exoriuntur. Non enim aridis corporibus, ſiccis morbis, humoribus nempe vel caliditate vel acredine exſiccatis, ſudorifera potentia exhibenda, docente Fuchſio loco ſtatim citato: nam ſudoris materia nonniſi ſanguinis ἰχὼρ & ſeroſitas eſt, ut Johannes Baptiſta Montanus tractat. de febre ſanguinis, & tom. 1. conſultat. medic. 154. probavit, quæ ſanguinis ſeroſitas humorum acredinem &c. diluendo quodammodo adhuc temperans; magis magiſque per ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in primis vehementiora & frequentiora educitur, expellitur, ac diminuitur. Quare quoque Senex lib. 2. de diæta text. 36. §. 5. p. m. 232. dixit, ſudores omnes exeuntes ſiccare & attenuare, cum corpus humore deſtituatur; ſicque vel tabes, vel atrophia, &c. facilè hac ratione excitaretur, de quibus videſis ea, quæ dicta ſunt circa purgantia in tabe & atrophia exhibita p. 212. — *Morbis a humorum inopia & c. oriundis.*

8. Dolores artuum fixi ac ſubinde vagi ex humoribus acribus, ſalſo-acribus, ac lymphaticis oriundi, qui ſæpius diaphoreticis, & quidem volatilibus oleoſis, ut ex ſuperioribus patet, brevi ſuperantur. Verum nec hiſce cedentes, cucurbitulæ cum flammis, ut & veſicatoria ſæpius renovata in primis tum ſimul conveniunt. Dicta ſequentes caſus ſatis ſuperque confirmant. Lubentius hos quoque caſus addidi, quia hinc inde in præcedentibus, & p. 23. pollicitus fui, me plures de cucurbitulis obſervationes eſſe relaturum. — *Doloribus artuum fixis vel vagis.*

Mulier quinquagenaria, alvo adſtrictiori, catarrhis plurimis jam in dentes, jam in has illaſve corporis partes illabentibus obnoxia, cæterum ſana: circa brumale hybernum præ odontalgia nonnullas noctes inſomnes traducens, mane, aſſumpto diaphoretico, ſudorem univerſalem poſt nonnulla inſomnia pavoribus ac præcordiorum anxietate mixta paſſa, ſummum obſervavit levamen. Verum adhuc ſudans ſurrexit, ac circa meridiem de maximo dolore in brachio immediatè infra muſculum deltoidem primò gravativo, ac dein rodente, ac de momento in momentum valde ingraveſcente, imo veſperi intolerabili conqueſta eſt. Quare Chirurgum accerſivit, qui mox cataplaſma ex mica panis albi, foliis verbaſci, floribus ſambuci, croco, vitello ovi, & lacte dulci compoſitum impoſuit; & bolum ex ſeſqui drachma theriacæ Andromachi, & ſcrupulo oculorum Cancrorum præſcripſit. Unde optimè & profuſè ſudavit, verum fruſtraneo eventu; totam enim noctem inſomnem traduxerat. Mane & Medicum quoque vocavit, qui ac-

Mulier catarrhis plurimum obnoxia.

In brachii dolorem gravativum & rodentē incidit.

Verum externis interniſque: fruſtra adhibitis.

acceſſitus ſtatim vulgare enema, pilulas cephalicas ſequentes veſperi aſſumendas (intra quatriduum enim alvum non depoſuerat) præſcripſit, à quibus decies quidem alvum ſed fruſtra depoſuit.

Pilulas quaſdam cephalicas purgantes.

℞. *Maſſ. Pilul. Aurear. Cochiar. ana* ℈ß. *Reſin. jalapp. Scammon. ana gran.* vj. *Ol. roriſmar. ſtill. gutt.* ij. MS.F. Pilul. no. vij. deaur.

Cataplaſma anodynum.

Mane Chirurgus ex præſcripto Medici cataplaſma magis anodynum brachio impoſuit, inuncto prius brachio ſpiritu vini lavendulato, tincturâ opii & ſale volatili oleoſo mixto, ac bolum ſudoriferum ſequentem à Medico præſcriptum aſſumpſit, ac optimè ſudavit, ſed abſque ullo doloris levamine, etſi per tres quatuorve circiter horas dormiverat.

Bolum diaphoreticum

℞. *Diaſcord. Fracaſt. Theriac. Andromach. ana* ʒß. *Antimon. diaphor. Ocul. Cancr. ana gr.* xv. *Ol. nuc. moſchat. expreſſ.* ℈ß. *Tinctur. croc. gutt.* xv. MS.F. Bolus.

Interim ſubinde quoque pilulâ ex grano uno laudani opiati, necnon hac mixturâ cochleatim fuit uſa.

Mixturamque ſudoriferam anodynam fruſtra in uſū vocavit.

℞. *Aq. card. bened.* ℥ij. *Fœnic. Majoran. nobil. ana* ℥iß. *Theriac. ſimplic.* ʒj. *Tinctur. opii* ʒiß. *Antim. diaphor.* ʒß. *Ol. nuc. moſchat. expreſſ.* ℈ij. *Syrup. papav. rhead.* ℥j. MS.

Varia quoque cerota, linimenta, fomenta externè adhibita, internaque diaphoretica, lenientia opiatis mixta &c. aſſumpta fuere, verum fruſtra. Quare tandem cucurbitulas cum flammis bis quotidie iterandas Medicus propoſuit. Annuit ſtatim Chirurgus, ægraque: itaque mox in uſum revocatæ fuere, quibus appoſitis, levamen eodem momento ſenſiſſe ſe referebat ægra, ac veſperi cubitum itura unam vel alteram de ſequenti maſſa pilulam uſurpavit, ac brevi ab omni dolore fuit liberata, imo curata.

Tandem cucurbitulis cum flamma.

Et pilulis anticatarrhalibus curata fuit.

℞. *Maſſ. Pilul. de cynogloſſ.* ʒj. *Croc. optim.* ℈ß. *Ol. nuc. moſchat. expreſſ.* ℈j. *Roriſmar. ſtill. gutt.* ij. MS. F. Pilul. no. xxviij. deaur.

Juvenis dolore iſchiadico diu afflictus.

Juvenis octodecim annorum, dolore iſchiadico diu afflictus, ita ut præ dolore lecto continuò fere decumbere cogeretur, cæterum ſanus, internis externiſque incaſſum adhibitis, cucurbitulas cum & ſine flammis adhibendas eſſe neceſſum duxeram. Verum haſce admittere noluit, antequam balneum quoddam, de quo Chirurgus quiſpiam multa pollicebatur, in uſum revocaſſet. Quo facto, in principio magnum, poſtea vero nullum obſervavit levamen. Quare tum cucurbitulas ter quaterve de die, primò cum, dein ſine flammis impoſuimus parti affectæ, ac ſingulis vicibus doloris diminutionem, imo aliquid ab ipſo oſſe ad externas partes propelli ſentire ſe, retulit æger: ita ut intra tres ſeptimanas, aſſumptâ ſubin-

Omnibus fruſtra adhibitis.

Cucurbitulis cum & ſine flammâ

ſubinde pilulâ de ultimò præſcripta maſſa, necnon de ſequenti decocto hauſtu calefacto, (quo uſurpato blandè ſemper ſudabat) ab omni dolore fuerit liberatus.

Pilulis anticatarrhalibus.

℞. *Raſur. lign. guajac.* ℥iiij. *Saſſafras Rad. Chin. ana* ℥ij. *Polypod. quercin. Alth. recent. Glycyrrhiz. ana* ℥iß. *Folior. majoran. nobil. Roriſmar. ana* M. jß. Conciſis atque contuſis, ſpiritu vini primò irroratis, affund. aq. commun. q. ſ. ſtent ſimul per 24. horas, vaſiſque arctè clauſis coq. ſ. a. Colatur. pint. vij. add. *Tinctur. diaphor. in ſuperioribus trad.* ℥ij. *Rob. ſambuc.* ℥iij. MS.

Et decocto diaphoretico curatus fuit.

Mulier triginta ſex ſeptemve annos nata, quatuor liberorum mater, melancholica, alvo adſtrictiori ſæpius de dolore colico conquerens, verum laxiori eâdem omni dolore libera, de ſequenti condito ad nucis moſchatæ quantitatem ſubinde aſſumpſit, & optimè ſeſe habuit.

Mulier dolore colico (alvo in primis adſtrictiori) ſæpius afflicta.

Laxiori vero eâdem.

℞. *Conſerv. roſar. pallid.* ℥j. *Elect. cholag. Sylv. Hydragog. ejuſd. ana* ʒv. *Crem. tartar.* ʒiß. *Ol. fœnic. ſtill. gutt.* vj. *Syrup. è ſucco roſar. q. ſ.* MS. F. Conditum.

Beneficio conditi purgantis &c. liberata.

Ab urbe Amicos viſitandi gratiâ profecta, intra quatriduum alvum non depoſuerat, & ſupradictis doloribus afflicta domum rediit. Accerſitus ea de cauſa Medicus mox enema carminans, & mixturam carminantem præſcripſit, quibus adhibitis dolores brevi fuere ſedati. Poſt biduum dolore iſchiadico intolerabili correpta Chirurgum accerſivit, qui cerotum de cumino impoſuit, ſed fruſtra. Quare & me vocarunt, verum quicquid internè externèque adhibuimus, oleum & operam perdidimus. Quare cucurbitulas quoque propoſui, verum recuſabat eaſdem ægra: veſicatoria vero eundem ſubinde ſortiri effectum ſolita adhiberi conceſſit, quibus adhibitis maxima ex aperta veſicula lymphæ acris copia effluxit, ex quo ſummum levamen ſenſit, brevique curata fuit.

Dolore iſchiadico laborans.

Omnibus incaſſum adhibitis.

Veſicatoriis brevi fuit curata.

Homines, in quibus ἹΔΡΩΤΙΚΑ' & ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑ' in primis blandiora cum ſucceſſu præſcribi poſſunt, ſunt.

ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in primis blandiora conveniunt

1. Pueri, ut teſtatur Hieronymus Mercurialis de morbis puerorum lib. 2. cap. 1. Scatent enim ſeroſis aquoſiſque humoribus, ut ſatis ex eorum ſalivatione continua patet: quare non adeo ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ blanda ipſis nocent. Nam vel per ſudores, vel per urinas malum peccans ſimul alterando & corrigendo expellitur, tutiùſque ac jucundiùs per diaphoretica, quàm per alia medicamenta, morbis nempe diaphoreſin indicantibus laborantes, Infantes cu-

Pueris.

 ran-

rantur; facilè enim ſtatimque ut plurimum ſudant. Quare ergo juxta Hippocratem aphor. 21. ſect. 1. quæ educere oportet, quò maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia: ſponte quia ſemper fere Infantes, ut dictum, ſudant, & loca, ut ſuperius jam probatum, ſint ſatis convenientia; neceſſariò ſudorifera & diaphoretica aſt blanda Infantibus exhibenda. En ea de cauſa ſequentem caſum.

Puer poſt ova valde dura commeſta.

Puer quiſpiam octo jam annos natus poſt ova dura avidè aſſumpta præcordiorum compreſſionem gravem ſenſit. Quare Parens vinum abſinthii ſummitatibus diu infuſum Filio ſuo dedit. Is ſtatim & vinum & ova indurata evomuit, manente tamen præcordiorum anxietate gravi, mox & ingens febrilis paroxyſmus multis cum convulſivis motibus acceſſit, ſtatimque clamando, ejulando, jam vero ridendo deliravit Puer: exinde de intolerabili ſiti, & capitis dolore, aſt vero intra ſex horas nonniſi de dolore ventris diſtendente & anxietate conquerebatur, valdeque ſponte ſudavit. Vocatus febricitantem, & ſudantem, motibuſque convulſivis laborantem; & de ventris dolore & diſtentione querentem inveni: quare ſtatim ſequentem dedi mixturam cochleatim uſurpandam.

In febrem & motus convulſivos incidit.

Quare mixturam diaphoreticam anti-epilepticam.

℞. *Aq. cort. citri* ℥ij. *Spir. contra præcord. anxietat.* ʒij. *Salis armoniac. aromat.* ℈j. *Nitri dulc. ſequent. gutt.* x. *Ol. cortic. aurantior. gutt.* j. *Antim. diaphor. gran.* xv. *Tinctur. antiepileptic. in ſuperioribus tradit.* ʒij. *Flor. hyperic.* ʒß. *Laud. opiat. gr.* ß. *Syr. papav. errat.* ℥vj. MS.

Aſſumpſit.

Sudavit.

Ac curatus fuit.

Poſt tria hujus mixturæ cochlearia aſſumpta blandè ſudavit, varios flatus cum ventris doloris & diſtentionis levamine emiſit; motuſque convulſivos minores poſtmodum Parentes obſervarunt: quare in dictæ mixturæ uſurpatione pergere veſperi rediens eum juſſi. Hinc ſemper blandè & copioſè ſudavit, ac poſt quatriduum nulli motus convulſivi, nulla præcordiorum anxietas, aut ventris dolor diſtentioneſve aderant, brevique curatus fuit.

Pagina 275. ſpiritus nitri dulcis aromatici deſcriptionem dedimus, ſæpius uſurpavimus. Verum hunc pluries cum majori quoque ſucceſſu in colico dolore ex bilioſis humoribus oriundo præſcripſimus: quare & hujus deſcriptionem Lectoribus ſtudioſis denegare non potuimus.

Spiritus nitri dulcis jam jam citatus.

Spiritus nitri dulcis aromatici deſcriptio.

℞. *Rad. angelic.* ʒß. *Fol. menth. criſp.* M. j. *Sem. fœnic. dulc.* ʒij. *Carui Baccar. junip. ana* ʒß. *Laur.* ʒij. *Extrem. cortic. aurantior. Citrior. ana* ʒiij. *Macis* ʒiß. Conciſis atque contu-

tu-

tuſis affund. *Spirit. vin. optim. pint.* iß. Poſt ſufficientem digeſtionem leni calore abſtrahatur ſpiritus ad uncias octo vel novem, tumque

℞. *Hujus ſpirit. vini carminativ.* ℥vij. *Spiritus nitri* ℥iij. Miſceantur quotidie ter quaterve, & poſt octiduum abſtrahatur leniter deſtillando ſpiritus, qui bis terve cohobetur, & ad uſum reponatur. In colico dolore, omneſque flatus ex bilioſis humoribus oriundos diſcutiendo, perutilis.

2. Qui pulmones habent calidos, referente Johanne Walæo in ſua medendi methodo titulo de ſudorifero p. m. 66. quia, inquit, illi tenues obtinent humores, ac proinde ad ſudorem proclives ſunt: tenuem enim ipſam ſudoris materiam eſſe, ſupra jam ſatis probavimus. Non mirum ergo ſudorifera ac diaphoretica illis nempe, qui pulmones habent calidos, ac tenues obtinent humores, (in primis ſi ſcateant & abundent tenuibus illis ac ſeroſis humoribus) proficua eſſe. Aſt nota, nonnisi blandiora ac temperata, neutiquam vero nimis calida ac ſimul exſiccantia in hiſce eſſe præſcribenda; aliàs facilè in hecticam, & ſummam corporis extenuationem, macredinemque inciderent. Quid enim aliàs nimis calida exſiccantia ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ, ſæpius in primis uſurpata, talibus in Hominibus excitaret, quàm pulmonum inflammationem, febrem hecticam &c. Tollitur enim ac aufertur, juxta Hippocratem loco ſæpius jam citato, omnis liquor temperans, corpuſque exſiccatur, ac humoribus naturalibus blandis deſtituitur. Calidos pulmones habentibus. Sed qualia.

3. Catarrhoſi: ſudoriferorum namque beneficio catarrhorum depluentium materia & diminuitur, & plerumque ſimul eorum acrimonia temperatur. Quare quoque dixit Daniel Sennertus lib. 1. part. 1. Practic. cap. 2. ſudores certiſſimum eſſe, & prophylacticum, & curativum remedium morborum, qui à ſeroſo humore à capite defluente ortum habent. Quod idem confirmatum inveniet ſtudioſus Lector apud Joubertum de thoracis affectibus cap. 14. qui refert, in deſtillationibus ſudorem quocunque modo excitatum apprime juvare, dummodo ſenſim corpus tepeſcat, non ſubito frigore corripiatur: graviores aliàs & plures mox exorirentur catarrhi, doloreſque vel gravativi vel rodentes &c. curati jam ſudoriferorum ope, denuo excitarentur, vel de novo producerentur. Patet enim tum temporis undique corpus, faciliuſque tum frigus, particulæque frigidæ acidæ penetrant, obſtructiones pariunt, pituitam viſcidam quodammodo jam inciſam & attenuatam iterum coagulant, dolores graviores excitant, motuſque ſubinde impotentiam &c. generant; ſicque nonniſi malo, curationis loco, pejus additur. Catarrhoſis.

4. Ar-

Arthriticis.

4. Arthritici, ut ſatis ſuperque probatum ſupra §. 14. p. 394. & 395. & ex Cratone, Gabelchovero, & Daniele Sennerto, &c. demonſtratum.

Vulneratis, quibus ſanguis extravaſatus recens in corpore coagulatur.

5. Vulnerati, quibus intra corpus recenter ſanguis coagulatur, teſte Arnoldo de Villa Nova doctrin. 5. cap. 16. aphor. 1. qui potionem reſolutivam, ſudorem ſimul provocantem, citò hiſce conferre retulit. ἱδρωτικὰ enim ac διαφορητικὰ hiſce enim caſibus, quæ præſcribuntur, plerumque valde ſunt incidentia, ſolventia, ac ſpirituoſa &c. quorum beneficio & recenter coagulatus ſanguis ſolvitur, attenuatur, ac inciditur, ſicque vel per ſudores, vel per urinas expellitur ac exturbatur. Et ſic tutò citòque imo & jucundè gravia concurrentia, vel ex ſanguine in corpore coagulato producta ſymptomata curantur ac tolluntur; vireſque ac ſpiritus ex ſanguine, qui intra vel extra corpus è vaſis effluxit, diminuti ſpirituoſorum ſudoriferorum ope faciliùs citiùſque, quàm quidem aliis medicamentis, reſtituuntur.

ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ vehementiora non conveniunt.

Homines, qui ἹΔΡΩΤΙΚΑ' & ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑ' in primis vehementiora non ita tolerare queunt, ſunt.

Senibus.

1. Senes, quia eorum corpora ſicca atque exſucca ut plurimum exiſtunt, ſudorifera vero humores per ſudores expellendo corpus ſiccant ac attenuant: ſcatent quoque humoribus frigidis, viſcoſis, acidis &c. qui non facilè medicamentis cedunt. Quare quoque morbos, qui iis accidunt, diuturniores plerumque eſſe Hippocrates aphor. 39. ſect. 2. & aphoriſmo ſequenti, raucedines & gravedines in Senioribus non concoqui docuit. Non ergo in magno natu Hominibus ſudorifera in primis validiora & frequentiora præſcribenda: hac enim ratione illorum corpora ſicca atque exſucca, ac ſufficienti humiditate plerumque deſtituta non ulterius ſunt exſiccanda, vires ſpirituſque debilitandi, calorque illorum ſatis exiguus (frigida enim illorum eſſe corpora, & parum calidi illis ineſſe, dixit Senex aphor. 14. ſect. 1.) ulterius diminuendus, nec ſimul tollendus.

Debilibus.

2. Debiles: vires enim ſpirituſque ἱδρωτικὰ propriè dicta tollunt, ſicque debiles debiliores redderentur. Reficiendos ergo potius, ac corroborandos debiles, quàm hoc modo magis magiſque debilitandos judicamus.

Emaciatis ac morbis extenuatis.

3. Emaciati, & morbis chronicis extenuati: magis namque affligerentur ſudoriferis extenuato, ac chronicis morbis emaciato præ-

prædíti corpore, quàm quid emolumenti horum beneficio adipiſcerentur. Rectè ergo Fuchſius in inſtitut. medic. lib. 2. ſect. 5. cap. 38. nutrimentis potius reficiendos, quàm vacuationibus exhauriendos eſſe, docuit.

4. Valde calidi ac bilioſi: qualitate jam peccantium humorum moderamen hac ratione, ſeroſis ac aquoſis valde calidos bilioſoſque humores temperantibus per ſudores expulſis, omnino tollitur, febreſque ardentiſſimæ, ſitis intolerabilis, capitis dolores pulſantes, phrenitides, &c. facillimè excitantur: attamen hoc modo ſi aliquando curentur, nec tutò nec jucundè id peragitur. Verum ſi neceſſitas urgeat, ſint tum ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ neutiquam calefacientia, aſt neceſſariò frigefacientia, bilem tum ſimul figentia, caliditatem temperantia, & ex acidis vel ſub-acidis compoſita: aliàs graviſſima inde ſæpius ſuboriuntur ſymptomata, nullis aliis medicamentis facilè poſtea ſuperabilia. Valde calidis ac bilioſis.

5. Nimis attenuatis humoribus qui laborant; ἱδρωτικὰ enim & διαφορητικὰ magis adhuc quia humores attenuant ac ſolvunt, (ut ſæpius jam ex Hippocrate probavimus) vireſque valde tollunt. Magis namque illis incraſſantia, quàm attenuantia & diſſolventia conveniunt; aliàs & ſudor ſanguine quodammodo tinctus expelleretur: ut quondam Sylvæ Ducis in Matrona quadam nobili obſervavit P. M. D. Florentius Schuyl, quæ continuâ ſpirituoſorum & maximè volatilium uſurpatione ſummam primò virium jacturam paſſa, brevi & ſudorem ingentem fere continuum, tandemque & ſanguine tinctum; quæ ægra nonniſi ſummis ac potentiſſimis remediis incraſſantibus, corroborantibus, adſtringentibus &c. à dicto ſudore &c. fuit curata. Talem quoque obſervationem vide ſis apud Guilielmum Fabritium Hildanum à Georgio Sporlino ipſi communicatam centur. 6. obſervat. 76. p. m. 601. En totam dictæ obſervationis hiſtoriam, ut ſæpius nobis commemoravit Præceptor quondam noſter D. Florentius Schuyl, eram enim tunc temporis Medicinæ Tiro. Nimis attenuatis humoribus laborantibus. Sudor ſanguine quodammodo tinctus poſt ſpirituoſa volatilia diu uſurpata.

Nobilis quædam Matrona triginta circiter annos nata, maximè ſpirituoſis ac volatilibus modo gratis delectabatur; unde ingens ſecuta ſemper fuit ſitis, quam nonniſi vino tollere ſtuduit. Evenit tandem, ut vigiliæ frequentes, ac ſingulis fere noctibus ſudores inde oborti ſint: quas vigilias ſudoreſque nocturnos nihili pendens, in ſpirituoſorum ac volatilium uſu perrexit. Quorum ſpirituoſorum maleficio talis fuit ſecuta humorum attenuatio, & pororum dilatatio, ut continuò fere ſudaverit poſtea. Tum vero ſpirituoſa & volatilia reliquit, & infirmata continuis ſudoribus decumbens, ſubinde ſudores ſanguinolentos linteamina inficientes Matrona nobilis. Spirituoſis volatilibus diu uſurpatis. In ſudorem penè continuum &

quidem ſanguinolentũ incidit.

tes obſervavit, ac Medico, nempe clariſſimo & doctiſſimo Domino Florentino Schuyl P. M. inſtitutionum medicarum & Botanices Lugd. Batav. Profeſſori acutiſſimo, ſæpius oſtendit, qui, omnibus volatilibus ac ſpirituoſis aromaticis &c. interdictis, ſequentia præſcripſit medicamenta.

Interdictis ſpirituoſis. Mixturâ adſtringente ac incraſſante.

℞. *Aq. plantagin. Portulac. ana* ℥iiß. *Cinnam.* ʒvj. *Acet. ſtill.* ℥ß. *Corall. rub. præparat.* ʒj. *Confect. hyacinth.* ℈iß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syr. portulac.* ʒvj. MS.

De qua mixtura ſingulis horis cochleare unum alterumve aſt fruſtra aſſumpſit ægra: quare præter hanc mixturam varia medicamenta ſanguinem condenſantia &c. fuere præſcripta, & in primis quoque ſequens conditum.

Ac condito.

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ℥iß. *Miv. cydonior.* ℥j. *Confect. hyacinth.* ʒij. *Corall. rubr. præpar.* ʒiß. *Lap. prunell.* ʒj. *Sacchar. ſaturn.* ℈j. *Syrup. portulac. q. ſ.* MS. F. Conditum.

Poſt tres menſes curata fuit.

De quo ad nucis moſchatæ fere magnitudinem ter quotidie præter alia medicamenta, & dictam mixturam uſurpavit; unde parum & debilitas, & ſudores fuere diminuti. Quare eadem per menſem adhibere inſtituit, tandemque aſt nonniſi tertio quartove menſe hiſce in primis curata fuit.

Tempus provocandi ſudores.

TEMPUS SUDORES PROVOCANDI.

Aptiſsimũ eſt nocturnum.

1. Aptiſſimum eſt nocturnum, ut quondam docuit Johannes Walæus in ſua medendi methodo titulo de ſudore p. m. 64. quod idem confirmat Philippus Grulingius in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-chymico novo cap. 15. §. 21. p. m. 238. quia, inquiunt, calor internus concentratus fortior eſt, externus vero debilior. Ideo quoque ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ, in primis opiatis mixta, nocturno tempore facilius ſudores provocant, quia naturaliter ad ſomnum magis ſunt proclives Homines, præſertim ſi opiata ſudoriferis ſint admixta. Tollunt enim illa tum ſimul & dolores, & vigilias, præcordiorumque anxietates, & inquietudines, &c. ſomnumque inducunt, & humorum acrimoniam dicta forſan ſymptomata provocantem & excitantem temperant. Cumque melius tecti nocturno, quàm quidem diurno tempore, maneant ægri, non mirum, quod facilius tum ſudores erumpant, ac majus quoque levamen ipſi inde ſentiant.

Matutinum

2. Opportunum eſt matutinum, (quare etiam Daniel Sennertus de arthritide cap. 7. ſudores matutinos utiliſſimos eſſe judicavit, in primis ad arthritidem præcavendam) jejuno adhuc ventriculo, non vero pleno, niſi neceſſitas aliud imperet: quod idem

lib. 5.

lib. 5. part. 2. inſtitut. medicar. ſect. 1. cap. 14. & Fuchſius lib. 2. inſtitut. medic. ſect. 5. cap. 27. docuere. Ventriculo enim cibis oppleto, non facilè in actum deduci poſſunt ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ, ſed in ventriculo vel ſuffocarentur, vel ita alterata expellerentur, ut vix ſudores provocare queant: vel etiam jam aſſumptus, vel nondum concoctus in ventriculo cibus nonniſi crudus ex ſtomacho una cum ſudoriferis propelleretur, ſicque vel obſtructiones graves, vel lienteriæ, aliave plurima mala excitarentur.

3. Æſtivum utilius eſt hyberno: faciliùs enim æſtate ſudorifera operantur, quàm quidem hyeme, verum etiam cum majori noxa, & virium debilitate. Spiritus enim æſtate magis diſſipantur, quàm hyeme, pori namque magis tum patent, & natura ipſa ad ſudores tum proclivior exiſtit. Dicta confirmata videſis apud Johannem Walæum loco ſæpius jam citato. Æſtivum.

4. Commodiſſimum in morbis acceſſiones habentibus tempus eſt morbi paroxyſmique ſtatus, & declinatio, teſte Daniele Sennerto loco ultimò citato: noxium enim eſſe putat Johannes Walæus principium & augmentum morbi. Quare Veteres nonniſi poſt univerſalem corporis purgationem ſudorifera propriè dicta exhibebant: quod & Sennertus ac Fuchſius dictis in locis valde commendant. Sint hæc de morbis, ut jam monitum, qui acceſſiones habent, dicta; non itidem de illis præter naturam affectibus acutis & acutiſſimis vulgò nominatis, qui à principio ad finem indeſinenter affligunt, & aut ægrum interficiunt, aut planè debilitant. Hiſce enim in morbis neceſſariò ſtatim ſudorifera exhibenda, aut aliàs iis locus non concederetur; citò namque dicti acuti & acutiſſimi morbi curſum ſuum abſolvunt. In morbis periodicis ſtatus morbi & declinatio.

Exhibentur quoque aliquando ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ & ante paroxyſmum, vel etiam in paroxyſmo morborum acceſſiones habentium duas plerumque ob cauſas: vel quod paroxyſmum imminuere, vel quod materiam paroxyſmum cauſantem tollere mens Medici ſit. Paroxyſmum imminuere ac tollere ſtudemus medicamentis cauſam paroxyſmum producentem temperantibus ac alterantibus, ac temperatam quodammodo ac correctam una cum ſudore expellentibus; ſicque nonnunquam imo ſæpiſſime citò, tutò, jucundèque paroxyſmi tolluntur, morbique curantur. Tranſeamus ergo, & videamus Exhibentur quoque jam ante, jam in paroxyſmo.

Quid ante, in, & poſt ἹΔΡΩΤΙΚΑ' & ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑ' agendum obſervandumque ſit, quod in ſequentibus paucis demonſtrabimus.

Ante ſudoris provocationem requiritur.

Ut univerſalia præmittantur.

Præterquã in morbis acutis.

Ante ſudoris provocationem requiritur.

1. Ut, nonniſi univerſalibus præmiſſis, præterquam in morbis acutis acutiſſimiſve, citò nempe curſum abſolventibus, ut in peſte &c. (venæ ſectio enim ac purgantia in peſte morbo acutiſſimo omnino vetantur: ſic quoque in aliis morbis acutis ſudorifera & diaphoretica præcedere debent univerſalibus; citiùs namque vel Hominem interficiunt, vel derelinquunt, antequam univerſalia omnia quandoque ſint inſtituta) ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in primis vehementiora aſſumantur, aut exhibeantur, ut legere eſt apud Danielem Sennertum lib. 5. inſtit. mediç. ſect. 1. cap. 14. & Philippum Grulingium in ſuo florilegio Hippocrateo-Galeno-chymico novo part. 8. cap. 15. §. 1. & 11. p. 236. & 237. Morbi enim à crudis viſcoſis, & ſimul quantitate qualitateve peccantibus humoribus oriundi ſolis ſudoriferis non facilè curantur: ſudoriferorum enim beneficio nonniſi ſerum & ſubtile tantum evacuatur, reſiduum vero compingitur, teſte Arnoldo de Villa Nova doctrin. 4. cap. 13. aphoriſm. 3. ſicque nonniſi ſolvens & craſſum viſcoſum diluens expellitur, viſcoſiuſque ac tenacius obſtructiones pertinaces &c. pariens reliquum hac ratione redditur. Incidendi ergo, attenuandi, & concoquendi viſcoſi, tenaces, crudique humores, & per purgationem, ſi neceſſitas urgeat, exturbandi, antequam ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ in primis vehementiora exhibeantur; ſintque tum ſimul ſudorem provocantia remedia incidentia, diſſolventia, ac attenuantia, vel ſimilibus mixta, ut eò citiùs in actum deducantur, ac faciliùs jucundiùſque morbi hoc modo profligentur ac tollantur. Quare quoque Fernelius lib. 4. Patholog. capite ultimo dixit, ſolum utilem eum ſudorem habendum eſſe, qui expurgatæ alvo ſuccedit, quique, jam vacuatâ craſſiori morbi materiâ, reliquam tenuem per corporis ſumma diſſipat. Pergit idem, qui ſudor morbi initio, vel quovis alio tempore vel ante coctionem, vel ante criſim exierit, irritus eſt atque ſymptomaticus, & cui nulla morbi fida ſolutio committi poteſt. Si ergo ſudores naturæ vi vel ante craſſioris morbi materiæ expulſionem, vel ante criſim, &c. expulſi irriti ſint,

Sudorifera in morbis pituitoſis tenacibus &c. qualia ſimul eſſe debeant.

& nulla

& nulla morbi fida ſolutio committi poſſit, multò minus naturę imitatoribus, ideſt Medicis, ante probam corporis evacuationem ſudorifera præſertim vehementiora præſcribere licitum eſt.

Sudoriferũ aſſumpturus ſit calidus.

2. Ut ſudoriferum aſſumpturus caleat: tum enim magis ſunt ſoluti humores, porique corporis magis patent, citiùſque ſudorifera aſſumpta operantur. Si vero frigeat æger, contrarium plerumque evenit, & aut non, aut tardè, aut tantum non ſudat.

Et corpus tegumentis ſatis obvelatum, non nimiâ copiâ onuſtum.

3. Ut ſufficientibus tegumentis corpori circumpoſitis pedetentim caleſcat. Aſt monendi quoque neceſſariò ægri, ne nimiâ tegumentorum copiâ ſeſe onerent: ex eorum namque preſſione non minores anguſtiæ, quàm à fortiſſimo ſudorifero nonnunquam excitantur. Quare longè præſtare tegumenta corpori circumponere, quàm ſupraponere dixit Johannes Walæus in ſua medendi methodo titulo de ſudorifero p. 64. & 65. liberior enim tum manet reſpiratio. Imo ſæpius obſervavimus majores anguſtias, & præcordiorum anxietates à nimia tegumentorum corpori impoſitorum copia excitatas, (ſudoriferum aſſumptum etſi anguſtiis, & præcordiorum anxietatibus reſiſteret) quàm à forti ſudorifero iiſdem ægris exhibito, dictiſque ſymptomatibus non reſiſtente unquam productas eſſe.

Si ſudorifera ſicca ſint exhibita, liquidum poſtea aſſumendum.

4. Ut in forma ſicca ἱδρωτικὰ & διαφορητικὰ ſi fuerint exhibita, ſimul quid calidi liquidi aſſumant ægri: ſic enim citiùs faciliùſque ſudores provocantur, hacque ratione non ita nec tandiu in ventriculo remanent, ſed citiùs expelluntur, & in actum deducuntur, humoreſque expulſuri tum ſimul quodammodo & magis moventur, inciduntur, & ſolvuntur, faciliùſque per conſequens à ſudorifero aſſumpto per corporis poros expelluntur.

Inter ſudoris eruptionē convenit

Inter ſudoris eruptionem convenit.

Ut ſudor pedetentim moveatur.

1. Ut ſudor pedetentim, non vero confertim moveatur, teſte Johanne Walæo in ſua medendi methodo titulo de ſudorifero: natura enim ducenda, neutiquam vero cogenda, *omnia ſponte fluant, abſit violentia rebus*. Hac autem ratione graves præcordiorum anxietates, anguſtias &c. ſudorifera excitarent, vires inſigniter labefactarent, ægrumque valde debilitarent; ſicque optatum finem, tutam nempe & jucundam curationem, Medicus non adipiſceretur.

Sudore attamen non profluente, quid agendum.

2. Ut, aſſumpto jam ſudorifero, tegumentiſque undique circumpoſitis, ſi nondum ſudores prorumpant, liquidum quoddam calidum ægro exhibeatur, vel totum corpus una cum capite obtegatur; aliâs pro pulmonum & cordis refocillatione caput liberum, ut ſupra probavimus, relinquimus, ut docet idem Johannes Wa-

læus loco ultimò citato. Quare & arenæ calidæ, vel ſilices igniti, linteiſque aceto madentibus involuti axillis pedibuſque ſuppoſiti mirè hunc actum promovent. Commendat quoque in hunc finem Fuchſius lib. 2. inſtitut. medicar. ſect. 5. cap. 27. fomenta calorifica, aquam ſcilicet calidam vel in utre, vel in veſica, vel in vaſculo aut æneo aut teſtaceo adhibitam; quod & Capivaccius lib. 5. de lue venerea cap. 9. conteſtatur. Obſervavimus enim nonnunquam hac ratione ſudores eſſe provocatos, qui nullis etſi potentiſſimis medicamentis ſudoriferis elici poterant. En ea de cauſa hanc morbi hiſtoriam.

Vir poſt morbum chronicum.

Vir quiſpiam quadraginta circiter annos natus, poſt morbum chronicum ex hypochondriis in primis oriundum curatum tam avidè cibum appetere cœpit, ut nullo fere ſatiari poſſet. Quare per totam hyemem oſtrea cruda multa, & ſexcenta ejuſmodi, guſtui modo grata, quotidie avidè devoravit: unde circa vernale tempus alvi fluxus tam vehemens ſubſecutus eſt, ut ſingulis diebus duodecies & ſæpius alvum depoſuerit. Accedebat inſuper ingens tandem hæmorrhoidum fluxus, qui levi venæ ſectione, ſequenti emolliente & anodyno clyſtere, & unguenti inunctione fuit ſublatus. Præſcriptus clyſter autem hic fuit.

Genio indulgens.

In alvi & hæmorrhoidum fluxū incidit.

Venæ ſectione, clyſtere anodyno.

℞. *Rad. alth.* ℥ß. *Fol. malv. Verbaſc. ana* M. j. *Flor. papav. errat. p.* iij. Conciſa & contuſa coq. in ſ. q. *Lactis Bubuli recentis* In colatur. ℥viij. diſſolv. *Terebinth. Venet. in duobus ovorum vitellis ſolut. Sevi Hircin. ana* ʒiij. *Ol. lilior. alb.* ℥vj. MS. F. Clyſter.

Linimentum, quod externè parti dolenti inunxit & impoſuit.

Et unguento.

℞. *Unguent. popul.* ℥j. *Roſac.* ℥ß. *Ol. hyperic. Roſac. Nymphææ ana* ʒij. *Vitell. ovor. no.* ij. MS. pro Linimento.

Curatus fuit.

Poſt horum medicamentorum uſurpationem & alvi fluxus, quo per tres circiter ſeptimanas laboraverat, fuit inhibitus. Quo curato, Baccho nimis indulgendo, brevi in levem primò dolorem podagricum, non longè vero poſt in omnium totius corporis partium dolorem gravativum incidit. Vocatus pedibus ſequens fomentum calefactum imponendum dedi.

Baccho poſtea indulgens.

Fit podagricus &c.

Fomento.

℞. *Aq. theriacal. ſimplic.* ℥ij. *Flor. ſambuc.* ℥iiij. *Spir. flor. chamomill.* ℥iß. *Acet. vin. ſambucin.* ℥j. *Camphor. in ſpiritu vini diſſolut.* ℈iß. MS.

Poſt ſecundam tertiamve hujus fomenti applicationem dolor podagricus evanuit: quare & nonnullis corporis partibus maximè dolentibus, aſt fruſtra, fomentum impoſuere. Viſitandi cauſâ rediens, ſequentem mixturam diaphoreticam præparavi.

℞. *Aq. radic. angelic.* ℥ijß. *Flor. ſambuc. Fœnic. Lign. ſaſſafr. ana*

ana ℥j. *Theriacal. ſupra deſcript.* ʒiß. *Antim. diaphor.* ʒß. *Spirit. ſal. armoniac. aromatici ſæpius citati gutt.* xxx. *Cochlear.* ʒjß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syr. papav. errat.* ℥j. MS. Mixturâ diaphoreticâ anodynâ.

De hac mixtura tria cochlearia ſexies de die uſurpavit, aſt nullus fuit ſecutus ſudor, nullumque levamen ſenſit. Quare ſequentem bolum veſperi cum vino calido Rhenano veteri, in quo extremitates corticum citriorum recentium infuſæ, aſſumendum dedi.

♃. *Electuar. p.* 319. & 320. *tradit.* ʒiß. *Bezoard. mineral.* ℈j. *Croci optim. Lap. prunell. ana gr.* vj. MS. F. Bolus. Et bolo ſudorifero.

Mane mihi redeunti æger abſque ſomno ſudoreque noctem ſe tranſegiſſe, biſque alvum cum torminibus depoſuiſſe retulit: quare ſequentem mixturam eodem modo uſurpandam dedi.

♃. *Aq. card. bened. poſt ſufficientem fermentationem deſtillat.* ℥iß. *Fœnicul. Rad. angelic. ana* ℥j. *Theriacal. jam jam nominat. Spir. diaphor. ſuperius deſcript. ana* ʒv. *Nitri dulc. p.* 412. *tradit.* ʒß. *Laud. opiat. gr.* iij. *Antim. diaphor.* ℈ij. *Ol. macis ſtillat. gutt.* j. *Syr. papav. errat.* ℥j. MS. Necnon mixturâ ſudoriferâ &c. potentiori.

Poſt hujus aſſumptionem parum ſudavit atque dormivit, multoſque flatus emiſit, nulloſque poſtea ſudores obſervavit. Qua de cauſa arenam calidam ſacculo incluſam utriſque axillis pedibuſque ſupponi juſſi, ultimâ mixturâ iteratâ, eodemque modo, ut primam, ita & ſecundam uſurpavit; & copioſus poſtea ſummo cum omnium corporis partium doloris gravativi levamine ſecutus fuit ſudor, brevique poſtea curatus fuit æger: præterquam quod de appetitu non tantum proſtrato, ſed & abolito valde conquerebatur. Quare primò hoc vinum medicatum, poſtea & mixturam ſequentem præſcripſimus. Et ſacculis arenâ calidâ impletis axillis ſuppoſitis. Copioſè ſudavit, & curatus fuit. Niſi quod ob appetitum abolitum.

♃. *Rad. zedoar. Enul. campan. ana* ʒiij. *Galang. Calam. aromat. ana* ʒij. *Fol. menth. criſp. Majoran. nobil. ana* M.j. *Sem. carui Fœnic. dulc. ana* ʒiij. *Cinnam. acut.* ℥j. *Spic. nard. Cardam. min. Extrem. cortic. aurantior. recent. ana* ʒij. Conciſis atque craſsè contuſis, cantharoque lapideo inditis affund. *Vin. Gallic. pint.* iv. Poſt ſufficientem infuſionem de hoc vino medicato ad uncias tres (ſingulis doſibus primò inſtillatis guttulis duodecim de ſequenti ſpiritu oleoſo) ter quotidie aſſumpſit. Vinum medicatum ſtomachicum.

♃. *Spir. contra præcordiorum anxietat. p.* 157. *deſcript.* ℥ij. *Ol. menth. criſp. ſtillat. in dicto ſpiritu ſolut. gutt.* xij. *Elix. propriet. Paracelſ.* ʒiß. MS. Spiritum &c.

♃. *Aq. menth. criſp.* ℥iij. *Spirit. ſtomach. pag.* 244. ʒß. *Salis dulc. gutt.* xxv. *Extract. abſinth. Tinctur. ſtomach. p.* 278. *deſcript. ana* ʒij. *Syrup. menth.* ℥j. MS. Necnon mixturam ſtomachicam uſurpavit.

Ho-

Horum medicamentorum beneficio & appetitus rediit, & ingeſtum cibum optimè digeſſit.

Ne, ſudore erumpente, frigidum potum &c. aſſumat.

3. Ut, quandiu ſudores erumpant, nullum frigidum potum cibumque aſſumat, docente Quercetano de peſte lib. 2. cap. 8. frigidus enim potus aſſumptus ulteriorem ſudoris eruptionem prohibet. Rapitur enim, ut ſic loquor, calor à peripheria ad ventriculum, naturaque ab opere quaſi retrahitur; ſicque ſudores circa cutem ſtagnant, doloreſque gravativi &c. excitantur, & febris friguſque ingens non rarò exinde producitur, imo & dira ſymptomata (ut nobiſcum plurimi procul dubio obſervarunt Practici) nullis aliquando, etſi potentiſſimis, medicamentis cedentia ſæpius tum exoriuntur. Sint eadem de cibo dicta, qui vel inconcoctus in ventriculo remanet, vel ita è ſtomacho expellitur, aut ſudorum eruptio ſiſtitur.

Ne erupti ſudores linteis frigidis abſtergantur.

4. Ut erumpentes ſudores frigidis linteis neutiquam abſtergantur teſte Philippo Grulingio in ſuo florilegio Hipp. part. 8. cap. 15. §. 12. p. m. 237. Corporis enim pori hac ratione ita obſtruerentur, ut nihil ſudoris amplius ſuccedere poſſet, & nonniſi catarrhi graves, dolores gravativi, cæterave ſymptomata graviora excitarentur.

Ne etiã in nimiâ quantitate ſudores provocentur.

5. Ne in nimia quantitate ſudores provocentur: quare idem loco citato §. 3. p. 236. rectè monuit, diligenter eſſe attendendum, ne ſimus nimii in ſudore provocando. Sudor enim ſi nimis copioſus ſit, vires valde labefactat, corpus exſolvit, & tabefacit: quapropter ſæpius mediocriter ſudores movere commodius eſt, quàm uno ſudorifero, quod modum excedat, vires proſternere. Hinc multum aberrare videntur ii, qui dicunt, ægrum graviſſimo morbo laborantem oportere ſtragulis undiquaque tectis ad horas quatuor vel quinque continuò ſudare, ubi tamen binas ad ſummum horas pro una vice ſudare, ſufficere natura & experientia docent; atque Quercetanus loco ſtatim citato conteſtatur, qui acriter vetat ſudores copioſiores ſcilicet ultra duarum horarum ſpatium propagare, ne forte, inquit, vires ægroti nimium debilitentur. Quod Palladius in lib. 6. Hippocrat. de morbis popularibus itidem confirmat, inquiens, per ſudores immodicos, ac diu durantes copioſos evacuationem fieri, minimè convenire, ne utile atque inutile ſimul evocetur. Quare etiam docuit Fuchſius lib. 2. institut. medicar. ſect. 5. cap. 27. unicè in eliciendis ſudoribus (vel in omnibus etiam aliis evacuationum generibus) cavendum eſſe, ne immodici ſint, & vires planè dejiciant: omnes enim evacuationes, quæ ad extremum tendunt, periculoſas vocat Hippocrates aphor. 3. ſect. 1. Legimus tamen apud Ambroſium Paræum lib. 21. de peſte

Omnes namque nimiæ evacuationes malæ.

ſte

ſte cap. 22. ſudandi finem non adeſſe, antequam vires exolvi incipiant, vel refrigerari manans humor. Tutiorem jucundioremque primam ſudores provocandi methodum, pedetentim nempe, non vero confertim ubi ſudores provocantur, judicamus. Hac enim ratione nec vires tolluntur, aſt augentur potius, nec tam notabile ſpirituum diſpendium excitatur, aſt corroborantur potius ægri, tutiuſque ſemper curantur: natura enim ducenda, neutiquam vero cogenda, ſat enim citò, ſi ſat benè.

6. Inter ſudandum præſertim in peſte [a], ea in primis cura adhibeatur, ut accuratè linteis calidis ſubinde extergatur, atque poſt horum exterſionem aliquod jus reſtaurans ac corroborans ab ægro aſſumatur, ut quondam voluit Quercetanus de peſte loco ſæpius jam citato.

Ut, abſterſis ſudoribus, juſculum reſtaurans &c. exhibeatur.

Poſt conſummatam ſudoris eruptionem neceſſarium eſt.

Poſt conſummatam ſudoris eruptionem convenit.

1. Ut ceſſatio à ſudore neutiquam ſubitò, aſt pedetentim fiat, teſte Johanne Walæo titulo ſæpius citato p. 64. graves aliàs catarrhi, dolores rodentes, gravativi, febres &c. facilè exorirentur. Quare quoque Joubertus de thorac. affectibus cap. 14. dixit, in deſtillationibus (in quibus ſudor apprime juvat) corpus neceſſariò ſenſim tepeſcere debere, ut ſic ſudores paulatim non vero confertim minuantur; omnis namque ſubita mutatio mala.

Ut pedetentim ceſſet à ſudore.

2. Ut induſia eruptis ſudoribus madida ſemper cum calefactis mutentur: graviſſima enim & dira ſymptomata à frigidis poſt ſudorem induſiis ſubinde ſequuntur. Cui rei auctoritatem conciliabit ſequens obſervatio.

Ut induſia madida cũ ſiccis calidis mutentur.

Vir quiſpiam triginta ſex circiter annorum, biliosus, doloribus rodentibus brachia plerumque affligentibus dum laboraret, de alvo

Vir poſt varios dolores

(a.) Quandoquidem Auctor noſter monuit, poſtquam ſudor effluxerit, corpus calidis linteis abſtergendum eſſe, idque potiſſimum in Peſte præſtandum præſcripſit; viſum eſt nobis ex clariſſimo Diemerbroechio animadvertere, linteaminum renovationem tantopere in Peſte Noviomagenſi, cui ipſe præfuit, nocuiſſe. Quotquot enim jam morbi furore conflictati, diffluentis ſudoris graveolenti halitu potiſſimum perturbati, recentia linteamina petierunt, quibus corpus ſuum detergerent, & contegerent, quamvis illa fuiſſent optimè calefacta, & nihil à frigore externo metuendum eſſet; protinus tamen iis ſymptomata omnia invaleſcebant, & morbus in deterius ducebatur. Hujus vero rei cauſam non ſine veri ſpecie ad ſaponem, quo linteamina tractari ſolent, ut nitidiora fiant, retulit. Illud enim notatu dignum ſæpiſſime obſervavit, in iis nempe ædibus, in quibus nulla adhuc erat Peſtis, ſi linteamina ſordida ſapone & aquâ abluerentur, eo ipſo die, vel interdum poſtridie duos treſve ſimul Peſte correptos fuiſſe; ipſique ægri teſtabantur, fœtorem aquæ ſaponatæ ſibi ipſis primam & maximam alterationem intuliſſe. Itaque quum tantam vim in ſapone laudatus Vir deprehenderit, ut ſoporatum Peſtis venenum facilè exſuſcitaret; induſiorum idcirco renovationem nunquam niſi poſt ſeptimum diem Peſte jam laborantibus induſſit; & veterum loco alia adhuc ſemiſordida, & à ſanis Hominibus per aliquot dies geſtata commendabat, donec veneni vires fuerint contritæ, & morbi furor omnino conquieverit.

Eoſque vel medicamentis vel ſponte ſedatos.

alvo adſtrictiori ſemper fere conquerebatur, ſponte vero doloribus illis cedentibus, bis terve alvum quotidie dejiciebat: quare varia julapia refrigerantia, ac purgantia cholagoga aſſumpſit, biſque ſibi venam ſecari juſſit, aſt irritis omnibus. Tandem vero doloribus nullâ adhibitâ operâ ſedatis, alvoque benè reſpondente, in febrem quotidianam continuam circa nonam vel decimam veſpertinam exacerbeſcentem incidit, dictis doloribus graviter pungentibus, ſiti urgente, præcordiorum anxietate, capitiſque & regionis lumbaris dolore pulſante. Quare proprio judicio vomitorium aſſumpſit, multaque viſcida ac in primis bilioſa evomuit: poſt quem vomitum non tantum de doloribus rodentibus brachia, verum & omnes corporis partes acriùs affligentibus conquerebatur. Quare vocatus, ægrotantem valde anxium, & febricitantem, linguam aridam, ac rubicundam, aphthis columellam parum obſeſſam, alvumque per quatriduum jam adſtrictã intellexi: quorum ſymptomatum cauſam cum indagarem, adſtantes dicta mihi retulere. Primò igitur ſequentem clyſterem, bolumque diaphoreticum, & decoctum raparum cum ſero lactis Bubuli dulci, loco aquæ communis, paratum præſcripſi.

Denuo exacerbeſcentibus ipſis.

Vomitoriũ aſſumpſit.

Unde dolore, febri, anxietate &c. ingraveſcentibus.

Enema fuit injectum.

℞. *Decoct. emollient. & carminat. vulg.* ℥viij. *Elect. diaphœnic.* ℥j. *Ol. lilior. alb.* ℥ß. *Sal. gemm.* ʒß. MS. F. Clyſma.

Bolum diaphoreticum

℞. *Electuar. diaphor. ſuperius deſcript.* ʒj. *Bezoard. miner. gran.* xij. *Croci optim. gr.* vj. MS. F. Bolus.

Reverſo, de inſomniis querebatur, à clyſtere bis alvum depoſitam, parvoque cum levamine ſudores excuſſos referebat: quare eundem bolum iteravi, & hanc emulſionem præſcripſi, de qua ſubinde hauſtulum aſſumpſit.

Et emulſionem &c. aſſumpſit.

℞. *Hord. mundat. ad crepatur. coct.* ℥j. *Amygdal. dulc. non rancid. excort.* ℥ß. *Sem. papav. alb.* ʒij. F. cum ſ.q. aq. decoct. hord. emulſ. ad ℥xiv. add. *Syrup. violar.* ℥j. *Aq. fœnic. Cinnam. ana* ℥ß. MS.

Hujus beneficio poſtquam blandè cum levamine ſudaſſet, ac placidè dormiviſſet, totum os albiſſimis aphthis obſeſſum inveni: quare eadem iterari juſſi. Tum vero paulò copioſior ſudor ſecutus eſt, quo cum difflueret, frigida induſia induenda ſibi poſtulavit, frigidamque cereviſiam loco emulſionis aſſumpſit: unde intra horam de ingenti frigore, præcordiorum anxietate, doloribus dictis omnes corporis partes iterum affligentibus, imo & motus quadam impotentiâ querebatur. Vocatus, omnia in pejus vergentia obſervavi: quare bolum ſupradictum mox uſurpandum dedi, croco ad ſemiſcrupulum, & bezoardico minerali ad ſcrupulum unum addito, aſt nulli omnino ſudores apparuere. Veſperi reverſus, nullas aphthas, verum graviſſimum febris paroxyſmum, anxietatem præcordiorum ma-

Optimè ſudavit.

Verum in ipſo ſudore frigidis linteaminibus indutis.

In eoſdem & majores incidit dolores.

Hinc aphthæ evanuere.

majorem, doloreſque atrociſſimos &c. offendi: quicquid etiam poſtea ſudores provocandi causâ aſſumeret, nulla ſudoris eruptio ſecuta eſt. Cum diu decubuiſſet, continuò adhuc de brachiorum omniumque artuum dolore non tam rodente, quàm quidem gravativo, & quadam motus impotentiâ conquerens, quarto tandem menſe curatus fuit. Quid non induſia ſudoribus adhuc erumpentibus, vel tantum non ceſſantibus madentia cum frigidis commutatata efficiunt?

Et nonniſi quarto menſe curatus fuit.

3. Ut patiens, factâ per diaphoreticorum & ſudoriferorum aſſumptionem ſufficienti ſudoris eruptione, retecto ſeu aperto, in quo recumbit, lecto, nudum corpus aeri frigido non exponat: aſt poſt blandam ſudoris undiquaque abſterſionem, quietè in lecto novis lodicibus aſt levibus conſtrato ſe contineat, omnemque auræ frigidæ contactum vitet, referente Philippo Grulingio in ſuo florilegio Hippocrat. &c. part. 8. cap. 15. §. 18. pag. 237. Rationes videſis inſuperioribus.

Ne, ſudoribus jam eruptis, nudum corpus aeri frigido exponat.

4. Ut peracto ſudore, ſi ægrotantium vires forte fatiſcant, eaſdem corroborantibus, euchymis, & eupeptis cibis, ac cordialibus medicamentis reſtaurare, non negligatur: vires aliàs maximè debilitantur, cum ſint in primis conſervandæ, & corpus valde attenuatur, ut legimus apud Hippocratem lib. 2. de diæta text. 36. §. 5. p. m. 232.

Ut, peracto ſudore, cibis euchymis & eupeptis, nec non cardiacis reſtauretur.

5. Ut ſi nimii ſint, & continuò prorumpant ſudores, corroborantia ſub-auſtera parum adſtringentia &c. mox exhibeantur; qualia ſunt corallia rubra præparata, ſyrupus myrtinus, portulacæ, & quæcunque ex cinnamomo aut portulacâ &c. parantur medicamenta; item confectio hyacinthorum, aqua cinnamomi, plantaginis &c. Verum neceſſariò ab omnibus ſpirituoſis, volatilibus, ſimilibuſque ſanguinem omneſque humores magis adhuc attenuantibus ac diſſolventibus, ac per conſequens majorem ſudorum erumpentium copiam producentibus, cavendum.

Verum, ſi nimii, corroborantia ſub-auſtera exhibeantur.

Lubet adhuc in tranſitu differentias & ſigna ſudorum in primis ſponte erumpentium hiſce adjicere, & paucis oſtendere, quinam boni, quinam vero mali à præcipuis Auctoribus dicantur.

Alius enim ſudor eſt univerſalis, qui à toto corpore emanat, morbumque totum corpus obſidere ſignificat: quare quoque Senex aphor. 38. ſect. 4. dixit, qua corporis parte ſudor eſt, ibi morbum eſſe ſignificare. Si ergo univerſalis ſit, & à toto corpore emanans ſudor, univerſalis & totum corpus obſidens morbus eſt: interdum & partem corporis. Alius eſt particularis, qui materiam morbificam in ea parte, à qua emanat, aut adeſſe, aut adfuiſſe, aut adfuturam (ut ex Hippocrate jam demonſtratum) indicat: aut ſanè, qui citra

Differentiæ & ſigna ſudorum.

tra materiem morbificam circa cervicem, frontem, caput, thoracem, &c. apparet. Alius ſudor eſt calidus, alius frigidus: alius carus eſt, alius multus ac copioſus: alius ſalſus eſt, alius inſipidus: alius mitis eſt ac ſuavis, alius acer ac fœtidus, pro materiæ nempe qualitate, quam natura ſudoribus excludit. Alius ſudor tenuis eſt & aquoſus, qualis benè valentium ut plurimum eſt: alius viſcidus, qui vel materiæ paucitatem, vel viſcoſam materiam indicat: alius craſſus, qui vel meatuum amplitudinem, vel humorum craſſitiem, vel pororum raritatem teſtatur.

Qui ſudores optimi.

Optimi ac ſaluberrimi cenſentur ſudores in omnibus acutis morbis, ſi in diebus decretoriis (vide ſis ea de cauſa aphor. 36. ſect. 4.) exoriantur, febremque perfectè ſubmoveant. Boni vero ſunt, qui totum corpus contingentes, Hominem faciliùs morbum ferre faciunt, ut legimus apud Hippocratem prænotion. 5. §. 1. & 2. p.m. 451. & Coac. prænotion. ſect. 4. §. 36. & 37. p.m. 579. ut & ſi calidi prorumpant, ut docuit Franciſcus Joel lib. 2. Phyſiolog. ſect. 5. p.m. 123. Quare quoque calidum ſudorem qui excludunt, citiùs, tardiùs vero, ſi frigidum, curari dixit Senex lib. 1. de morbis 22. circa finem, & aphor. 42. ſect. 4. Peſſimi vero ſunt frigidi, ac caput & faciem ſolum ac collum qui contingunt; nam & morbi diuturnitatem & periculum ſignificant: quare & in acuta febre lethales exiſtunt, in mitiore vero morbi longitudinem præſignificant, ut teſtatur Hippocrates aphoriſm. 37. ſect. 4. & Coac. prænotion. ſect. 4. §. 38. 39. & 40. & prænotion. 5. §. 4. & 5. p. 451. & de judicationibus 6. §. 9. & 10. p. 442. & 8. §. 1. p. 443. &c. Imo poſt ſudorem horrorem exoriri, malum eſſe idem aphor. 4. ſect. 7. dixit, quod conteſtatum videſis apud Cornelium Celſum lib. 2. cap. 4. de malis ægrotantium ſignis, p.m. 51. Malos quoque vocat Senex illos ſudores, qui febricitanti ſuperveniunt, febre tamen non deficiente, aphor. 56. ſect. 4. prorogatur enim morbus, & multam humiditatem ſignificat.

Sudor multus quid indicat.

Nota, ſudor multus calidus aut frigidus ſemper fluens humoris copiam ineſſe, in robuſto quidem supernè, imbecilli vero infernè vacuandam demonſtrat. Per ſomnum vero factus, copioſiore cibo corpus fuiſſe refertum ſignificat. Quod ſi parciùs epulanti hoc accidat, vacuatione indigere eum indicat. Intemperatè ſudor multus ſano ſi oboriatur, morbum æſtate minorem, hyeme vero majorem prænuntiat, ut legitur apud Hippocratem de judicationibus 8. §. 9. p. 443.

Sudoriferorum medicaminum Theoria, quam ex probatis in praxi Viris Auctor noſter exſcripſit, & tum ſuis, cum aliorum Medicorum documentis confirmavit, ſic modo contrahenda eſt, ut omnia ejus præcepta breviùs perſpicere valeamus. Quanquam ex omnibus noſtri corporis partibus ſive internis, ſive externis inviſibilis vapor jugiter effluat, qui tantus viſus eſt

San-

Sanctorio, ut pleniorem materiam, quàm reliquæ evacuationes, exhauriat; nihilo tamen minus ſudor, qui in habitum corporis erumpit, ex cutaneis glandulis immediatiùs deſcendit. Sic enim illæ ſunt extructæ, vaſculiſque excretoriis prominentibus donatæ, ut à ſanguine per arteriolas cutis præterfluente ſeri copiam ſuffunerentur, eamque in corporis ſuperficiem effundant. Quæ autem medicamenta ſecretionem iſtam promovent, atque ſerum in cutis glandulis depoſitum per ipſius foraminula impellunt, hydrotica & diaphoretica ſolent appellari: quamvis vulgò fuerit apud Medicos receptum, mitiora ſudorifera diaphoretica, potentiora vero hydrotica dicere. Non omnia vero hujus generis medicamenta eâdem agendi ratione ſudorem evocant. Quædam etenim ſanguinem novâ ſeri copiâ locupletant. Quædam vero, nimium ſanguinis æſtum cohibendo, ejuſque acriores particulas temperando, vaſculaque ſubcutanea, eorumque poros vel à doloribus, vel à furibundo ſpirituum motu, vel ab humorum nimis ferventium ſtimulis conſtrictos ac criſpatos laxando, largiorem ſudorem ut plurimum proliciunt. Alia vero, eaque potiſſimum, quæ ad ſudorem excitandum exteriùs corpori admoventur, ſic cutem proritant, ipſius ſordes comminuunt, omniaque impedimenta demoliuntur, ut ſudor deinde faciliùs diffluere poſſit. Plurima vero, quæ ſale volatili oleoſo turgent, perinde motum cordis inſtaurant, & inertiam fermentationis humorum diſcutiunt, ut ſerum in minutiores particulas conciſum, ac veluti fuſum cutanearum glandularum poros lubentiùs trajiciat. Unde liquet, quod diaphoretica medicamenta non ſint indiſcriminatim à Medico uſurpanda; ſed perinde eligenda, quæ tum morborum naturæ, cum corporum & humorum conſtitutioni conveniant. Quamvis vero præcipua ſudoris materia ſit ſanguinis ſerum, quod per cutaneas glandulas aptum natum eſt percolari; tamen cum illo ſæpius viliora corporis recrementa, & univerſalia ſanguinis rejectanea mirabili nexu ſeſe conſociant. Faciliùs autem contextum cutis ſimul cum ſero pertranſeunt humores ſalſo-acres, bilioſi, & pituitoſi, qui ſpeciatim ex eodem ſero coagulum ſubeunte emergunt, quàm humores acidi, auſteri, quique melancholici Medicis audiunt. Præſertim vero maxima humorum viſciditas ac ſegnities ſudorifera prohibet, ubi quum ſudorem exoptes, iis uti oportebit medicamentis, quæ eos comminuere, ac motus cordis languorem diſpellere valent. Hinc qui potiſſimum morbi ſudoriferis facilè cedant, vel iis adverſentur, nullo negotio colligi poterit: quos quum omnes per otium recenſere non liceat, ſatis erit principaliores indicare. Primò quidem ſudor elegans eſt affectuum omnium medicina, quos ſerum, vel tenax pituita, vel ſimilis humor in partibus corporis ſubſiſtens induxerit: quamobrem ſudorifera in Catarrhis, in carnium & membranarum Doloribus, in Tumoribus OEdematoſis, & Hydrope ipſâ à Practicis ſummis laudibus efferuntur. Vix autem morbus in partibus nerveis conſiſtens unquam cedit, niſi validioribus hydroticis pleniorem ſudorem concitemus: unde qui in capitis & nervorum affectibus ſive Paralyticis, ſive Convulſivis illum provocare ſtudeat, is equidem operam non ludet. Atque idcirco inter Rachitidis præſidia, quæ tota quanta eſt ab obſtructione ſpinalis medullæ deſcendit, diaphoretica volatilia ab optimis morbi hujus Scriptoribus quoque recenſentur. Sanguis porro impurus, qui vel periodicè Arthritidem movet, vel lentiùs per pulmones circulando anhelum Hominem reddit, vel viſcidioribus partibus fœtus uteri vaſa occludit, ut proinde menſes parciùs fluant, aut omnino manſerint, vel Inflammationes, Gangrænam, affineſque Tumores in partibus corporis parit, vel ulceribus & vulneribus uberiorem putredinis materiam ſuppeditat, feliciùs ſudoriferis, quàm aliis medicamentis, depuratur. In Febribus vero ut plurimum præſtat ſudores provocare, & præſertim ſi de Malignarum ac Peſtilentium genere ſint. Peſtis namque ipſa, & quodcumque aliud venenum, quod venas jam ſubierit, ſanguinemque & ſpiritus prehenderit, maturo indiget ſudore, ut expelli poſſit. Denique omnes affectus, qui cutem tuberculis, maculis, aut ulceribus infamant, pleniori diffluente ſudore, evaneſcunt. Sudoriferorum autem uſum limitat Polypus cordis, iſque potiſſimum, qui ſiniſtrum ejus ventriculum, & vicina vaſa occupaverit. Quum enim illa motum cordis perinde inſtaurent, ut major ſanguinis quantitas à dextro ipſius ventriculo in pulmones projiciatur, quàm poſſit per ſiniſtrum in arteriam aortam traijci; cumulatâ idcirco ſanguinis maximâ copiâ in pulmonibus, patientes ſummopere anheli redderentur. Quemadmodum vero in Cacochymia, cæteriſque morbis à crudioribus humoribus productis fruſtra ſudoriferis agitur, niſi humores iſti idoneis præſidiis ita fuerint contriti, ut cutis contextum facilè penetrare poſſint; ita ratione planè diſſimili in Phthiſi & Febre Hectica ab iis cavebimus, ne ſanguinem ultra comminuamus, & ſuccum corporis nutritium depopulemur. Quandoquidem vero Pueri, qui firmo minus cutis contextu, & humidiori ac calidiori temperie gaudent, ſudorem facilè effundunt; liquet hinc, quænam corpora ſudoriferis faciliùs auſcultent & iis perferendis ſint aptiora. Sed potiſſimum ſudor iis nunquam imperandus, qui virium & carnium inopes ſunt, quique bilioſâ admodum corporis conſtitutione pollent. In morborum autem initiis, ſiquidem non fuerint valde acuti & maligni, adeo vetitum eſt ſudores provocare, ut ii plerumque non erumpant. Commodius vero ſemper eſt, æſtivo quàm hyemali tempore ſudores prolicere. Denique quemadmodum omnia frigida tum interiùs aſſumpta, cum exteriùs admota ſudores jam jam prodeuntes cohibent, & fluentes ſiſtunt; ita viciſſim calida omnia eos adjuvant, & humores verſus cutem compellunt.

CAP. VIII.

De Diureticis.

De diureticis. Renes eo fine conditi ſunt, ut illud, quod ſeroſum (b) atque aquoſum &c. in ſanguine eſt, eò propellatur, ac ſecretione & quadam percolatione quaſi ſeparetur, & ad veſicam per renes jam percolatum ſerum ac aquoſum &c. deturbetur, per quam è corpore excernitur, & urina appellatur. Hanc actionem quæ adjuvant medicamenta, ac ſubſiſtentem aquoſitatem liquando, fundendo, attenuando, diluendove &c. in corpore promovent, διουρητικὰ ſeu urinam cientia medicamenta vulgò nominantur.

Sunt

(b) Quandoquidem, quæ de renum ſtructura à famigeratiſſimis Viris Bellino, & Malpighio accepimus, neminem latere arbitramur; viſum dumtaxat nobis eſt ad diureticorum vires explicandas, rationem percolationis urinæ in eorum glandulis exhibere. Unde aliud ſanè agentes, videmur in maximè perplexam de ſecretionibus quæſtionem incidiſſe, quæ licet à pluribus fuerit eventilata, nihilominus non adhuc eſt ita compoſita, ut moleſtis diſſentientium diſputationibus ſæpius non doleamus. At vero quantum in hoc negotio præſtiterint Mechanicæ leges, quæ Medicinæ ſeſe immiſcuere, notior res eſt, quàm ut inficiari poſſit. Etenim ſecretionum animalium ratio jam non ex fictis Neotericorum fermentis, quibus nihil eſt obſcurius, ſi ingenium eorum ac ſedem percontteris, ſed ex artificioſa partium textura, & accommodata pororum ſymmetria ad fluentium liquidorum determinatas particulas excipiendas repetitur. Quo certè nihil clarius: Nam quemadmodum ſanguinis particulæ, quæ mole ac figurâ pororum magnitudini ac configurationi correſpondent, facilè iſtos ſubire poſſunt; ita vice verſâ, quæ figuram diſſimilem ſunt nactæ, aut corpore excedenti præditæ ſunt, ab eorum meatuum ingreſſu excluduntur, & ſimul cum reliquis per venas abeunt. Quamvis vero huic diverſæ pororum configurationi tantopere faveat Borellus, ut ad ejus tantum leges omnium ſecretionum varietatem redegerit; tamen illa viſa eſt nonnullis cum Hydroſtatices legibus pugnare, quæ vaſis ex materia molli ac maximè flexili, quemadmodum eſt ſubſtantia canalium noſtri corporis, confectis, liquore quodam expanſis, non aliam, quàm circularem figuram, indulgent. Etenim quum fluidorum natura ſit premere ſecundum lineam perpendicularem ad ſuperficiem, cui inſiſtunt, quumque ſanguinis à corde projecti preſſio undiquaque ſit æqualis; ſtatim apparet, vaſorum curvaturam ubique æqualem fore, ac proin circularem. Hæc autem, ſi ſedulò perpenderis, vaſorum noſtri corporis, quæ ſanguinis à corde impulſi impetum excipiunt, circularem figuram facilè evincunt: ſed tamen non impediunt, quin ad ductuum ſanguiferorum latera, vel in membranulis glandularum ſecernentibus quidam ſint pori extructi aliis figuris donati, qui quum certas ſanguinis particulas ſingulatim trajiciant, multum ſane abeſt, ut ex earum impetu circularem formam nanciſci debeant. Sed fortè adhuc difficilius erit, ei difficultati obviam ire, cur nempe patentiores ſecerniculorum meatus ſubtiliores ſanguinis particulæ, ac potiſſimum ſpiritus, qui minimâ omnium diametro præditi ſunt, non pertranſeant. Jam vero ſi concipiamus poros, glandularum ſecernentes à particulis ſanguinis ſimilibus occludi, ac veluti obſtrui, & tantam eſſe ſpirituum tenuitatem, ut licet magnâ velocitate agitati tantum non habeant momentum, quo illas è ſuis locis exturbare poſſint; facilè ratio patet, cur illæ dumtaxat ſanguinis particulæ, quæ pororum ſecernentium amplitudinem adæquant, alias, quæ eos jam fuerint ingreſſæ, inſequantur, & in ductuum deferentium cavitatem impellant. Quemadmodum enim corpora mole paria unum alterum qualibet velocitate facilè impellit; ita viciſſim major datâ requiritur velocitas, ut minimum majus ciere poſſit. Hæc vero licet Borellianam ſecretionum methodum facilè ſuadeant, reticenda tamen illa non eſt, quàm in Monumentis Regiæ Scientiarum Academiæ Pariſienſis Anno 1711. Dominus Vinslow exhibuit. Supponit enim glandularum ſecernicula à prima partium omnium formatione ejus generis fluidis imbui, quæ deinde per omnia vitæ Animalium tempora in illa eadem fluxura ſunt. Hac itaque ſtante cognatione inter liquores glandulis congenitos, & alios per ſanguifera vaſa allabentes, palam eſt, quomodo quælibet glandula fluidum ſuum cognatum facilè aſſumat. Nam ſi oleum cum aqua intimè commixtum ab illa ſeparare volueris, id equidem obtinebis, ſi chartam oleo madefactam in filtratione adhibueris: & viçe verſâ aquam ab oleo ſecernes, ſi chartam aquæ prius intinxeris. Ex hiſce vero, quæ circa ſecretiones delibavimus, erui ratio poteſt, cur urina in renum glandulis percoletur. Urinæ autem materia ſanguinis ſerum eſt, quod ab ingeſtis potulentis ita in venis cumulatur, ut ejus redundantia, percolatione ipſius per renum glandulas factâ, de-

trahi

Sunt ergo διουρητικὰ medicamenta, quæ ſerum à ſanguine copioſiùs ſecerni, pluresque alios humores &c. attenuatos una cum ſero per urethram excerni faciunt. Nam etſi per veſicam & urethram præcipuè humor aquoſus, ſeroſus, qui ex potu &c. supereſt, & cum ſanguine primò miſcetur, vel viâ nondum notâ per renes forſan ſuccenturiatos Caſſerio nominatos propellitur, ſicque ad ipſos renes, tumque per ureteres in veſicam &c. evacuatur, & renes, veſica, & his inſervientia vaſa in primis purgantur; tamen etiam per eandem viam reliqui humores attenuati, præſertim ſeroſi, acidi, bilioſi, pituita tenuior, imo & pus &c. evacuari, ac univerſum genus venoſum & arterioſum purgari poteſt.

Diuretica quid ſint.

Silentio non prætereundum duximus, differre nempe medicamenta urinam cientia & διουρητικὰ propriè dicta: urinam enim ciere quoddam genericum eſt, & plura ſunt, quæ urinam movent. Sunt autem diuretica duplicia, propriè & impropriè ita dicta. Propriè dicta, quæ etiam κατ' ἐξοχὴν διουρητικὰ vocantur, calida ſunt & ſicca, imo partium tenuium, & plerumque acria, quæ ſanguinem quoque attenuant, fundunt, liquant, & ſerum ab eo ſecernunt. Dantur tamen propriè dicta diuretica, quæ in calore, & ſiccitate &c. ſunt moderatiora, imo & humida & frigida nonnulla exiſtunt, ſed ſubſtantiæ tenuis. Impropriè dicta ea ſunt, quæ vel copioſam materiam aqueam ſuppeditant, quæ poſtea ad renes propellitur, eamque in ureteres per caruncuIas papillares anguſtiſſimè perforatas transcolant, à quibus deinde per ureteres in veſicam, veluti corporis matulam, derivatur; vel humores, qui in renibus & viis ad eos tendentibus exiſtunt, abſtergunt, incidunt, attenuant &c. vel utrumque præſtant, aquoſitatis nempe plurimum ſuppeditant, ac vim attenuandi, incidendi, abſtergendi &c. habent; quales ſunt aquæ quædam thermales, ſerum lactis, &c. No-

Quotuplicia ea.

Et qua ratione operentur.

trahi oporteat. Ne autem quis putet; id oſcitanter à natura inſtitutum eſſe, quod aqueam materiam copioſam ſanguini ingerat, ut eã deinde per renes excernat, non ſecus ac ſi fontem in ædes noſtras derivemus, cujus aquas dein exſiccare magnis ſumptibus teneamur; obſervet, poculentam materiam aridorum ciborum macerationi, ac fermentationi in ſtomacho inſervire, ut in fluxilem verti poſsint ſubſtantiam, quam deinde inſtar vehiculi in venas tranſvehit. Poſtquam vero in ſanguinem devenit, iſtius elementa nimis inter ſe cohærentia ac implicita fluore ſuo diluit, ejus æſtum temperat, & aridiores ipſius particulas, præſertim ſalinas, quæ carnium ac viſcerum poris ferruminantur, avidè amplectitur. Ubi autem ſalibus referta acerrimam temperiem acquiſiverit, ut proinde ſanguini ac ſolidis partibus moleſta eſſe incipiat, ad renum glandulas allabens ſenſim percolatur. Hinc vero liquere arbitror, diuretica medicamenta non omnia unius generis eſſe, eâdemq; ratione urinas expellere. Quædam etenim ſeri copiam venis ſuppeditant, quod faciliùs in urinæ materiam cedet, ſi cutis glandulæ ei non reſpondeant. Quædam illud in partibus corporis emortuum ad motum invitant, & ad renum glandulas deferunt. Quædam vero contextum ſanguinis perinde fundunt ac ſolvunt, ut ſerum ab ipſo faciliùs ſecedat. Alia vero copioſam proliciunt urinam, quod renũ glandulas & canaliculos à ſtimulis conſtrictos ac criſpatos emolliant ac relaxent: alia viciſsim, quod illos exſtimulent ac mordicent: alia; quod eos obſtructos reſerent, & mucũm iis extructum expellant. Nonnulla denique ſunt, quæ cum ſanguinis ſero facilè connubium ineunt, ſimulque copulata faciliùs renum contextum pertranſeunt, qualia potiſſimum illa judicamus, quæ urinis ſuas qualitates imprimunt. Si autem diuretica omnia enumeres, nullum fere invenies, quod ad recenſitas claſſes non poſsit revocari.

Nota, quoties urinam movere opus ſit, quodlibet ex his non competere. Nam in renibus, veſicâ, & his miniſtrantibus partibus ſi humores craſſi evacuandi ſubſiſtant, competunt ſolum διουρητικὰ: ſi enim illa hìc adhibeantur, quæ ſolum urinam augent, obſtructiones neceſſariò augerentur. Ita hydropicos juvant diuretica, quibus ſi urinam moventia, & aquoſitates ſimul augentia quis velit propinare, valde eos læderet. Sic etiam tum competunt διουρητικὰ, ubi in venoſo genere hærent humores craſſi; eos enim attenuare & educere valent. Quæ vero tantum urinam movent, aquoſam ſuppeditando materiam, iis conveniunt affectibus, qui ex craſſis & aduſtis vulgò dictis humoribus fiunt: hos enim commixtione aquæ fluidiores reddunt.

Quid notandum in diureticis.

Præſcribuntur plerumque univerſalibus præmiſſis. Semper ergo per alvum purgantia præmittenda, obſtructiones demoliendæ, obſtacula removenda: commodè enim humor multus & copioſus per urinam non evacuaretur, & metus eſſet, ne ſui copiâ, dum ad vias anguſtas ruit, eas obſtrueret, ſibique & aliis tranſitum intercluderet, graviſſimaque ſymptomata excitaret. Tranſacto ergo morbi principio, copiâ materiæ peccantis per purgationem &c. exemptâ, craſſitie inciſione &c. ſublatâ maximè conveniunt. Minimè vero competunt diuretica calida præſertim calidis & ſiccis affectibus (ut febribus ardentibus, tabidis, & macie confectis) laborantibus: diuretica enim calida calefaciendo & ſiccando &c. nonniſi malum augmentarent. Noxia quoque eſt urinæ provocatio, ſi renes, veſica, eorundemque vaſa ac viæ exulceratæ, vel inflammatæ ſint, ut legimus apud Franciſcum Joelem lib. 2. Phyſiol. ſect. 5. de excretis & retentis §. 16. p. m. 123.

Quando præſcribenda.

Meritò ergo διουρητικὰ inter humores quantitate qualitateque peccantes evacuantia referuntur & numerantur. Sæpe enim natura per urinam noxios humores &c. excernit, & ope medicâ per exhibitionem medicamentorum diureticorum propriè vel impropriè ita dictorum varii & vitioſi humores ex variis partibus (ubi præceſſerint univerſalia) purgari poſſunt; præſertim ubi redundantia humorum circa renes, veſicam, gibbam hepatis partem obſtructionem facit. Has enim partes per nullos meatus commodiùs, quàm per urinæ vias evacuari poſſe, luculenter Galenus lib. 7. capite ultimo methodi medendi teſtatur.

Quid efficiant.

Variorum ſunt hæc διουρητικὰ generum: quædam enim mineralia, quædam animalia, quædam vero vegetabilia exiſtunt; quorum ſimplicia & compoſita præſtantiora propriè ac impropriè dictorum diureticorum brevi numerabimus.

Eorum differentiæ.

Excellunt ergo inter propriè dicta diuretica ſimplicia, & quidem

dem vegetabilia calidiora, primò è radicibus, radices apii, armoraciæ, eryſimi, ononidis, petroſelini, raphani, ſaxifragæ albæ. &c. Secundò è foliis & herbis, apii, cherefolii, hederæ terreſtris, lauri, leviſtici, matricariæ, (quæ in affectibus renum eſt præſtantiſſima; eſt enim ad educendam urinam, aliaſque renum & veſicæ impuritates medicamentum optimum, ſupra omnia alia diuretica poteſtatem habens, teſte Montagnanâ) naſturtii, ononidis ſ. reſtæ bovis, pimpinellæ, rutæ, ſalviæ, ſaxifragæ albæ, urticæ. Tertiò è floribus, flores chamæmeli, geniſtæ, violarum, & inprimis flavedo in violarum purpurearum floribus reperta, hyperici, ſambuci. Quartò è ſeminibus, ſemina aniſi, apii, cherefolii, erucæ, leviſtici, naſturtii, petroſelini, raphani, ſaxifragiæ, ſinapi, urticæ Romanæ, fructus alkekengi, baccæ juniperi, in primis ſpiritus & oleum ex hiſce deſtillatū. Quintò è lignis, nephriticum, ſaſſafras, fraxini, tamariſci, item cortices citri, aurantiorum, &c. Sextò gummi ammoniacum, camphora, ſuccinum, terebinthina, quæ abſtergendo urinas pellere dicitur: hujus ſpiritus & reſina excellunt, reſina enim ſæpe multum præſtat, ſi ſub forma pilulari magnâ copiâ exhibeatur, diuque in illius uſu continuetur; qua ratione Theologum quendam ab exulceratione renum curatum novimus. Septimò è Animalibus, lapides Percarum, oculi Cancri, Lumbrici terreſtres præparati, Aſelli præparati lotii difficultates egregiè ſolvunt, ſi nempe in vino Rhenano triti hauriantur, vel eorundem pulvis ita exhibeatur; (horum præparationem videſis in Praxi Medica Danielis Sennerti lib. 3. p. 849.) teſtæ ovorum calcinatæ, magnæ certè efficaciæ cum vino Rhenano exhibitæ; Cantharides, aſt hiſce conditionibus ut exhibeantur, 1. nonniſi reliquis omnibus tentatis, nihilque juvantibus: 2. nonniſi in minima doſi; 3. nonniſi aliis Cantharidum acrimoniam quodammodo temperantibus, ut cum juſculo Vitulino pingui &c. mixtæ; non enim ſolum urinæ ardorem ac dyſuriam excitant, verum & renibus & veſicæ magnam inferunt noxam, imo & ſanguinis mictionem excitant, ſolo etiam externo uſu teſtantur Fernelius, Platerus, Schenckius &c. in obſervationibus. Octavò è mineralibus, lapis Judaicus, nephriticus, qui tam internè quàm externè adhibitus mirabilia præſtare dicitur; ſpongiæ, item tartarum, nitrum, ſal, & factitium ſal ammoniacum &c. Minus vero calida imo & frigida vulgò dicuntur, primò radices althææ, eryngii, malvæ, rubiæ tinctorum, ruſci, aſparagi, graminis, nymphææ: hanc non modo calculos renum excutere, ſed & ſimul ureteres & urinarios meatus ampliores reddere, vulgò creditur. Secundò folia acetoſæ, fragariæ, graminis, lactucæ, parietariæ, portulacæ. Tertiò flores,

Inter ſimplicia diuretica propriè dicta.

Quæ excellunt, & quidem inter radices calidiores.

Folia.

Flores.

Semina.

Fructus.

Ligna &c.

Gummi.

Animalia.

Cantharides qua ca[u]tione exhibendæ.

Mineralia.

Radicea temperatiores &c.

res fabarum, geniſtæ, hepaticæ, malvæ, nymphææ. Quartò ſemina quatuor frigida majora & minora, violarum purpurearum in calculo, & urinâ ciendâ admirandæ juxta plurimorum ſententiam efficaciæ, nymphææ (ſemen nymphææ in materia viſcida tenaci calculoſa ex renibus veſicave expellendâ admodum efficax eſſe in ſequentibus demonſtrabimus) item rubi idæi, &c. Quintò ligna, ſantalum omne, & cortices ſalicis, gummi, & animalia, quæ modo numeravimus. Lac tamen Ovinum in renum imbecillitate primas tenere nonnulli putant, item lac Caprinum, ejuſque ſerum.

Impropriè dicta diuretica quæ.

Impropriè dicta diuretica ſimplicia, quæ materiam copioſam aquoſam ſuppeditant, ſunt vinum tenue, album, Rhenanum in magna potum quantitate, ut & quævis tenuia, & aquoſa largâ nempe manu ingeſta, & affatim hauſta. Simul & abſtergendi virtute prædita ſunt aquæ thermales, præſertim nitroſæ, vitriolatæ, quales ſunt acidulæ, ſerum &c.

Ex dictis & ſimilibus ſimplicibus diureticis vegetabilibus, Animalibus, & mineralibus varia conficiuntur medicamenta urinam &c. provocantia.

Aquæ diureticæ ſimplices, & compoſitæ.

Inter aquas excellit primò ononidis, petroſelini, raphani, baccarum juniperi, matricariæ cum vino Rhenano, vel aqua ex Mariæ balneo deſtillatæ; item aqua contra calculum Sennerti, Herculis Saxoniæ contra ardorem urinæ, lithonthryptica, & ſequens antinephritica Hadriani à Mynſicht in ſuo armamentario medico-chymico ſect. 19. de aquis compoſitis p. m. 328. 329. & 330.

Aqua antinephriticâ Mynſichti.

♃. *Rad. ononidis* ℔j. Minutim conciſæ macerentur in vini generoſi ℔iv. per tres dies, dein exprimantur, & in colatura infundantur *Rad. glycyrrhiz. raſ. Saxifrag. cum toto Petroſelin. Eryng. Pimpinell. ana* ℥iv. *Gran. alkekeng. Junip. ana* ℥iij *Sem. milii ſolis Fœnicul. Melonum Vrtic. ana* ℥ij. *Lign. ſaſſafras Nephritic. ana* ℥j. *Cinnamom. acut. Macis ana* ℥ß. Stent in infuſione per aliquot dies, poſtea add. *Succ. heder. terreſtr. Portulac. ana* ℔iß. *Fumariæ Petroſel. Veronic. ana* ℔j. Miſceantur, & deſtillentur, biſque cohobentur. Doſ. cochl. ij. in materia viſcida tenaci &c. ex renibus educendâ efficax aqua; in primis ſi cum ſpiritu baccarum juniperi extractum inde paretur, & dictæ aquæ commiſceatur.

Convenit quoque, & excellit aqua diuretica ex nucleis dicta, deſcripta apud Johannem Schroderum in ſua Pharmacopœa medico-chymica lib. 2. cap 38. §. 20. p. m. 146. necnon anti-nephritica Amſtelodamenſis. Palmam vero omnibus præripit aqua, vel eſſentia nephritica, quàm deſcripſit Johannes Zwelferus in ſua

Phar-

Pharmacopœa regia claſſe 15. p. m. 897. quare etiam ſummas ob virtutes, & dexterrimam præparationem hiſce inſerere placuit.

℞. *Rad. apii Petroſelin. Liquirit. ana* ℥ij. *Caparum recent.* ℥iij. *Herb. recent. rutæ murariæ* ℥j. *Bacc. alkekeng.* ℥ij. *Juniper.* ℥iij. *Sem. apii Naſturt. ana.* ℥iß. *Nucleorum Perſicor. Ceraſor. ana* ℥ij. *Lign. nephritic.* ℥iß. *Cinnamom. Macis ana* ʒvj. *Terebinth. odorif. claræ* ℥ij. Inciſis & contuſis, quæ incidenda & contundenda ſunt, necnon cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuperaffundantur *Vini alb. optim.* ℔iv. *Succi vel liquoris betulæ ſponte effluxi* ℔ij. Factâque digeſtione, fiat deſtillatio ad ſiccitatem ſpecierum, aqua ſpirituoſa interim aſſervetur: ex ſpeciebus in cucurbita reſiduis fiat beneficio ſpiritus vini repetitis affuſionibus extractum non nimis ſpiſſum, quod, ſi lubito fuerit, ſuperiori aquæ jungatur, & poſt digeſtionem & filtrationem eſſentia aſſervetur; ſin minus, & quod melius, extractum ſigillatim aſſervetur; poſtulante autem neceſſitate, una cum aqua ſuperiori deſtillata propinetur. Aquæ vero adhuc jungatur *Solutionis oculor. Cancr.* ℥iß. Fiatque aqua nephritica. Aqua ſ. eſſentia nephritica Zwelferi.

Non infimum inter ſpiritus tenent locum ſequentes: nempe ſpiritus baccarum juniperi, ſambuci, terebinthinæ, fragorum, nitri, ſalis, ſalis armoniaci, tartari; item ſpiritus antinephriticus Pauli Barbette in ſua Praxi lib. 3. cap. 8. deſcriptus. Spiritus diuretici.

Præ omnibus oleis diureticis ſequentia præſertim, & meritò laudantur: terebinthinæ, baccarum juniperi, ſuccini, amygdalarum dulcium non rancidarum jam jam expreſſum oleum, cum ſucco recenti limonum vel citriorum, & vino Rhenano exhibitum, excellens in arenulis, & materiâ viſcidâ tenaci ſabulo mixtâ &c. medicamentum. Olea.

Tincturas inter & extracta non infimæ ſequentes exiſtunt: ut tinctura lapidis nephritici viridis per ſalis rectificatum ſpiritum lapidi pulveriſato infuſum ac digeſtum juxta Moebium parata; item ſuccini tinctura, elixir proprietatis Paracelſi, balſamus ſulphuris ſimplex, & aniſatus, vel juniperinus. Sic quoque conveniunt tincturæ, & extracta ſimplicium diureticorum jam enumeratorum per ſpiritum vini, vel aquam diureticam quamcunque parata; necnon ſequens. Tincturæ & extracta.

℞. *Rad. raphan. ſylveſtr.* ℥iij. *Angelic.* ℥iß. *Glycyrrhiz. Lign. nephritic. ana* ℥ij. *Fol. naſturt. Heder. terreſtr. ana* M. jß. *Soldanell.* M. j. *Oculor. ribeſ. nigror. verno tempore prodeunt.* ℥iß. *Flor. papav. errat. Hyperic. ana* M. iß. *Bacc. junip. Alkekeng. ana* ℥iij. *Sem. naſturt. Vrticæ Fœnicul. dulc. ana* ℥j. *Croci optim. Macis ana* ʒß. Conciſis atque contuſis, vaſique lapideo vel vitreo inditis Aqua diuretica egregia.

 affund.

affund. *Spirit.bacc.junip.cum vino tenui parat.q.ſ. Salis armoniac.* ℥iij.*Tartar.*℥ij. Poſt ſufficientem digeſtionem, & ſpecierum extractionem fortiter exprimatur, tincturaq; percolata ad uſum ſervetur.

Ut & tinctura antinephritica in diſpenſatorio Harlemenſi nuper edito deſcripta, jam diu mihi pluribuſque in frequenti uſu.

Decocta diuretica.

Inter decocta διυρητικὰ hæcce exſuperant, nempe decoctum quod Foreſto adſcribitur.

Decoctum Foreſti.

℞. *Cicer. rubr.* ℥iij. *Sem. hord. mundat.* ℥ij. *Alth. Malv. ana* ℥iij. *Quatuor frigid. maj. non rancid. ana* ℥j. *Ficuum ping. no.* x. *Sebeſten no.*viij. *Glycyrrhiz.raſ.*℥vj. Coq. in ℔ij. aquæ communis ad medietatem, colatura detur pro apozemate.

Item ſequens, cujus vim in ſabulo, & viſcidiori ac tenaciori materiâ è renibus expellendâ ſæpius jam obſervavimus, & in ſequentibus demonſtrabimus.

Decoctum in ſabulo &c. expellendo excellens.

℞. *Carn.Vitulin.non nimis ping.parum inciſ.* ℔iß. *Aq. fontan. pint.*vj. Indantur ollæ novæ, ignique imponantur, poſtque deſpumationem add. contuſa ſequentia. *Rad. aſparag. tempore hyemali, tempore vero vernali vel æſtivo cymar.vel ſurcul. eorum* M. iß. *Althæ. Fœnicul. Eryngii ana* ℥j. Coq. lento igne per tres circiter horas, tumque caro eximatnr, & ejus loco add. *Fol.borag. Bugloſs. Cichor. Pimpinell. Naſturt.Violar. conciſ. ana* M.j. *Sem.quatuor frigid.maj. contuſ.ana.*℥ij. *Cicer.rubr.*℥iij. *Baccar. junip.*℥ij. Coquantur iterum per horam lento igne, tumque immiſceantur huic decocto decantato *Succ. citri recens expreſ.* ℥ij. Miſceantur, & ad uſum dentur.

Syrupi diuretici.

Syrupi diuretici optimi, & maximo in renum veſicæque affectibus in uſu ſunt ſequentes: ut ſyrupus de raphano Fernelii, de quinque radicibus, althææ Fernelii, catharticus Jouberti (videſis animadverſionem in hunc ſyrupum apud Johannem Zwelferum claſſ. 1. Pharmac. Auguſtan. p.m. 63. & 64.) nephriticus Hadriani à Mynſicht in ſuo armamentario Medico-Chymico ſect. 16. p. 263. item ſequens nephriticus.

Syrupus nephriticus.

℞. *Rad. althæ. Raphan. Petroſel. ana* ℥iß. *Herb.malv. Pimpinell. Naſturt. Matricar. Rutæ murar. ana* M. j. *Flor. papav. errat.p.*ij. *Sem.naſturt. Urtic.Roman.ana* ℥ß. *Nymphææ* ℥vj. *Cicer.rub.*℥j. *Bacc.junip.* ℥jß. *Liquirit. raſ.*℥vj. *Extrem.cortic. aurantior.recent. Ocul.Cancr. ana* ℥ß. *Macis* ℥ij. Inciſa atque contuſa immittantur in cucurbitam vitream, quibus ſuperaffundantur *Vin.Rhenan.pint.*v. Appoſito alembico ſtent in digeſtione loco calido per biduum triduumve, ac aqua, ſi quæ fuerit exſtillata, reaffundatur: tumque appoſito recipiente, arctèque cum roſtro alembici clauſo, per duas treſve horas ſimul coquantur, & fortiter

omnia

omnia exprimantur; tumque decoctum expreſſum decantetur, & per exſtillatum ſpiritum ex *Croc. optim.* ℥ß. tinctura & vis extrahatur, ac decantato, ovique albumine clarificato decocto admiſceatur, huicque addantur *Ælæoſacchari ex ol. baccarum. juniperi* ʒij. *& ſacchari optim. pulveriſ.* ℥jv. *parat. Sacchar. optim.* q.ſ. ut digeſtione unâ atque alterâ ſaltem ebullitione fiat ſyrupus.

Convenit itidem oxymel diureticum D. Ambroſii Juno Senioris, & Zwelferi in ſua Pharmacopœa regia claſſe 1. p. m. 830. egregiam ob præparationem & vim multis diureticis palmam præripiens.

Electuaria diuretica.

Inter electuaria διουρητικὰ vulgò maximè commendatur electuarium diureticum Bartholomæi Montagnanæ, & lithonthrypticum Fernelii, necnon antidota nephritica Quercetani, ut & laudanum urinarium ſequens, quod Johanni Michaeli Profeſſori quondam publico Lipſ. adſcribitur.

Laudanum urinarium D. Johannis Michaelis.

℞. *Succ. liquirit. in aqua alkekeng. ſolut.* ℥jß. *Camphor.* ʒj. *Croc. optim.* ℈iv. *Alkekeng. Terebinth. Venet. aqua petroſel. benè lot. ana* ℥ß. *Gumm. tragacanth. Maſtich. ana* ʒiß. *Laud. opiat.* ʒij. MS. Singulare in urina provocanda, ſabulo expellendo, ac aperiendis renum &c. obſtructionibus, dolore ſedando prædicatur.

Convenit quoque rob juniperinum, ſambucinum, cynosbati &c.

Pulveres diuretici.

Omnibus inter pulveres diureticos prævalet pulvis lithonthrypticus Rolfincio adſcriptus ſequens.

Pulvis lithonthrypticus Rolfincii.

℞. *Ocul. Cancr. præpar. Sang. Hirc. præpar. ana* ʒjß. *Lap. Judaic. Nephritic. ana* ʒi. *Ocul. Lucii piſc. Sem. milii ſolis ana* ℈ii. *Cryſtall. tartar.* ʒß. *Sal.* ℈i. MS. F. Pulvis.

Item pulvis ad calculum Marci Banzeri, cujus deſcriptionem habet Johannes Zwelferus claſſe 9. de pulveribus in ſuis animadverſionibus in Pharmacopœam Auguſtanam p. m. 280. & 281. ut & quem tradidit in ſua Pharmacopœa regia p. 856. necnon ſequens nobis ſubinde in frequenti uſu.

Pulvis diureticus nobis in frequenti uſu.

℞. *Rad. ſaxifrag. alb. Liquirit. ana* ʒvj. *Sem. naſturt.* ʒß. *Raphan. Milii ſolis Urticæ Romanæ ana* ʒiii. *Bacc. juniper.* ʒß. *Ocul. Cancr.* ʒj. *Lap. prunell.* ʒij. *Tartar. vitriolat. Sal. ſtipit. fabar. ana* ʒiß. *Conchenil. tinctor. Teſt. ovor. calcinat. Croc. optim. ana* ℈v. *Ol. bacc. junip.* ʒß. F. omnium Pulvis tenuiſſimus, poſt juſtam videlicet emollientium, laxantium, anodynorum, viaſque dilatantium tam internorum quàm externorum uſurpationem, in urina cienda, ſabulo expellendo, materiâque arenulis mixtâ tenaci mucosâ exturbandâ efficax.

Quando exhibendus

Varia & maximæ efficaciæ διουρητικὰ chymica paſſim apud Chymiæ Scriptores exſtant, quæ vel ibidem ſatis ſuperque inveniet ſtudio-

dioſus Lector, vel hinc inde formulis & obſervationibus ſecuturis admixta traduntur.

Diureticorum formulæ.

Diureticorum variorum formulæ.

In forma hauſtus.

In forma hauſtus.

♃. *Aq. petroſel.* ℥iß. *Tinctur. diuretic. ſuperius deſcript.* ʒij. *Lap. prunell.* ℈j. *Succ. pomor. aurant. recens expreſſ. Syr. papav. errat. ana* ʒij. MS. F. Hauſtus urinas movens, & arenulas expellens.

♃. *Aq. bacc. junip. Matricar. ana* ʒvj. *Eſſent. nephritic. Zwelferi jam deſcript. vel Aq. antinephritic. Amſtelod.* ʒiij. *Syr. nephritic. jam jam tradit.* ʒii. *vel Rob. bacc. juniperin. vel Sambuc.* ℥iß. MS. F. Hauſtus.

Mixturæ.

In forma mixturæ.

♃. *Aq. petroſel. Raphan. ruſtic. ana* ℥iß. *Fœnic. Tinctur. diuretic. ſuperior. ana* ℥j. *Oxymel. diuretic. Zwelferi*, vel eo deficiente *Aceti ſtillat.* ℥ß. *Ocul. Cancr.* ʒß. *Ol. bacc. junip. gutt.* v. *Syr. quinque radic.* ʒvj. MS.

♃. *Aq. bacc. junip.* ℥iß. *Gramin. Cochlear. Antinephritic. Amſtelod. ana* ℥j. *Spir. ſal. armon.* ℈ß. *Terebinth.* ℈j. *Laud. opiat. gr.* iij. *Tinct. conchenil. tinctor. per ſpiritum baccarum juniper. extract.* ʒiß. *Tartar. cum vino parat.* ʒij. *Syr. baccar. ſambuc. Papav. errat. ana* ʒiij. MS. in dolore nephritico ex muco arenulis mixto producto efficax, quondam cum ſucceſſu à nobis præſcripta. En ea de cauſa totam hiſtoriam.

In dolore nephritico.

Vir quartanâ diu afflictus.

Vir quiſpiam quadraginta circiter annos natus, febri quartanâ intermittente diu afflictus, per menſem unum alterumve lecto decubuerat, ac ingenti lumborum dolore in primis circa plenilunium cruciabatur; cujus tollendi gratiâ varia aſt fruſtra uſurpavit. Vocato mihi de alvo adſtricta, & præſertim de lumborum graviſſimo dolore conqueſtus eſt: quare primò hoc clyſma, & ſequentem mixturam præſcripſi.

In dolorem nephriticũ incidit.

Quare enema fuit injectum.

♃. *Decoct. emollient. & carminat. vulgar. pro clyſter.* ʒviij. *Elect. diaphœnic.* ʒx. *Ol. lilior. alb.* ℥i. *Sacchar.* ℥ß. MS. F. Clyſter pro Viro.

Et mixtura præſcripta.

♃. *Aq. petroſel.* ʒiij. *Fœnic. Theriacal. ſimpl. ana* ℥i. *Acet. ſtillat.* ʒiii. *Ocul. Cancr.* ʒß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. bacc. junip. gutt.* iv. *Syr. alth. Fern.* ʒvi. MS.

Cum poſt horam unam alteramve ab injecto clyſmate bis alvum

vum depoſuiſſet, ſubinde duobus de hac mixtura cochlearibus aſſumptis, multas arenulas circa veſpertinum tempus excrevit; aſt dolorem fere in eodem ſtatu ſe ſentire retulit. Quare mixturam reſumendam juſſi: qua iterum ſumptâ, & clyſmate pariter iterato, nonniſi plures arenulas aſt nullo cum doloris levamine reddidit. Ideo oleum amygdalarum dulcium recens expreſſum ad ℥iſs. ſucci limonum recentis ℥iiij. vini Rhenani ℥iv. invicem mixta pro uno hauſtu præſcripſi. Hinc parum dolor fuit diminutus: bis igitur eundem hauſtum levi cum ſucceſſu uſurpavit, tumque ſpiritus baccarum juniperi & ſeminis aniſi ana ʒij. lapidis prunellæ ʒß. aſſumptis, mucoſa multa arenulis mixta majori cum levamine, quàm quidem antea, una cum urina excrevit. Aſt ſecundâ vice idem adhibitum medicamentum nihil omnino levaminis attulit: quare mixturam penultimam dedi, cujus beneficio maximam muci ſabulo mixti copiam ſummo cum levamine reddidit, brevique poſt à dicto dolore fuit liberatus.

Quorum beneficio arenulas quaſdam excrevit. Manente tamen lumborum dolore. Quare hauſtum ex oleo amygdalarum &c. aſſumpſit. Tandem mixturâ penultimâ curatus.

In forma boli.

Boli.

℞. *Rob. baccar. junip. vel Sambuc.* ʒiß. *Sal. ſambuc. Stipit. fabar. ana* ℈ß. *Lap. prunell.* ℈j. *Pulv. diuret. p.* 435. *deſcr.* ʒß. *Ol. baccar. junip. gutt.* iij. MS. F. Bolus, optimè urinam & aquas in hydrope pellens.

In hydropicis.

℞. *Rob. baccar. juniper.* ʒiß. *Pulv. diuretic. loc. cit. tradit.* ʒß. *Tartar. vitriolat. Concbenil. tinctor. ana gr.* viij. *Sem. petroſel. macedon.* ℈j. *Ol baccar. junip. vel Terebinth. gutt.* jv. MS. F. Bolus in urina cienda efficaciſſimus, ſi cum vino Rhenano tenui calido aſſumatur.

In urina cienda.

In forma conditi.

℞. *Theriac. Andromach.* ʒß. *Conſerv. abſinth.* ℥j. *Rad. eryng. condit. Cortic. aurantior. condit. ana* ʒiij. *Sal. ſtipit. fabar. Lap. prunell. ana* ʒj. *Ocul. Cancro.* ℈j. *Ol. ſtillat. macis gutt.* v. *Baccar. junip. gutt.* viij. MS. F. Conditum, doſis ad nucis moſchatæ quantitatem urinam movens, & ventriculum corroborans, quondam à nobis in hydropis ſpecie aſcite cum ſucceſſu præſcriptum.

Conditi. In aſcite.

℞. *Theriac. Andromach.* ʒvj. *Saxonic. Pulv. diuretic. ſæpius jam præſcript. ana* ʒß. *Rad. eryng. condit.* ʒv. *Sem. petroſel. macedon. Urtic. Roman. ana* ʒiß. *Tartar. vitriolat.* ʒj. *Ol. ſtill. cortic. citri Bacc. junip. ana gutt.* vij. *Syrup. diuretic. jam jam tradit. q. ſ.* MS. F. Conditum, doſis viſque eadem fere, quæ ſuperioris.

Mi-

Theriaca quare diureticis addita.

Mirabitur forſan aliquis, theriaca Andromachi quod conditis hiſce duobus ſit addita. Aſt mirari deſinet, ſi conſiderarit, quod dolores ob opium admixtum tollat, vigilias auferat, doloreſque plerumque concomitantes ſedet, humorum acrimoniam dolorem &c. excitantem temperet, & ita citiùs reliqua διουρητικὰ in actum deducantur, faciliùſque ac jucundiùs ut plurimum ægri curentur: de qua Andromachi theriaca Montagnana ita teſtatur, experientiâ, inquit, certè ſcio, quod ſi nephritici & circa veſicam dolentes utantur theriacâ Andromachi, curabuntur poſt breve tempus. Theriaca enim medetur doloribus & ægritudinibus renum à pluribus cauſis provenientibus, in potu juſculi in primis cicerum rubrorum, ad drachmam unam nempe ſi tantum ſingulis veſpertinis, aut veſpertinis ac matutinis temporibus aſſumatur.

Decocti.

In forma decocti.

℞. *Hord. mundat. ad crepatur. coct. Cicer. rub. ana* ℥ij. *Sem. althææ Malv. ana* ℥ß. *Milii ſolis Petroſel. macedon. ana* ʒiij. *Ficuum ping. no.* x. *Sebeſten no.* viij. *Glycyrrhiz. raſ.* ℥ß. Coq. in ℔iij. aq. decoct. hord. ad tertiæ partis conſumptionem, colaturæ add. *Syr. quinque radic. Papav. errat. ana* ℥ij. MS. pro Apozemate, in lumborum graviſſimo dolore ab arenulis & parvis calculis exorto ſæpius à nobis optimo cum ſucceſſu præſcripto. En quoque ea de cauſa unam atque alteram hiſtoriam.

In graviſſimo lumborum dolore.

Puerpera febri continuâ variis ſymptomatibus affligente laborans.

Puerpera quædam viceſimum agens annum, ſeptimo poſtquam Fœmellam enixa erat die, in graviſſimam incidit febrem quotidianam continuam, magna cum præcordiorum anxietate, & ventris torminibus veſperi exacerbeſcentem; circa mediam vero noctem atroci capitis dolore conjunctam; mane de ingenti lumborum dolore, ac levi nauſeâ conquerebatur: quæ idcirco ſequentem mixturam cochleatim aſſumpſit.

Mixturam.

℞. *Aq. cort. citri. Majoran. nobil. Petroſel. ana* ℥j. *Vit. compoſ. in ſuperioribus deſcript.* ℥ß. *Spir. contra præcord. anxiet. antea tradit.* ʒij. *Nitri dulc. aromat. ſæpius jam præſcript.* ʒß. *Laudan. opiat. gr.* ij. *Ol. cort. aurant. gutt.* iij. *Bezoard. miner.* ℈j. *Syr. papav. errat.* ʒv. MS.

Ac circa ſeptimam veſpertinam cum dictæ mixturæ cochleari uno alterove hunc pulverem.

Et pulverem.

℞. *Bezoard. miner.* ℈ß. *Ocul. Cancr. Lap. prunell. ana gr.* viij. *Croci optim. gr.* v. *Ol. cort. citri ſtill. gutt.* j. MS. F. Pulvis.

Cum ſucceſſu uſurpavit.

Poſt tertiam, ni fallor, mixturæ, & pulveris iterationem (quorum beneficio ſemper levis fuit ſecutus ſudor) febris ac reliqua

qua ſymptomata, excepto lumborum dolore, evanuere. Poſtquam febris, ac concomitantia ſymptomata per triduum jam eſſent ſublata, quamprimùm de alvo adſtricta, & ventris torminibus iterum fuit conqueſta: quare ſequentem clyſterem præſcripſi. Excepto lumborum dolore. Alvo adſtrictâ, & ventris torminibus afflictâ.

℞. *Decoct. emoll. & carmin. vulg.* ℥viij. *Elect. diacathol.* ℥j. *Ol. chamom.* ℥vj. *Sal. gemm.* ʒß. MS. F. Clyſter pro Fœminâ.

Hujus beneficio bis terve alvum depoſuit pauco cum ventris torminum levamine: quare & hanc mixturam cochleatim uſurpandam dedi. Clyſter fuit adhibitus.

℞. *Aq. cort. aurantior. cum vin. deſtillat. Fœnic. ana* ℥ij. *Vit. compoſ. ſæpius præſcript. Spir. anticol. ana* ʒß. *Nitr. aromat. dulc.* ʒß. *Ol. cort. aurantior. gutt.* iij. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syrup. fœnicul.* ℥j. MS. Et mixtura anticolica cum ſucceſſu uſurpata.

Poſt hujus mixturæ aſſumptionem multos reddidit flatus, imo poſt alteram ejuſdem iteratam nulla amplius ſenſit tormina. Aſt de novo majorem lumborum dolorem percipere ſe retulit: quare urinâ accuratiùs ſingulis vicibus inſpectâ, ſabulum in fundo matulæ obſervavi. Roganti mihi, nonne ante puerperium lumborum dolorem, urinæ incontinentiam, vel inter urinæ emiſſionem quendam dolorem, imo vel ſubinde nauſeam &c. unquam obſervaſſet? Reſpondit, nunquam tale quid, excepto hoc tempore, ſe ſenſiſſe aut obſervaſſe. Quare primò hanc ſequentem mixturam præſcripſi. Aſt de novo lumborum dolore exacerbeſcente.

℞. *Aq. petroſel. Raphan. ana* ℥ij. *Tinctur. diuretic. Spirit. bacc. junip. ana* ʒiij. *Nitri dulc. aromat. ſæpius citat.* ʒß. *Lap. prunell.* ℈j. *Laud. opiat. gr.* ij. *Syr. papav. errat.* ℥j. MS. Mixturâ diureticâ.

Ab hac mixtura nonniſi parum ſabuli cum copioſiori urina, remanente dolore, excrevit: quare decoctum ultimum jam jam nominatum præſcripſi, quod per octiduum, vel paulò ulterius uſurpavit; unde plus centum parvos calculos, arenulas, ac magnam muci ſabulo mixti copiam excrevit, dolor lumborum, & nauſea evanuere, ac brevi curata fuit; neque hactenus de lumborum dolore, nauſeâ &c. conqueſta fuit. Et decocto ultimo uſa fuit. Et brevi curata.

Mulier viginti octo annos nata, per quatuor menſes circiter gravida, poſt ſolito majores corporis labores ſubitò correpta fuit lumborum dolore atrociſſimo, nauſeâ, imo & vomitu bilioſorum ac pituitoſorum humorum, macerata inſuper vigiliis, alvo adſtrictâ, & ſimilibus ſymptomatibus dolorificis. Vocatus, protinus vulgare enema præſcripſi, & ſequentem mixturam cochleatim uſurpandam dedi. Mulier gravida dolore nephritico laborans. Enemate.

℞. *Aq. petroſelin. Baccar. juniper. cum aqua ſimplic. deſtill. ana* ℥iß. *Spirit. diuretic. ſequent. Tinctur. diuretic. ſuperior. ana* ʒiij. *Tartari cum vino* ℥iß. *Ol. amygdal. dulc. recens expreſ.* ʒß. Mixturâ.

Tro-

Trochiſc. alkekeng. ℨß. *Laudan. opiat. gran.* ij. *Syrup. alth. Fernelii* ℥j. MS.

A clyſtere bis terve alvum cum levamine depoſuit, & aſſumptâ mixturâ placidè ſubinde dormivit, vomitu penè ceſſante. Verum poſtridie omnibus denuo valde exacerbeſcentibus, poſt regionem lumbarem ſequenti linimento inunctam, hac emulſione veſperi ſummo cum ſucceſſu fuit uſa.

Emulſione.

♃. *Hord. mundat. ad crepat. coct. Amygdal. dulc. excortic. ana* ℨß. *Semin. Lini recent.* ℨiij. *Malv. Papav. alb. ana* ℨij. F. cum ſ. q. aq. decoct. hord. emulſio ad ℥xvj. add. *Syrup. alth. Fernel.* ℨiß. MS.

Et linimento.

♃. *Unguent. Popul. Roſar. Ol. Scorpion. ana* ℨß. MS. detur in fictili.

Liberata.

Symptomata hinc ſuperata videbantur. Verum poſt triduum omnia denuo ita tanta cum vehementia rediere, ut dolor clamorem

Recidivam paſſa.

ſæpe exprimeret gravidæ: quare iterum & clyſter emolliens fuit injectus, & decoctum memoratum præſcriptum, ex quo brevi omni dolore, nauſeâ &c. fuit liberata; præterquam quod de dolore quo-

Iterumque variis curata fuit.

dam ſupra os pubis, & alvo parum adſtrictiore ſubinde quereretur. Itaque ſæpius pulpam caſſiæ fiſtulæ cum manna Calabrina cum ſucceſſu ſumpſit, & juſto tempore etiam Filiam de nullo vel exiguo lumborum dolore, præter vulgares in partu dolores, conquerens peperit, ſecundinis plurimis calculis, & ſabuloſâ materiâ repletis.

Placentæ uterinæ calculis ſæpe ſcatent.

Studioſe Lector ſæpe placentas uterinas calculis quibuſdam ſcatere Obſtetrices obſervant referuntque. Quare cum hujus Fœminæ placentam uterinam tot tantiſque calculis oppletam vidiſſet Obſtetrix, non potuit non mihi ipſam oſtendere, de qua etiam ultra ducentos calculos variæ magnitudinis & figuræ, pleroſque ta-

Variæ figuræ & ingentis magnitudinis calculi in placenta uterina reperti

men vel triangulares, quadrangulares, quinquangulares, ſexangulares, vel ſeptangulares, ſed friabilis non durioris ſubſtantiæ decerpſi, & nonnullis oſtendi. Inter cæteros unus nucem moſchatam vulgarem magnitudine ſuperabat. Qui caſus cum ſit rarior, quantum potui, placentam illam uterinam cum calculis delineavi, & tibi ita offero.

Eorum delineatio.

A. A. A. A. Placenta uteri cum membranis aciculis quibuſdam expanſis.

B. B. B. Funiculus umbilicalis.

C. C. C. C. Venæ & arteriæ per placentam uterinam diſperſæ.

TAB. V. FIG. V.

D. D. D. D. Calculi varii diverſæ figuræ & magnitudinis, quibus placenta uteri ubique penè obſeſſa.

E. Calculus nucem moſchatam ſuperans.

F. F. F. F.

F. F. F. F. Calculi variæ figuræ & magnitudinis de placenta uteri decerpti.

Memorata jam Puerpera ſexto poſt puerperium die (lochiis benè tamen fluentibus) horâ nonâ veſpertinâ levi horrore cum capitis dolore, & præcordiorum anxietate moleſtâ, linguâ aridâ, ſitique urgente &c. ſubſequente afflicta fuit, ſicque per triduum decubuit. Vocatus febricitantem, & quidem meo judicio continuò, debilemque inveni: quare hanc mixturam cochleatim uſurpandam dedi.

Hæc puerpera febre continuâ correpta.

℞. Aq. card. bened. ℥ii. *Flaved. cortic. citri cum aqua deſtill. Roſar. ana* ℥i. *Prophylact. Sylvii* ℥ii. *Cinnamom.* ℥ß. *Confect. alkermes ſine ambra & moſcho* ℥i. *Antim. diaphor.* ℥ß. *Syrup. diacod.* ℥vi. MS.

Mixtura cardiacâ febrifugâ.

Interim ter quaterve de die hauſtulum ſequentis decocti aſſumpſit.

℞. Radic. ſcorzoner. ℥iiß. *Fœnic. Gramin. ana* ℥iii. *Contrayerv.* ℥ij. *Corn. Cerv. raſpat.* ℥vi. *Flor. calendul. p.* ii. *Tamarindor.* ℥vi. *Pom. citri no.* i. Coq. in ſ. q. aq. commun. vaſis clauſis: colatur. pint. iß. add. *Aq. cinnamom.* ℥ß. *Julap. roſat.* ℥ii. MS.

Decocto temperante.

Quibus aſſumptis, optimè ſe habuit, remanente tamen præcordiorum anxietate quadam moleſtâ, alvoque adſtrictiori: quare vulgare enema fuit injectum cum ſucceſſu. Verum ob præcordiorum anxietatem, & quandam quaſi compreſſionem, aſſumpſit infuſionem lapidis vulgò Pedro del Porco, inde optimè ſudavit, ac bis alvum depoſuit ſummo cum levamine, remanente tamen in faucibus ſiccitate quadam, ac quaſi levi inflammatione, ac ſequenti diluculo poſt noctem inſomnem & inquietam ſitibunda de quadam faucium aſperitate conquerebatur. Reverſus, ac fauces inſpiciens, aphthas albas obſervavi: quare pro gargariſmate decoctum raparum, jam aquam roſaceam cum vitello ovi, & ſaccharo canto albo, jam vero cereviſiam lixiviam, (quam non tantum in aphthis, ſed & in plurimis faucium inflammationibus, anginâ &c. pro gargariſmate omnibus commendo) quæ nempe ſponte, & quidem primò ex byna effluit, (à cereviſiæ coctoribus cereviſia lixivia vel lixiva nominatur) uſurpavit, verum nullo cum ſucceſſu: aphthæ enim glabræ & compactæ apparuere. Quare parum ſpiritus vini decocto raparum, imo & cereviſiæ lixivæ addidi. Interim præter varia interna ſubinde hauſtulum ſequentis emulſionis calidè uſurpavit.

Clyſtere.

Et infuſione Pedro del Porco penè curata.

Poſt noctem inquietam in aphthas incidit.

Fruſtra variis ea de cauſa adhibitis.

Verum ab iiſdem ſpiritu vini decocto raparum &c. addito.

℞. Hord. mundat. ad crepat. coct. ℥ß. *Sem. 4. frigid. maj. ana* ℥i. *Lini recent. Cannab. recent. ana* ℥ii. F. cum ſ. q. aq. hord. emulſ. ad ℥xiv. add. *Syrup. violar.* ℥x. MS.

Et emulſione.

Quorum omnium beneficio tandem aphthæ fuere ſuperatæ.

Brevi curata ſed debilis.

Interim quod valde eſſet debilis, mane & veſperi radicem Ninſin vel Niſi (de qua mox latius) ad ſcrupulum ſequenti modo exhibui.

Quare radicem ninſin ſ. niſi.

℞. *Radic. ninſin ſubtiliſs. pulveriſ.* ℈i. *Margarit: præpar. gran.* vi. MS. F. Pulvis.

Summo cum ſucceſſu uſurpavit.

Quo aſſumpto, & ſæpius iterato; mirandum; inſaniſſimam revera Puerperam non tantum ita inſtaurari, verum in dies imo ſingulis quaſi momentis febrem ita diminui, & vires ita adaugeri poſſe, ita ut brevi fuerit curata; nec tamen toto hoc morbo de ullo lumborum dolore conqueſta eſt.

Radicis ninſin vires.

Ni benevole Lector deterreret me prætium; omnibus fere febricitantibus & debilibus hanc radicem exhiberem: nullius enim eſt acrimoniæ, nec fauces aridas imo poſt tantas aphthas relinquens, aromaticique ſed blandi tamen ſaporis &c. Pueris imo Infantibus trium quatuorve dierum, ſeptimanarum &c. poſtea exhibui ſummo cum ſucceſſu; & quidem in ipſis motibus epilepticis, & poſt eorundem inſultus.

Aphthæ ſpiritu vini

Mentionem quoque fecimus de ſpiritu vini decocto raparum admixto in aphthis: memini hiſtoriam unam atque alteram de aphthis nullis medicamentis internis, externiſque cedentibus, quas

Et ſuctu tabaci curatæ

tamen brevi curatas vidi decocto raparum addito ſpiritu vini pro gargariſmate, & ſuctu tabaci. Verum brevitati quia ſtudeo, verbulo tantum haſce annotare volui.

Quia de radice Ninſin vel Niſi mentionem feci, hæc addere placuit.

Deſcriptio radicis ninſin ſ. niſi.

Ninſi, Jenſing, vel Niſi radix eſt oblonga, digito minimo craſſa, plerumque bifida intus & extus parum flaveſcens, ſaporis aromatici gratiſſimi, odoris ſuavis: eſt temperatiſſima radix, quicquid alii ex aliis contrarium ſcripſerint vel tradiderint. In venere potentiſſimum remedium ab Aſiaticis habetur: quare Chinenſes ditiores ac Magnates vix ullum decoctum formant, in quod non aliquid illius radicis ingrediatur. Tinctura vel extractum cum vini ſpiritu rectificato paratum præſentaneum remedium in colica paſſione, in primis ſi cum lypothymia vel ſyncope conjuncta ſit, & abſque pari in paralyſi ex colica, ſi ſimul cephalica admiſceantur, in primis hiſce in regionibus ſeptentrionalibus & frigidioribus. Summo cum ſucceſſu quoque exhibetur in convulſionibus,

Ejus vires & doſis.

vertigine &c. Cardiacum eſt maximum, in primis ſi ambra gryſea, vel confectio alkermes addatur: in infantibus à granis vj. ad ℈ß. in ſubſtantia exhibetur poſt motus epilepticos, & poſt convulſiones; in adultis ad ʒß. mirè enim confortat, & omnia placidiora reddit. Uſum quoque habet in valde à morbis debilitatis Hominibus. Chinen-

nenſes illam pluris imo & majoris æſtimant, quàm quidem Japonenſes. Naſcitur juxta nonnullos in Inſula Corea Japoniam inter & Chinam: ſed juxta Athanaſium Kircherum in ſua China illuſtratâ p. m. 178. & 179. ex Athlante Sinico Patris Martini Martinii Ginſeng, Japonibus Niſi, naſcitur in Provincia Leautung totâ Chinâ celeberrimâ.

Spiritus diuretici, de quo mox mentionem feci, deſcriptio.

Deſcriptio ſpiritus diuretici.

℞. *Radic. irid. Florentin.* ℥j. *Folior. matricar. recent. m.* iſs. *Semin. fœnicul. dulc.* ʒvj. *Naſturt. hortenſ. Gemm. ribeſior. nigror. ana* ℥ſs. *Baccar. juniper.* ℥iſs. *Terebinth. Venet. non coct.* ʒx. *Tartar. Rhenan.* ʒv. *Croc. optim.* ʒj. Conciſ. & contuſ. affund. *Spirit. vin. pint.* v. Poſt digeſtionem per quatriduum deſtilletur per alembicum lento igne.

Decoct.

℞. *Rad. althææ.* ℥iſs. *Liquirit. Petroſel. Fœnicul. ana* ℥ſs. *Fol. Naſturt. Flor. papav. errat. ana m.* iſs. *Bacc. junip.* ℥ij. *Sem. melon.* ℥ſs. *Vrtic. Roman. Petroſel. ana* ʒij. *Ficuum ping. no.* xij. *Macis* ʒiſs. *Ocul. Cancr. pulveriſ. in petia ligat.* ʒij. Conciſa atque contuſa infund. in ſ. q. *aq. commun. & vin. Rhenan.* per noctem in vaſe vitreo non cupreo, tumque coq. ad tertiæ partis conſumptionem: colatur. pint. iſs. add. *Aq. Anti-nephritic. Amſtelod.* ℥iſs. *Syr. alth. Fernelii Papav. errat. ana* ℥iſs. MS. pro Apozemate, quondam in impedita ſabuli excretione, indeque exorto renum ac ureterum dolore, poſt præmiſſum clyſma pro Nobili quodam à nobis præſcripto; unde magnam quoque muci ac ſabuli copiam excrevit.

In impedita ſabuli excretione &c. præſcripti.

In forma pulveris

Pulveris.

℞. *Lap. prunell.* ʒſs. *Conchen. tinctor. Ocul. Cancr. Teſt. ovor calcinat. Sal. ſambuc. vel Stipit. fabar. ana* ℈j. *Croci optim.* gr. xv. *Ol. bacc. junip. gutt.* vj. MS. F. Pulvis pro tribus doſibus, cum vino Rhenano &c. aſſumendus, urinas valde ciens.

℞. *Sem. nymphææ* ʒſs. *Naſturt. Raphan. Fœnic. ana* ℈ſs. *Lap. prunell.* ℈j. MS. F. Pulvis pro tribus doſibus, in mucoſa ac ſabuloſa renum veſicæque materia expellenda potens. En hujus hiſtoriam ſuperius promiſſam.

In mucoſa & ſabuloſa materia expellenda.

Puer octo jam annos natus, poſt multum lactis ac caſei uſum cum dolore urinam excrevit: quod dum flocci primò facerent, nec lactis aut caſei uſum prohiberent Parentes, in dies graviùs, & majori cum dolore urinam reddidit. Cum vero ſabulum quoddam

Puer poſt lacticinia & nimium uſurpata.

rubicundum in urina poſtea obſervarent, eam inſpiciendam jam huic jam illi miſerunt. Quotquot viderant unanimiter Puerum calculo veſicæ laborare aſſeruerunt. His tamen Parentes diffidentes, plures poſtmodum convenerunt Medicos, qui non quidem calculum adeſſe, ſed inde generari poſſe, dixerunt: quod Puer neque pudenda traheret, neque urinam limpidam inſtar ſeri, ſed coloratam mingeret (quæ tamen ſigna in Pueris calculo veſicæ laborantibus adeſſe dixit Hippocrates lib. de aere, aquis, & locis text. 23. §. 5. & 8. p. m. 341.) Quare hujus illiuſve conſilio plurima tentata medicamenta, in quibus ſequens decoctum felicis ſucceſſus recenſetur.

In varia ſymptomata calculum indicantia incidit.

Quare decoctum.

♃. *Hord. mundat. Rad. liquirit. ana* ℥j. *Flor. papav. errat.* M. iß. *Bacc. junip.* ℥ß. *Sem. fœnic.* ʒij. *Ficuum ping. no.* xij. Conciſa & contuſa coq. in *Cereviſ. tenuis dulc. pint.* iß. per duas circiter horas.

Hujus ter in die ſeſqui unciam cum tribus quatuorve balſami ſulphuris aniſati guttulis Puerulo exhibuerunt; unde omnis fere doloroſa urinæ excretio ſublata, nec amplius arenulæ in urina repertæ. Quia vero ſubinde de quodam dolore adhuc conquerebatur, ejuſdem decocti uſum retinuerunt, neque amplius de dolore querentem audiverunt: quare omnibus tandem relictis medicamentis, Filiolum curatum putarunt. Evenit tamen poſt ſemeſtre circiter, ut ingens inter urinæ excretionem dolor exoriretur, qui dicto decocto neutiquam ceſſit: quare præter illud etiam pulverem, de quo proximè dixi, uſurpavere, unde ſingulis diebus magnam muci copiam excrevit. Tandem nonniſi ſemen nymphææ ad ſcrupulum unum cum decocto bis quotidie exhibuerunt, ex quo incredibilem mucoſæ ac ſabuloſæ materiæ copiam excrevit, ac brevi quoque curatus fuit. Optimam tamen præſcripſi diætam, probèque ipſam obſervare Parentes juſſi: nihil enim magis recidivum ipſo calculo, quippe qui bis, ter, quaterve in anno, ut nonnulli teſtantur Practici, generatur. Vitandam quoque quammaximè vitam ſedentariam eſſe edocui: ſæpe enim ea de cauſa ad literas nati Viri, quia harum ſtudiis nimis incumbunt, iiſque fere immoriuntur ſedentes, multas in renibus impuritates &c. colligendo, nephritici fiunt.

Cum balſamo ſulphuris aniſato.

Cum ſucceſſu uſurparunt.

Recidivam paſſus eadem ut & pulverem & alia uſurpavit.

Et curatus fuit.

Viri Docti quare ſæpius nephritide laborant.

In forma pilulari.

Pilularum.

In urinæ ſuppreſſione.

♃. *Ocul. Canc.* ℈j. *Conchenil. tinctor. Sal. ſtipit. fabar. ana* ʒß. *Ol. bacc. junip. gut.* iij. *Terebinth. aq. petroſelini lot. q. ſ.* MS. F. Pilulæ no. xx. pro tribus quatuorve doſibus in urinæ ſuppreſſione utiles.

♃. *Tar-*

℞. *Tartar. vitriolat.* ℈j. *Ocul. Canc. Teſt. ovor. calcinat. ana* ʒß. *Sal. ſambuc. Croci optim. ana* ℈j. *Ol. baccar. junip. gutt.* vj. *Balſam. Peruvian. q. ſ.* MS. F. Pilulæ no. xxx. quarum tres quatuorve pro vice aſſumantur.

Nota, in diureticorum uſu obſervandum eſſe, ubi ſerum copioſum & aqueum peccat in corpore, id ante evacuationem nullâ indigere præparatione.

Naturam ſæpe pus in thorace contentum per urinas excreviſſe, obſervationes plurimorum Medicorum teſtantur. Hujus conatum neceſſariò tum quidem promovendum, non vero pus in thoracis cavitate contentum per diuretica educendum putamus. Naturæ enim ſane vias invenire facile eſt, quibus hoc onus vaſis circulatoriis ingerat, arti vero non item. Pus in thorace contentum per urinas excretum.

Valde acria ſalita omnia ac piperata renibus noxia eſſe, unanimiter omnes teſtantur Practici; item caſeum præſertim ſalſum ac putridum, ova dura & frixa, tum etiam carnes, piſceſque fumo induratos ac ſalitos obſtructiones renum parere, & copioſam calculo materiam præbere, perhibent. Quibus adde cibos vulgò dictos tartareos, & lacticinia in primis impura, unde in Pueris calculos generari ex Hippocrate lib. 4. de morbis 28. p. m. 153. (qui hîc, & ſequentibus paucis ſatis accuratè calculi generationem deſcribit) & lib. de aere, aquis, & locis 24. p. 341. probant. Valde calida & nimis ſpirituoſa acria calculo laborantibus exhibere, omnino inconſultum judicamus: lapidem enim magis indurare, & renes valde non tantum calefacere, ſed & ureteres quaſi inflammare, (ut ſæpius obſervatum in calculo laborantibus, & inde mortuis, calidis acribus ſpirituoſis nimium uſurpatis) ac poſt inflammationem ureteres valde contrahi, ac tranſitum calculorum etſi minimorum aliquando denegari, quod etiam Anatomici ac Lithotomi obſervarunt; imo omnia aquea, & vias lubricantia ac dilatantia expellere, atque ita majores dolores &c. excitare, Lippis ac Tonſoribus notum eſt. Nocere & valida ac vehementia præſertim ſimul acria diuretica, etſi neutiquam ſpirituoſa, in renum affectibus, in primis ubi ulcus adeſt, (nam per locum affectum humorem ſcilicet peccantem neutiquam ducendum, dixit Hippocrates; hac enim ratione magis materia peccans ad locum affectum deferretur, & ſic facilè omnimoda urinæ ſuppreſſio, dolores atrociſſimi, vigiliæ &c. excitarentur) ex dictis ſatis patet.

Quæ & qualia renibus noxia.

Diuretica acria ſpirituoſa calculo laborantibus noxia.

Quia non omnibus humoribus in corpore etſi peccantibus, neque morbis, neque Hominibus quibuſvis διουρητικά conveniunt, paucis, pro ut rei gravitas concedit, demonſtrabimus, quinam humores, morbi, Homineſque diuretica repudient, quinam vero eadem deſiderent.

Hu-

Diuretica conveniunt

Humores ergo, quibus ΔΙΟΥΡΗΤΙΚᾺ conveniunt, ſunt.

In humoribus aqueis & ſeroſis.

1. Aquei ac ſeroſi. Quia enim iſti humores ſuâ ſponte ad renes quaſi detruduntur, ideo affectus inde producti diureticis optimè ac facillimè curantur. Ideo Heurnius libr. 3. method. ad Praxin cap. 13. cum, inquit, corpus ex ſuccis aquoſis languet, diuretica remedia mirum in modum extrudent malum, ſeroſi ſalſi in primis ſi exiſtant: faciliùs enim ſerum ſalſum evacuatur, quàm ad temperiem deducitur, urina enim naturaliter ſubſalſa obſervatur.

Lymphaticis.

2. Lymphatici humores: quare διουρητικὰ in febribus lymphaticis apprime conveniunt, & tutiùs citiùſque ut plurimum hiſce febribus laborantes diureticis, apophlegmatizantibus, ut & ſudoriferis curantur, quàm ullis aliis medicamentis. Hac enim methodo febrium cauſa per loca convenientiſſima tutò ac jucundè abſque magna virium jactura exturbatur: cujus ſed demonſtrandi gratiâ ecce tibi hunc caſum.

Mulier ex itinere calefacta.

Mulier quædam triceſimum agens annum, ex æſtivo itinere incaluit: quare induſio mutato, primò circa nonam veſpertinam levem capitis, mox & omnium artuum dolorem gravativum ſenſit; it ergo cubitum. Subſequitur illico univerſalis horror cum levi tuſſicula, nox inſomnis traducitur. Mane vocatus, ut febricitantem inveni, & de ingenti corporis laſſitudine, appetitu proſtrato, capitis artuumque dolore gravante conquerentem, primò ſequentem mixturam diureticam ac diaphoreticam dedi, de qua ſingulis horis cochleare unum alterumve pro ſymptomatum exacerbatione, vel graviori afflictione aſſumpſit.

Induſio mutato.

In febrem variis ſymptomatibus affligentem incidit.

Quare mixturam diuretico-diaphoreticam

℞. *Aq. Petroſel. Car. bened. Menth. ana* ℥iß. *Spir. nitri dulc. aromat. in ſuperioribus præſcript.* ʒß. *Tinctur. diuretic. ſæpius jam citat. Eſſent. diaphoret. p. 321. & 322. tradit. ana* ʒß. *Laud. opiat. gr. ij. Syrup. papav. errat. Stæchad. ana* ʒß. MS.

Mane cum rediiſſem, omnia ſymptomata parumper diminuta obſervavi: quare in ejuſdem mixturæ uſu per triduum pergendum judicavi. Tertio itaque die, à quo accerſitus fueram, copioſus ſudor, ac ſub veſperam larga diureſis fuit producta. Hinc nocte proximâ placidè dormivit, febris expers, & poſt ſequentem hauſtum hydragogum aſſumptum, cujus beneficio ſexies alvum depoſuit, curata fuit.

Et hauſtum purgante m

℞. *Electuar. hydragog. D. Sylvii* ʒiij. *Tartar. vitriolat. gr. xv.*

Spi-

Spirit. ſalis armoniac. gutt. viij. *Aq. petroſelin. q. ſ.* MS. F. Hauſtus.

aſſumpſit & curata fuit.

Pituitoſis.

3. Pituitoſi: diureticorum enim beneficio non tantum inciduntur, corriguntur que, ſed & inciſi, ac præparati facilè per diureſin expelluntur. Διουρητικὰ autem in primis hîc præſcribenda aromatica, volatilia, ac ſpirituoſa, ſicque pituitam citò tutòque incidentia.

Acidis.

4. Acidi. Pleraque enim diuretica acidos humores non tantum ac ſimpliciter per urinas expellunt, verum & ſimul eoſdem vel obtundunt & leniunt, qualia pinguia & oleoſa diuretica; vel temperant, qualia ſpirituoſa volatilia; vel ipſos diluunt, qualia impropriè dicta diuretica antea jam nominata; vel illos infringunt &c. & ſic temperatos ac correctos tutò ac jucundè per diureſin exturbant.

Blanda ſpirituoſa volatilia quid tum efficiant.

Nota: ubi humores adſunt pituitoſi & acidi, fortiora διουρητικὰ in principio adhibita humores valde commovent ſine ullo tamen fructu notabili. Mediocria vero, ſolutis primùm per aromatica ſpirituoſa volatilia blanda humoribus pituitoſis, eoſdem per urinæ vias ſatis commodè dimittunt, acidoſque per eadem διουρητικὰ, quæ tum quoque aromatica eſſe oportet, tam in totum quam ex parte tantum temperatos, à ſanguine ſecernunt, & ad veſicam amandant.

Diuretica vetant.

Humores διουρητικὰ præſertim vehementia vetantes, ſunt.

Humores auſteri.

1. Auſteri, melancholici, ut videre eſt apud Heurnium lib. 3. method. ad Praxin cap. 13. qui ibidem ab his uſum diureticorum arcendum eſſe monet, quibus ab auſteris & melancholicis humoribus cor premitur: vehementiora enim diuretica nonniſi aqueum ac ſeroſum quodammodo adhuc auſterum diluendi ac temperandi vi præditum per diureſin ſubitò expellunt, undè facilè iſchuria, vel dyſuria, vel ſtranguria, plurave alia gravia ſymptomata generantur. Satius ergo eſt auſteros humores per alterantia medicamenta, ſalia nempe volatilia, oleoſa ſpirituoſa &c. primùm corrigere, & ſic temperatos ac correctos per diuretica, aſt itidem ſimul aromatica blanda volatilia ſpirituoſa, è corpore per urinæ vias exturbare.

Valdè viſcidi ac tenaces.

2. Valde viſcidi ac tenaces. Facilè enim quædam obſtructiones ex vehementioribus diureticis in hiſce peccantibus humoribus exhibitis hinc inde exoriuntur, item nonniſi difficulter & ſummâ vi pauci tantum tum educi poſſunt: quare nonniſi inciſi ac attenuati per diureſin expelli debent.

3. Bi-

Bilioſi. 3. Bilioſi. Diuretica enim qua diuretica nullo modo hic convenire poſſunt, quia pleraque διυρητικὰ ſunt calida, acria, &c. præterquam quod acrioribus ſuis particulis bilis dominium augeant, nec tantam bilis copiam exturbent, quantam quidem planè enervando eſſet apta ea cæterorum humorum copia, quæ cum bile per diuretica excernitur. Frigida vero diuretica vix quicquam, præter humorem ſeroſum omnis fere coloris & ſaporis expertem, educunt.

Pus & ſanguis per urethram excretus. 4. Pus & ſanguis per urethram excretus. Indicant enim ſanguis ille ac pus renum aut veſicæ exulcerationem, teſte Hippocrate ſect. 4. aphor. 75. & 81. ſi, inquit, quis ſanguinem aut pus mejat, renum aut veſicæ exulcerationem ſignificat: quod confirmatum videſis apud Cornelium Celſum lib. II. cap. 7. p. m. 60. In renum autem veſicæque exulceratione vehementiora diuretica neutiquam convenire Lippis ac Tonſoribus ſatis notum eſt. Quid enim aliàs, quàm majorem exulcerationem, partium circumjacentium inflammationem, vomitum, nauſeam, doloreſve graviſſimos, vel talia gravia ſymptomata excitarent? Dicta ſtudioſe Lector videſis confirmata in ſequenti ægro.

Vir ſedentariam agens vitam. Vir quiſpiam quadraginta annos natus, vitam ſedentariam agens, primò dolorem nephriticum nonniſi novilunio affligentem paſſus eſt. Quare ſæpius circa novilunium vinum Rhenanum magnâ menſurâ ſubinde cum levamine hauſit; hujus enim beneficio arenulas nonnullas cum doloris diminutione excrevit. Tandem tamen dolor à vino Rhenano circa novilunium hauſto in dies accrevit. Varia ergo jam hujus jam illius conſilio, aſt fruſtra, uſurpavit. Diu multumque hiſce nephriticis doloribus, nauſeâ, & ſubinde bilioſorum ac pituitoſorum vomitu afflictus, continuò fere ſpiritum ſalis cum vino Rhenano aſſumpſit, unde dolores nephritici variis cum lancinationibus in dies adaucti, urina quoque cruenta excreta; poſtea etiam de alvo adſtricta, appetitu proſtrato, ac ſubinde urinæ ſtillicidio conqueſtus eſt. Vocatus igitur primò ſequentem clyſterem præſcripſi.

In dolorem nephriticũ incidit. — *Quare vinũ rhenanum &c. fruſtra uſurpavit.* — *Tandem urinam cruentam &c. excrevit.* — *Quare enema emolliens &c.*

♃. *Rad. alth. Malv. ana* ℥ß. *Fol. malv. Alth. Flor. chamom. ana* M. ß. *Sem. lini Fœnicul. ana* ʒiij. Coq. in ſ. q. lact. dulc. in colatur. ℥viij. diſſolv. *Ol. lilior. alb. Elect. diacathol. ana* ℥j. *Sacchar. rubr.* ℥ß. MS. F. Clyſter pro Viro.

Ab injecto enemate bis alvum depoſuit, & ſabuli magnam copiam excrevit. Exinde ſequens decoctum per menſem circiter uſurpavit.

Et decoctũ ſimul anodynum fuit præſcriptũ. ♃. *Hord. mundat. ad crepatur. coct. Cicer. rubr. ana* ℥ij. *Rad. althææ Liquirit. ana* ℥j. *Sem. melon. Papav. alb. ana* ʒij. *Bacc. junip.* ℥ß. *Ficuum ping. no.* xij. *Fruct. alkekeng. no.* v. Conciſa atque contuſa

ſuſa coq. in ſ. q. ſeri lactis dulcis, in colaturæ pint. iij. diſſolv. *Syr. papav. errat. Quinque radic. ana* ℥iiſs. MS. F. Apozema.

De hoc apozemate quater de die ſingulis vicibus duas treſve uncias aſſumpſit; unde lancinantes dolores nephritici valde fuere diminuti, & urina ſabulo ſæpius referta ſubinde excreta. Singulis noviluniis caſſiæ pulpâ & mannâ in jure carnis Vitulinæ diſſolutis cum ſucceſſu, ac doloris & urinæ ſtillicidii levamine fuit uſus: ſicque à gravibus illis ſymptomatibus pro tempore quaſi liberatus, ab omnibus medicamentis lenientibus &c. abſtinuit, & nonniſi vinum Rhenanum cum ſucco citri recens expreſſo uſurpavit; unde nova dolorum iterum exacerbatio, ac nauſea vomituſque denuo. Quare vinum Rhenanum cum inſtillato ſalis ſpiritu ter quaterve quotidie aſſumpſit, unde ſæpius urinam cruentam exiguo tamen cum levamine reddidit. Spiritu ſalis & ſucco citri majori copiâ quàm quidem antea uſus, dolores nephriticos ſolito majores, vomituſque frequentiores, brevique urinam purulentam ſanguinolentamque ſenſit. Quare memoratis medicamentis, enemate nempe ac decocto ſæpius, aſt fruſtra, aſſumptis, tandem Agyrtæ cujuſdam conſilio ſequens uſurpavit apozema.

Ut & caſſiæ pulpâ cum manna.

Summo cū levamine uſus eſt.

Verum hiſce relictis aliiſque & quidem acidis.

℞. *Rad. eryng. Apii Petroſel. Saxifrag. alb. ana* ℥j. *Fol. lauri Naſturt. ana* M. jſs. *Sem. raphan. Sinap. ana* ʒſs. *Baccar. junip.* ℥i. *Ocul. Cancr.* ʒvi. Conciſa atque contuſa coquantur in ℔iij. vini Rhenani per horas duas, tumque colaturæ add. *Ol. baccar. junip. gutt.* xii. *Terebinth.* ℈i. *Spir. ſalis* ʒſs. MS. pro Apozemate.

Necnon decocto acri diuretico uſurpatis.

Hujus decocti vi ac maleficio, poſtquam aliquādiu illud uſurpaſſet, incidit in intolerabiles lumborum & ventris dolores, vomituſque, & nauſea, & vigiliæ, &c. brevi inde fuere productæ, ac pus magnâ copiâ cum dolore ingenti excretum. Iterum vocatus, primum decoctum denuo præſcripſi, aſt ſingulis doſibus balſami ſulphuris aniſati guttulas aliquot inſtillandas, ac ſubinde ſolum oleum amygdalarum dulcium recens expreſſum ad unciam unam adhibendum; quorum ac ſimilium medicamentorum beneficio nec pus nec ſanguinem amplius excrevit, dolores vero circa lumbos, & nonnunquam circa os pubis ſemper fere obſervavit, & adhuc obſervat.

In intolerabiles dolores &c. denuo incidit, & pus per urinam reddidit.

Quare prædicto medicamento denuo fuit uſus.

Morbi in quibus diuretica conveniunt, ſunt.

Morbi, & ſub his comprehenſa ſymptomata, in quibus ΔΙΟΥΡΗΤΙΚΑ conveniunt, & cum ſucceſſu præſcribuntur, ſunt.

Hydrocephalus.

1. Hydrocephalus. Proxima enim hujus affectus cauſa eſt ſerum ob apertionem vaſorum lymphaticorum in capite contentorum extravaſatum, ſive ea apertio à prima conformatione vitioſa ſit facta, ſive poſt partum à quavis violenta cauſa externa, per contuſionem nempe, vel ſciſſuram, vel rupturam, &c. vel interna ex obſtructione illorum lymphaticorum vaſorum producta fuerit. Varia in capite vaſa lymphatica ſatis copioſa eſſe, jam plurimi Anatomici demonſtrarunt; eadem quoque obſtrui, & à tumoribus aliave comprimente cauſa comprimi poſſe, compreſſa obſtructaque rumpi, omnibus ſatis conſtat. Sæpius jam diſſectum hydrocephalum ambitu ſuo ulnam cum quadrante excedentem (ex cujus ventriculis cerebri anterioribus per canaliculum immiſſum aquam limpidiſſimam ſubſalſam eduxit celeberrimus ac dexterrimus ille Anatomicus D. Johannes Vanhorne Academiæ Lugduno-Batavæ Profeſſor Anatomiæ & Chirurgiæ quondam digniſſimus Præceptor optimus P. M. ad ℥cex.) alterum paulò minorem; imò quoque tertium duas ambitu fere ulnas excedentem Sylvæ Ducis alioſque vidimus. Ex dictis ſatis ſuperque patet, διουρητικὰ in hydrocephalo convenire: ſerum enim maximè ac tutiſſimè educunt, ſuntque plerumque incidentia, aperientia, &c. ſicque obſtructa forſan à pituita viſcida, &c. vaſa lymphatica laxant & aperiunt; hacque ratione ac per ἀποφλεγματίζοντα, &c. hic affectus, ſi curabilis exiſtat, tutò curabitur, ac nova ejus productio prævenietur.

Hydrocephalus ambitu ulnam cum quadrante.

Alter duas fere ulnas excedens.

Κεφαλαλγία.

2. Κεφαλαλγία, ſi nempe ex melancholia producatur: maximè enim tum diureticorum uſum conferre dixit Galenus lib. 1. de arte curativa ad Glauconem.

Fluxus vulgò hepaticus dictus.

3. Fluxus vulgò hepaticus nominatus. Liquor hoc in fluxu, qui exit, inſtar carnium loturæ eſt, qui ſine mordicatione, non tamen abſque dolore gravante, &c. plerumque excernitur. A ſero copioſo ſanguini admixto vaſaque relaxante excitatur. Non mirum ergo, quod diuretica ſicciora moderatè adſtringentibus roborantibuſque mixta conveniant, ut hac ratione copioſum ſerum hunc fluxum producens minuatur, ortuſque (nimio nempe aqueorum potu interdicto) novus præcaveatur, necnon partes jam affectæ ac debilitatæ corroborentur, &c.

4. Hy-

4. Hydropis ſpecies anaſarca dicta, ut & aſcites: teſtatur enim Joubertus lib. de cephal. cap. 9. maximè διουρητικὰ in ea convenire, & ex hiſce hydropicos levari. Quod conteſtatum inveniet ſtudioſus Lector apud Aetium, in primis in forma ſicca, ut ſuperius monitum, ſi exibeantur. Ratio fere eadem, quæ hydrocephali eſt: ſerum enim ſi abundè per diuretica expellatur, neceſſariò levantur inde ægri. Qua de cauſa en tibi ſequentem hiſtoriam.

Hydrops aſcites & anaſarca.

Vidua quædam quadraginta jam annos nata poſt varios fructus horarios circa autumnum incidit in quartanam intermittentem ſimplicem, ac circa ſolſtitium brumale in duplicem cum crurum gravitate, omniumque artuum dolore gravativo, præcordiorum anxietate, vigiliis, ſitique magnâ. Avidè ſerum lactis ebutyrati calefactum ad pellendam ſitim paroxyſmo adventante uſurpavit; unde primò pedum, mox & crurum tumor ſubſecutus eſt. Vocatus, omnia fere liquida interdixi, ac ſitim tollendi gratiâ, adventante nempe paroxyſmo (maximâ enim tum affligebatur ſiti) ſcrupulum lapidis prunellæ cum ſitis levamine exhibui, tumque de hac mixtura ſingulis horis duo cochlearia, & quater tribus ante paroxyſmi febrilis invaſionem horis ſequentem pulverem aſſumpſit.

Vidua poſt varios fructus horarios &c. aſſumptos.

Primò in quartanam ſimplicem dein duplicem cum pedum crurumque tumore &c. incidit.

Interdictis pleriſque liquidis.

Mixturâ diaphoreticâ antiſcorbuticâ.

℞. *Aq. card. bened. Cochlear. ana* ʒiij. *Theriacal. ſimpl. Spir. antiſcorbutic. p.* 270. & 271. *deſcript. ana* ʒß. *Contra anxietat. in ſuperioribus tradit.* ʒij. *Salis armoniac. aromat. ſæpius præſcript. gutt.* xxx. *Laud. opiat. gr.* ij. *Antim. diaphor.* ʒß. *Syrup. papav. errat. Ex ſucco card. bened. expreſſ. parat. ana* ʒv. MS.

℞. *Sal. armon. Lap. prunell. Ocul. Cancr. Antim. diaphor. ana gr.* xv. *Ol. cort. aurantior. ſtill. gutt.* ij. MS. F. Pulvis.

Et pulvere ſudorifero.

Poſt tertiam mixturæ, & quartam, ut dictum, pulveris iterationem (unde copioſus ſemper ſecutus fuit ſudor) circa ſolſtitium brumale quæ acceſſerat quartana evanuit, ac prior valde fuit diminuta. Quare quoque nonniſi unâ poſtea uſa fuit mixturâ, ac ſe jam curatam eſſe putavit. Evenit vero poſt menſem circiter ut frigidiori aeri ſeſe exponeret, unde ingens primò lumborum, mox & totius corporis frigus cum graviori ac intolerabili ſiti exortum. Iterum ergo loco calefacti lactis ebutyrati ſeri frigidum lac ebutyratum affatim hauſit, ac intra duas hebdomadas talem crurum tumorem contraxit, ut nec pedibus incedere, nec per cubiculum meare poſſet. Quare iterum vocatus, interdictis denuo omnibus liquidis, lapidem prunellæ in dicta doſi cum levamine exhibui, & poſt mixturæ dictæ ſecundum hauſtum ſequentem pulverem purgantem dedi.

Poſterior quartana evanuit.

Sed aeri frigidiori ſe exponens.

Et lac ebutyratum frigidum hauriens.

In maximũ crurum &c tumorem denuo incidit.

℞. *Reſin. jalapp. Diagrid. ana gr.* vij. *Tartar. vitriolat. Sal. armon. ana* ℈ß. *Ol. cort. aurantior. ſtill. gutt.* ij. MS. F. Pulvis.

Quare pulverem purgantem cũ levamine uſurpavit.

Verum in diæta iterum peccãs

Hoc pulvere ſepties alvum depoſuit, ac multa aquea excrevit, remanente tamen crurum tumore. Flocci pendens monita, ſerum lactis ebutyrati cum acetoſæ foliis coctum in dies iterum uſurpavit: unde intra menſem tantus totius corporis tumor, ventris cum gravitate diſtentio, reſpirandique difficultas ſuborta eſt, ut neutiquam decumbere, verum ſemper fere erecta ſedere coacta fuerit. Accerſitus viſitare nolui. Conſanguineorum tamen precibus motus acceſſi: tum vero omnia liquida, & quicquid morbo contrarium judicarem, ſe repudiaturam, pollicita eſt. Quare cibos euchymos & eupeptos ſicciores aſſumendos, & poſt paſtum nonniſi vinum medicatum ſequens uſurpare juſſi, & hoc decoctum dedi.

In anaſarcam incidit

Verum decocto aperiente diuretico ac diaphoretico, &c.

℞. *Rad. ireos noſtrat.* ℥vj. *Petroſel. Angelic. ana* ℥ß. *Fol. laur. Soldanell. Agrimon. Rut. ana* M. j. *Cortic. median. ſambuc. Summit. centaur. min. ana* M. iß. *Bacc. junip.* ℥ß. *Sem. fœnic. dulc. Urtic. Roman. ana* ʒij. *Cinnam. acuti* ℥ß. *Raſur. lign. guajac.* ℥v. Affundantur raſuræ guajaci *Spiritus baccar. juniperi* ℥iv. *Aq. petroſel.* ℥xv. Mixta, ac in digeſtione per viginti quatuor horas jam poſita, per tres vaſis optimè clauſis horas coquantur; tumque dicta ſimplicia inciſa atque contuſa addantur, affundanturque *Vini Rhenan. pint.* iv. Vaſiſque iterum clauſis, coquantur per duas treſve horas: colaturæ add. *Spir. diaphor. p.* 318. *tradit. Aq. diuretic. pag.* 433. & 434. *deſcript. ana* ʒiß. *Spir. ſal. armon. aromatic. jam jam citat.* ʒi. *Syrup. quinque radic.* ℥iij. MS. pro Apozemate.

Necnon vino medicato.

℞. *Rad. angelic. Enul. campan. ana* ʒiij. *Armorac.* ℥ß. *Fol. menth. criſp. Lauri Rutæ ana* M. j. *Sem. fœnic. dulc. Naſturt. ana* ʒiij. *Bacc. junip.* ℥vj. *Flaved. cortic. aurantior. Macis ana* ʒij. *Cinnam. acut.* ℥ß. Conciſis atque craſsè contuſis affund. *Vin. Rhenan. Gallic. ana pint.* iß. Stent in loco calido vaſis optimè clauſis per triduum quatriduumve.

Tinctura jalappæ &c.

Curata fuit

De ſuperiori decocto mane & veſperi uncias duas, ac de vino medicato totidem poſt paſtum aſſumpſit, ac ſubinde tincturam jalappæ, vel pulverem purgantem dictum uſurpavit, ac horum medicamentorum beneficio urinas admodum copioſas excrevit, ſubinde quoque ſudavit; tandemque nempe poſt aliquot ſeptimanas à gravi hac anaſarca fuit curata.

5. Hydrops uteri, tubarum Fallopianarum, & ovarii (c), quæ hydro-

(c) Mulierum ovaria Hydrope ſæpius corripi, poſſemus equidem plurium illuſtrium Virorum obſervationibus confirmare: ſed ad rem ſatius erit, ſi ejus Hydropis cauſas & originem perſcrutemur. Ex iis, quæ de ovarii ſtructura Viri de Anatome optimè meriti, Marcellus Malpighius, Regnerus de Graaf, & Carolus Drelincurtius, literis conſignarunt, liquet ſatis, elegantes vaſorum omnis generis plexus ad ovaria pertinere, qui tum illa undique inveſtiunt,

hydropis ſpecies difficulter cognoſcuntur, aut ſaltem ab aliis diſtinguuntur, & non minus difficulter curantur; & ſi curabiles ſint, diureticis in primis perfici, omnes penè teſtantur Practici: quos inter Alexander Maſſaria, Rodericus à Caſtro de morbis Mulierum, Daniel Sennertus &c. valde diuretica laudant, qui ex Avicenna, Rhaſi, Aetio, Hippocrate, Galeno, aliiſque harum hydropis ſpecierum definitionem, cauſas, ſigna, prognoſin, ac curationem, variaſque hiſtorias & obſervationes referunt. Non incongruum etiam duximus, hiſtoriam non tantum hujus hydropis ſpeciei, ſed & ſimul de calculis in veſica bilaria ejuſdem ægræ repertis aliquid commemorare, ac figuris demonſtrare; idque in primis quia in ſuperioribus, paginâ nempe 153. §. 1. mentionem fecimus de calculis in folliculo fellis, ac polliciti fuimus hiſtoriam notatu dignam, figuramque eorum benevolo Lectori tradere.

Hydrops uteri, tubarum Fallopianarum, & ovarii.

Primæ illius ſpeciei ut & calculorum in veſica bilaria hiſtoria.

Memini ante triginta circiter annos clariſſimum doctiſſimum ac optimè de Medicina meritum Virum Dominum Franciſcum de le Boe Sylvium P. M. quondam in alma hac Academia Lugduno-Batava Profeſſorem longe digniſſimum, Præceptorem noſtrum in theatro noſocomico tubas Fallopianas demonſtraturum, in teſticulis cujuſdam Fœminæ bullulas, tubercula, vel extuberantias quaſdam aqueas inveniſſe, quas tum hydatides nominabat (tales etiam vel ſimiles obſervaſſe ac vidiſſe in teſticulis fœmineis teſtantur Johannes Bauhinus, Schenkius in obſervationibus, Alexander Maſſaria, Daniel Sennertus &c.) inque his lympham limpidiſſimam leviter ſalſam vel ſubſalſam obſervaſſe, quamplurimi tunc temporis Medicinæ Tirones nobiſcum guſtarunt: quas tamen hydatides poſtea Anatomici ova * eſſe demonſtrare conati fuere. Verum

In teſticulis fœmineis bullulæ aqueæ à nonnullis repertæ olim hydatides dictæ lymphâ ſubſalſâ repletæ.

Jam ova ab Anatomicis nominantur.

fiunt, cum ſingulis ovulis contentis vaſcula ſuppeditant, per quorum vias ſuccus eorum nutritioni & maturationi idoneus defertur, materiaque inutilis ac redundans per venas ac lymphatica vaſa reducitur. Quemadmodum vero iis obſtructis, compreſſis, vel aliter læſis, quum ſuccus nutritius fluere non poſſit, ovula inareſcunt, & ſterilitas ſequitur; ita venulis & lymphæ ductibus interclusis humor ſeroſus in ovariis exundat, atque via eorum hydropi ſternitur. Serum autem iſtud modo è ſuis vaſis in ovulorum cavitates effunditur, eaque in magnam molem extendit, modo vero in disjunctis veluti ſacculis concluſum cadaverum Profectoribus Hydatidum formam exhibet. Nec dubium eſt, quin hujuſmodi Hydatides in ovariis frequentiùs nobis occurrerent, ſi illa in Mulieribus uteri affectibus præſertim enectis curioſiùs perluſtraremus. Illas etenim comperit, Fallopianas tubas demonſtraturus, doctiſſimus Sylvius, viderunt & alii, quæ quantum ab ovis diſtent, & quomodo à ſe invicem ſecerni poſſint, præclaris edocuit documentis Graaffius modo laudatus in ſuo de Mulierum organis generationi inſervientibus tractatu. Hinc Auctoris noſtri error manifeſtus eſt, quod crediderit, Hydatides à Sylvio in ovariis compertas à Recenſioribus pro ovis * habitas fuiſſe, quum ſæpiſſime in eodem ovario Hydatides ovis ſeſe immiſceant. Vix autem eſt, per quod ſperemus, aliis ſignis Hydropem in ovario latentem poſſe dignoſci, quàm per ipſius intumeſcẽtiam adeo enormem, ut iſtius indicia tum partis pondere, cum ſuperſtrati abdominis tumore nobis innoteſcant. Sed modo illa certò Medico conſtaret, difficilius adhuc eſſet medicamentis ex iis ovarij labyrinthis, & ſubtiliſſimis ovulorum vaſculis humorem maximè inertem excutere, & in venas impellere.

lym-

rum illa jam prætereo, quia propriè non ſunt hujus fori, obſervationem enim hic trado, non Anatomicorum diſputationes tracto.

Mulier ex triſti nuntio in animi deliquium & ſuppreſſa menſtrua incidit.

Mulier ergo quadraginta octo annos nata, novem liberorum mater, valde melancholica, menſtruis ante biennium benè adhuc fluentibus, ex triſti & inexſpectato nuntio ita mente fuit turbata, ut mox animi deliquium per horam circiter fuerit paſſa, menſtruis ſimul oppreſſis, vena mox ipſi etſi ſecta, & ſequenti die iterata fuerit, & varia poſtea remedia ob menſtrua ſuppreſſa adhibita: nihil tamen profectum. Tandem peſſarium in vaginam uteri intrudendum, neſcio cujus conſilio, ex radice hellebori albi, myrrha, caſtoreo, & ſucco rutæ paratum (in menſtruis ſuppreſſis non contemnendum revera remedium) adhibuit; unde magnam primò irritationem, poſtea dolorem, ac tandem condylomata quædam in vulva ſenſit. Quare Obſtetricem accerſivit, quæ dicta Medico ac Chirurgo indicavit, & brevi medicamentis internis externiſque acrimoniam demulcentibus leviterque adſtringentibus ſiphone injectis ab iiſdem fuit liberata. Verum hiſce etſi jam curata, ſæpius conqueſta fuit de dolore quodam oppreſſivo ac gravativo in hypochondrio, & expanſione quadam ſupra os pubis, & dolore in dies ingraveſcente, plurimas noctes inquietas inſomneſque traduxit, ac infimum ventrem intumeſcere, & duritiem quandam in dicto hypochondrio obſervans, de alvo adſtrictiori, ſiti, reſpirationeque difficiliori conquerebatur; imo ſingulis fere menſibus ictero laborabat. Verum aſſumpto ea de cauſa decocto radicum lapathi acuti, graminis, & ſeminis cannabis cum tinctura tartari brevi fuit ab ictero liberata. Sed & facilè recidivam paſſa eſt; imo quoties ictero laboraſſet, toties abdomen magis intumeſcere non tantum videbatur, ſed ipſamet obſervabat: donec tandem febri quotidiana continua aliquandiu correpta intra tres ſeptimanas tota hydropica, ac icterica facta fuit; omnibus tum medicamentis jam repudiatis, per biennium adhuc miſerè vixit, tandemque fatis ceſſit.

Peſſario ex radice hellebori albi &c. fuit uſa

Unde condylomata &c. in vulva exorta, ac poſtea curata.

Remanente dolore gravativo & expanſione &c. ſupra os pubis.

Sæpius ictero quoque laboravit.

Tandem ex febri quotidiana continua hydropica ac icterica facta, diem obiit.

Hujus defunctæ conſenſu Conſanguineorum cadavere aperto, nil niſi hepar parum induratum, in primis quoad partem gibboſam, veſicam bilariam magnam centum & ſexaginta calculis triangularibus & quadrangularibus &c. (juxta nonnullorum Medicorum ſententiam diureſin ac diaphoreſin excitantibus; quod tamen ego nunquam ita obſervare potui, ſæpius etſi experimento facto) ſed diverſæ magnitudinis refertam; necnon tubam Fallopianam ſiniſtram valde extenſam, ita ut uterum, veſicam urinariam &c. videre nequirent adſtantes, ex qua, levi facta inciſione, lym-

In hujus defunctæ cadavere hepar induratum.

Veſicam bilariam calculis repletam.

Et tubam Fallopianã

lympha ſ. aqua ſubflava & ſalſa urnam excedens effluxit. Miratu dignum caſum nobis narravit, & delineationem ejus oſtendit dexterrimus ac perſpicaciſſimus D. Abrahamus Cyprianus Anatomiæ Franekeræ Profeſſor, amicus noſter integerrimus, hydropis nempe ovarii, ex quo ad quinque urnas ſerum poſt mortem extraxit. Nicolaus Tulpius obſerv. medicar. lib. 4. obſervat. 44. utrumque uteri cornu novem libras aquæ puriſque continuiſſe tradidit. — *aquâ ſubſalsâ repletam ac urnam excedente inveni.*

Promiſſis quia ſtare debeo, en totam calculorum in folliculo fellis repertorum, & hydropis tubæ Fallopianæ cum utero & veſica, non vero reliquorum inteſtinorum delineationem. — *Tubę Fallopianæ aquâ repletæ.*

A. A. A. Tuba Fallopiana ſiniſtra in tantam molem lymphâ extenſa. — *Et calculorum in veſica bilaria delineatio ac figura.*

B. B. Tuba Fallopiana dextra cum vaſis &c. naturalis.

C. Uterus.

D. Ejus vagina.

E. Veſica bilaria calculis variis oppleta.

F. F. F. Calculi extra veſicam bilariam triangulares, quadrangulares &c. — *TAB. VI. FIG. I.*

6. Febres continuæ lymphaticæ; ac intermittentes pleræque, præſertim parum jam declinantes: lympha enim per diuretica tutò educitur, & pituitoſi &c. humores in intermittentibus peccantes diureticorum beneficio ſimul & inciduntur, ſolvuntur, attenuantur, &c. ſicque ad urinæ vias propelluntur, ac expelluntur. Aſt nota, nonniſi univerſalibus præmiſſis, & febribus jam declinantibus διουρητικὰ propriè dicta eſſe præſcribenda: gravia alias enim ſymptomata, pertinaceſque aliquando obſtructiones inde productas fuiſſe, plurimi Practici teſtantur. — *Febres continuæ lymphaticę & intermittentes.*

7. Obſtructiones pancreatis, hepatis, lienis teſte Capivaccio lib. 3. Practic. cap. 25. Savanarola vero tractat. 6. Practic. major. cap. 15. contrarium ſtatuit, quia, inquit, materia peccans non per urinas, ſed per alvum leviori negotio ſecernitur. Aſt διουρητικὰ quia plerumque ſunt ſpirituoſa, volatilia, incidentia, aperientia, ac attenuantia optimè in obſtructionibus conveniunt: aperiunt namque obſtructiones, materiamque obſtruentem præparant ac incidunt; ſicque (univerſalibus tamen non neglectis, humores enim benè jam præparati ac inciſi neceſſariò per epicraſin ſunt expurgandi) tutò citòque pertinaces illæ obſtructiones curantur. — *Obſtructiones pancreatis, hepatis, ac lienis.*

8. Colica paſſio, dolor Colico-nephriticus, quem Galli *colique graveleuſe* nominant. A calculo renum diſtinguere aliquando difficillimum eſt: ita enim ſigna ſibi ſunt ſimilia, ut ipſe Galenus lib. 11. de locis affectis cap. 5. ſibi hoc contigiſſe fateatur. Vomunt — *Colica paſſio, dolor colico-nephriticus.*

enim

enim in colica paſſione, ut & in vera nephritide, bilioſa ac craſſa, ſi malè ſit conſtitutus ventriculus; ſi vero benè, nauſeam & inanes vomendi conatus patiuntur. Differentiam inter colicum dolorem ac nephriticum videſis pag. 276. 277. & 285. In colica paſſione διουρητικά; in primis ſi ſimul quodammodo ſpirituoſa volatilia aromatica, convenire ſatis conſtat, quia pituitam viſcidam incidunt, flatus diſſipant, ſicque inciſa attenuata pituita tenax ac viſcida, & cæteræ concomitantes hunc affectum producentes cauſæ per urinæ vias expelluntur; hacque ratione (cæteris tamen non neglectis) non tam facilè paralyſis, ut poſt colicos dolores ſubinde evenit, producitur (de qua paralyſi videſis §. ſequentem, necnon Georgium Horſtium problemat. medicor. dec. 11. quæſtion. 8. p. m. 71. 72. & ſeq.) aſt citiùs plerumque, diuretica nempe cæteris medicamentis anticolicis ſi admiſceantur, curantur. Quare ſequentes multarum loco hiſtorias hiſce inſerere libuit.

Quare & qualia diuretica conveniunt.

Mulier ex labore calens. *Frigori ſe expoſuit.* *Unde in dolorem colico-nephriticum incidit.*

Mulier quinquageſimum agens annum, poſt ſolito majores labores incaluit, ſeque aeri frigidiori expoſuit, unde ventris tormina quædam circa noctem habuit. Quare cochleare unum alterumve ſpiritus aniſi aſſumpſit, aſt pro levamine nauſea inde creata eſt; ac de ingenti ventris diſtendente, & lumborum gravativo dolore brevi conqueſta. Mane accerſito, & affectus hujus cauſam indaganti, dicta ſymptomata, ac ſubinde dolorem lumborum ſe obſervaſſe, urinamque inſtar aquæ limpidiſſimæ ſæpius & plerumque excreviſſe ægra retulit. Jam vero urinam turbatam crudam obſervavi, ſed abſque ullo ſedimento: quare primò hoc enema præſcripſi, & ſequentem mixturam dedi.

Quare enema flatus diſcutiens fuit injectũ

℞. *Decoct. emollient. & carminativ.* ℥vij. *Elect. diaphœnic.* ʒx. *Ol. chamom. Laurin. ana* ʒv. *Sal. gemm.* ʒß. MS. F. Clyſter pro Fœmina.

Et mixtura anticolico-nephritica præſcripta.

℞. *Aq. baccar. junip.* ℥iß. *Cortic. aurantior. Fœnicul. ana* ℥j. *Spirit. anticolic. in ſuperioribus tradit.* ʒß. *Nitr. dulc. aromat. ſæpius jam præſcript. Tinctur. diuretic. ana* ʒß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. bacc. junip. Cortic. aurantior. ſtill. ana gutt* iij. *Syrup. papav. errat.* ℥j. MS.

Cum ſucceſſu.

A clyſtere bis multis cum flatibus alvum depoſuit, & poſt uſurpatam hanc mixturam flatus magnâ copiâ emiſit, ac ſabulum multum cum urina reddidit: quare & clyſterem & mixturam iteravi, unde majori copiâ urinam ſabulumque excrevit, dolorque colicus ac nauſea evanuere, remanente tamen lumborum dolore quodam gravativo, & jam remiſſiùs, jam vero acriùs affligente. Tumque iterum urinam inſtar aquæ limpidæ cum paucis arenulis excrevit: quare decoctum pag. 434. deſcriptum dedi, quod per ſeptimanam tali cum ſucceſſu uſurpavit, ut varios parvos calculos,

Quibus iteratis. *Ac decocto diuretico aſſumpto.*

arc-

arenulas, viſcida tenacia, &c. quotidie magnâ copiâ cum urina & propemodum ſine dolore excerneret, ac diu libera à nephritico colicoque dolore eſſet.

Ab omni dolore &c. fuit liberata.

Vir quadraginta duo annorum, ſæpius dolore colico-nephritico cum nauſea, ſubinde & vomitu bilioſorum ac pituitoſorum viſcidorum ſed rariùs laborans, ſemper injecto vulgari enemate emolliente & carminante, ac ſequenti decocto ad uncias tres ter quotidie calidè uſurpato, brevi ab omni dolore &c. fuit liberatus.

Vir dolore colico-nephritico laborans.

Enemate.

℞. Radic. althæ recent. ℥iij. *Liquirit. exteriori cortice liberat.* ℥ß. *Hord. mund. ad crepat. coct. Cicer. rubr. ana* ℥j. *Sem. nymph. Violar. purpur. Fœnicul. dulc. ana* ʒiij. *Malv. Papav. alb. ana* ʒijß. *Baccar. junip.* ℥ß. *Ficuum ping. Fruct. alkekeng. Sebeſten ana no.* v. *Flaved. cortic. aurantior.* ʒij. Conciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. aq. pur. colatur. pint. ij. add. *Syrup. alth. Fernel. Quinque radic. ana* ℥jß. MS.

Et decocto curatus.

Interim nonnunquam ex vino uſus fuit tincturâ tartari cum vino præparatâ, & plurimum ambulavit, cavendo à piſcibus marinis, & omnibus ſale aut fumo induratis.

9. Paralyſis ex colica, vel poſt colicam bilioſam, ut plurimi Practici volunt: de hoc affectu videſis quæ dicta ſunt p. 276. Hanc paralyſin D. Sennertus, Crato, Horſtius, Piſo, Willis &c. ſatis accuratè & laborioſè cauſas ejus indagando deſcripſerunt. Omnibus in confeſſo eſt, nephriticos aliquando fieri arthriticos, verum rariùs ex colico dolore paralyſin exoriri: etſi nonnulli frequentem eſſe autumant, liberè confiteor in tota mea Praxi nonniſi ter eam vidiſſe, ac quoque bis tantum præfuiſſe. Diuretica verum non vulgaria nec acria, ſed volatilia incidentia ſpecificis cephalicis blandis mixta, ut & enemata & diaphoretica lenia quammaximè convenire, unanimiter omnes teſtantur Practici. Sed in primis notandum, alvum clyſtere in dies ducendam (ut loquitur C. Celſus) eſſe: ex hujus enim obſtructione malum iterum valde ingraveſcere Crato obſerv. lib. 2. rectè dixit. Non potui ſtudioſo Lectori denegare clyſma, mixturam, & tincturam, quas hoc in caſu, etſi non ſæpius, ſummo tamen cum effectu hac paralyſi laborantibus exhibui.

Paralyſis ex colica vel poſt colicam bilioſam.

Quænam illo in affectu conveniant.

℞. Decoct. emoll. & carmin. vulg. ℥viii. *Benedict. laxativ.* ℥ij. *Aq. vit. Matthiol. vel Spirit. ſemin. aniſ.* ʒij. *Terebinth. Sal. volat. oleoſ. ana* ʒß. *Gemm.* ʒj. MS. F. Clyſter.

In primis clyſma.

℞. Aq. lign. ſaſſafras Fœnicul. ana ℥jß. *Majoran. nobil. Roriſmarin. ana* ℥j. *Antiparalytic. Amſtelod. Tinctur. diuretic. ſæpius citat. Spirit. carmin. Sylvii ana* ʒiij. *Sal. volatil. oleoſ. gutt.* xxx. *Syrup. ſtœchad. Quinque radic. ana* ℥ß. MS.

Mixtura cephalico-diuretica.

Ut & tinctura radicis ninſi ſ. niſi &c.

℞. *Radic. Ninſi. ſ. Niſi* ʒii. *Pæon. Angelic. ana* ʒiii. *Folior. majoran. nobil.* M.ß. *Flor. roriſmar. Hyperic. Stæchad. Arabic. ana* p.ii. *Summit. lavendul.* p.i. *Baccar. junip. recent.* ʒvi. *Semin. aniſ. ſtellat. Chinenſ. ſ. Badian.* ʒii. *Caſtor. optim.* ʒß. Conciſis atque contuſis affund. *Spirit. vini rectificat. pint.* iii. Vaſis optimè &c. clauſis infund. ac diger. in arena tepida per octiduum, & tinctura uſui ſervetur.

Icterus.

10. Icterus: διουρητικὰ quia aperiunt ac incidunt, non mirum quod in ictero ab obſtructione plerumque producto conveniant.

Obſervationem unam atque alteram de ictero etſi in ſuperioribus dedi, & crambem biſcoctam apponere animus non eſt, non tamen potui præterire hanc unicam de ictero hiſtoriam, noſtro judicio rariorem, quam verbo tantum quaſi exhibebo.

Mulier ſuffocatione hypochondriacâ obnoxia.

Mulier quadraginta octo, ni fallor, annorum, minimâ cujuſcunque generis dulcedine ſuffocatione hypochondriacâ valde afficiebatur, ſæpius conquerens de compreſſione ac dolore in dextro, jam de gravativo & nonnunquam punctorio dolore in ſiniſtro hypochondrio. Quare variis fruſtra aſſumptis, paroxyſmo febrili levi cum frigore incipiente, ſed majori cum calore deſinente laborabat, totâ ſubſequente nocte de præcordiorum anxietate, dolore compreſſivo, ac ſiti conquerens: mane libera à febre icterus non tantum in oculis ſed per univerſum corpus apparuit. Varia ideo aſſumpſit medicamenta tali cum ſucceſſu, ut intra ſeptimanam icterus penè evanuerit. Verum iterum febre iiſdem ſymptomatibus concomitantibus correpta, ac mane libera à febre denuo ictero conſpurcata fuit: quo iterum fere curato, denuo ac eodem modo febricitabat, ac mane de novo icterica apparebat, & ſic quovis octavo, nono, vel decimo die febricitabat, & icterica fuit. Hippocrates lib. 1. Popular. ſect. 3. §. 24. & 25. p.m. 671. febrem illam nonanam longiorem nominavit, verum non lethalem: idem quoque evenit huic Fœminæ. Præter omnium enim fere exſpectationem, ac plurimorum prognoſin, tandem quoque (ultra ſemeſtre enim hoc modo laboravit) ſponte abſque ullis medicamentis (maximè enim ab illis, quod plurima antea aſſumpſerat, abhorrebat) evaſit. Verum notatu dignum, quod quoties ſequentem diuretico-febrifugum pulverem bis terve ante paroxyſmum febrilem aſſumpſerat, toties nec anxietatem præcordiorum tantam, nec ſitim, & icterum quoque multò leviorem obſervaverit, imo ſæpius per duodecim & tredecim dies à febre fuerit libera.

In icterum univerſale, febre deſinente mox incidit.

Idque ſingulo octavo, nono, vel decimo

Imo & ſubinde decimo tertio die.

Quibus poſt ſemeſtre curata fuit.

℞. *Antimon. diaphor. Ocul. Cancr. ana* ℈j. *Sal. abſinth. Scord. ana* ℈ß. *Geniſt. Sambuc. ana gran.* xv. MS. F. Pulvis divid. in 3. doſ.

Ci-

Citiùs quoque liberata erat ab ictero aſſumpto decocto lapathi acuti cum tinctura tartari & ſale geniſtæ.

11. Calculus, ſabulumque renum & veſicæ, teſte Daniele Sennerto lib. 3. Practic. part. 7. ſect. 1. cap. 6. nempe ſi jam moveatur lapis; motum enim tum adjuvant διουρητικὰ cum calida, tum frigida, tum temperata: quare etiam Heurnius in Prax. medic. lib. 2. cap. 12. in paroxyſmo diuretica auxiliari dixit, præſertim doloribus jam aliquantulum lenitis, viiſque jam lubricatis, laxatis, ac quaſi amplificatis, & inflammatione non impediente ea. Tum enim tempeſtivum eſſe urinam cientia exhibere, legimus apud Donatum Anton. ab Altomari part. 2. de medend. humani corporis malis cap. de renum calculo. Propriè tamen dicta diuretica, quia ſunt calida & ſicca, Horatius Augenius tom. 1. epiſt. 4. lib. 12. omnino improbat. In principio devitanda ſuadet Hartmannus in Praxi chymiatrica capite de renum calculo, quia, inquit, humores agitant, qui agitati ad renes decumbunt, & dolorem augent. Quare quoque dixit Samuel Schonbornius in manuali Medicinæ practicæ Galeno-Chymic. p. m. 169. lithonthryptica ante doloris mitigationem, ac corporis purgationem adhibita malum exaſperare, quia materia peccans magis ad locum affectum defertur. Concludit itaque Georgius Horſtius problemat. Medicorum dec. 8. quæſt. 5. p. m. 214. dicens, patet igitur talia (ſcilicet propriè dicta διουρητικά, & calculum vulgò dicta frangentia) non convenire, niſi calculo jam rupto, & in partes minimas redacto, (aſt quiſnam quæſo hæc poteſt?) quo tempore neceſſarium eſt, ut naturam adjuvemus, ut à viis & receptaculis urinariis per diuretica medicamenta peccans materia purgetur.

Calculus ſabulumque renum & veſicæ.

Calculos minoris magnitudinis ex renibus per ureteres ſponte, vel diureticorum vi, ac emollientium in dolore nephritico clyſterum adhibitorum, viaſque urinarias lubricantium ac aperientium &c. medicamentorum aſſumptorum energiâ, non tantum in veſicam depelli, ſed & ex veſica in penis urethra ob magnitudinem in Viris vel Puerulis ſæpius aliquandiu relinqui & retardari, quotidiana conteſtatur experientia. Quos calculos nonnulli diureticis expellere, vel cathetere aliisve inſtrumentis repellere, vel ſuctu extrahere, vel juxta methodum Medicorum Ægyptiorum per inflatum ſpiritum urethram dumtaxat dilatando, calculum elicere (hujus beneficio majores non tantum ex urethra, ſed & ex ipſa veſica ab Ægyptiis elici calculos, teſtatur Proſper Alpinus Medicinæ Ægyptiæ lib. 3. cap. 14.) ſæpius, verum aliquando & pluries ſummo cum dolore, & tamen fruſtra, conati fuere. Quos plerumque breviter & mox curavimus, factâ nempe in urethra (digitis alterius manus

Calculis in urethra contentis.

Levi inciſione in urethra factâ,

mox ab iiſdem liberati Pueri Viriique.

calculum leviter comprimendo) inciſione eo in loco, ubi calculus hæret, & ſponte quaſi tum elabitur calculus, dolorem antea intolerabilem, iſchuriam, & ſimilia ſymptomata excitans; vulnuſque ſecundum artem tractando brevi ſanatur. Obſervatione unâ atque alterâ, figuriſque dicta illuſtraſſem, ni ſatis clarè & diſtinctè noſtro judicio Lectoribus ſtudioſis hanc operationem tradidiſſem.

Dyſuria.

12. Dyſuria, referēte Donato Antonio ab Altomari par. 2. de medendis humani corporis malis, capite de dyſuria, in dyſuria, inquit, medicamentis iis utendum, quę urinam ciendi vim habent. Salius vero in annotat. in Altimar. cap. 97. non ita convenire dixit, quia, inquit, copioſam materiam ad locum affectum ducunt, qui cum ſit debilis, & malè poſſit excernere, magis ex hac materiæ copia affligetur: quod Heurnius quoque lib. 3. method. ad Praxin cap. 8. conteſtatur. Abſtinendum in dyſuria ab aperientibus & nimis detergentibus, Rondeletius method. curand. morb. cap. 51. ſuadet: quare quoque Dionyſius Fontanus lib. 3. de morborum internorum curatione cap. 35. docuit, medicamentis fortibus non tentandum eſſe, nec acribus, nec compoſitis, quoniam, inquit, majorem acrimoniam inducunt, ſed è contra lenibus & ſimplicibus.

Iſchuria.

13. Iſchuria: hujus affectus cauſas varias enumerant Auctores, ad quos benevolum Lectorem relegamus.

Veſicæ nimiâ repletione exorta.

Vidimus iſchuriam ex urina in veſica per quatriduum retentâ, & immodicè repletâ exortam, omnibus internis externiſque fruſtra adhibitis, tandem beneficio catheteris ad tres pintas unâ vice ex veſica urinaria, ac poſt duodecim horas iterum ad pintam unam, & ſequenti die ad ſemipintam urinam effluentem, ſicque curatam. Verum nullâ in veſica exiſtēte urinâ, nonnullos intra octiduum extinctos, nonnullos undecimo, decimo tertio, imo decimo quarto die curatos, & ex toto iterum convaluiſſe obſervavimus.

Beneficio catheteris urina ad tres pintas ex veſica extracta.

Juvenis iſchuriâ per 18. dies laborans hæmorrhagiâ narium &c. curatus.

Nicolaus Tulpius de Juvene mentionem facit, cui per integros octodecim dies urina ſtagnaverat, uberiori hæmorrhagiâ narium, vel frequenti in habitu corporis macularum eruptione curato, obſervat. medicar. lib. 11. cap. 43. p. m. 175. Verum eodem capite hiſtoriam narrat de Theologo quodam Britannico iſchuriâ lunaticâ laborante, cui urina ſupprimebatur quolibet ferme plenilunio, cum inſigni anguſtia, & evidenti corporis incendio, qui neque urinam excernebat, niſi declinante lunâ, vel venâ ſectâ in brachio: tum enim mox lotium reddebat, in cujus quoque cadavere pelvis renis ſiniſtri in tantam amplitudinem excreverat, ut commodè ſuppleret vicem veſicæ urinariæ.

Iſchuria lunatica venę ſectione, vel plenilunio curata.

Dicta exemplo uno atque altero adhuc illuſtrabo.

Vir

Vir iſchuriâ affectus.

Vir ſexagenarius alvo adſtrictâ ſæpius, & ſubinde ſimul iſchuriâ laborans, cæterum ſanus, aſſumpto elixire ſalutis Anglico p.133. deſcripto, ſe ipſum multoties curaverat. In idem malum denuo incidens, tincturam illam Anglicam non aſſumpſit: naturam enim nimis aſſueturam putans, & ſponte quidem ſe alvum depoſiturum, qui etiam tertio die alvum, ſed difficulter depoſuit, remanente urinæ non tantum difficultate, ſed & ejus tandem ſuppreſſione. Quare denuo elixir dictum, imo & ſpiritum oleumque baccarum juniperi, & quidem nimis copioſè ſexies, ſepties, octieſve de die per quatriduum, ſed fruſtra aſſumpſit. Acceſſito mihi quæ acciderant referebat; item nullum ſe intra quatriduum reddidiſſe lotium, nullamque tamen obſervare circa os pubis gravitatem, vel ullum incommodum, quod tamen ſemper ſenſerat iſchuriâ laborans, bono cum eſſet animo, neutiquam ſitibundus. Intellectis ſupradictis, mox catheterem introducendum neceſſariū duxi, ſed nihil omnino in veſica Chirurgus obſervabat. Quare enema præſcripſi, & poſt meridiem venam in brachio, ac ſequenti die in altero aperire juſſi. Sequentem quoque mixturam cochleatim aſſumpſit, corpore plus ſolito & vehementer moto.

Nullâ in veſica urina repertâ.

Venæ ſectione.

Clyſtere.

Mixturâ diureticâ.

℞. *Aq. petroſelin. Matricar. ana* ℥ij. *Gramin.* ℥ß. *Anti-nephrit. Amſtelod.* ℥ß. *Diuret. p.* 433. 434. *deſcript. Spirit. diuretic. ſæpius præſcript. ana* ʒiij. *Teſt. ovor. calcinat.* ʒi. *Sal. geniſt. Sambu. ana* ℈j. *Ol. bacc. junip. gutt.* vj. *Syrup. quinque radic. Alth. Fernel. ana* ℥ß. MS.

Variiſque aliis fruſtra uſurpatis.

Diæta erat liquida, diureticis nempe apio, petroſelino, urticâ &c condita; vinum Rhenanum tenue & ſimilia ſumebat. Varia quoque adhibita fuere purgantia, eaque acriora, alvumque inde ſemper dejicientia; varios & diverſos etiam pulveres, quos inter pag. 435. &c. deſcriptos, necnon aſellos pulveriſatos ex vino Rhenano, & neſcio quæ non aſſumpſit: verum non tantum fruſtraneo eventu, ſed ſeptimo poſt iſchuriam die nihil omnino obſervare, & brevi jam plenam curationem ſperare dixit. Aſt ſequenti nocte valde debilis ſingultu, variiſque inſomniis, ac ſubinde motu convulſivo in carpis afficiebatur. Mane valde ſoporoſum, ſubinde nervorum contractionem &c. obſervabam, atque ideo Amicis brevi diem obiturum indicabam. A meridie quoque ejus diei vitam cum morte commutavit: ſicque videmus, omnem etſi Medicus opem navaverit;

Diem obiit.

Non eſſe in Medico ſemper, relevetur ut æger.

Faber ferrarius iſchuriâ &c.

Faber ferrarius triginta ſex annos natus, iſchuriâ, dictiſque ſymptomatibus penè omnibus concomitantibus laborans, præterquam quod de dolore quodam maximè diſtendente in utriſque hypochondriis conquerebatur, ac intra octiduum nec alvum nec uri-

nam

nam reddiderat: erat jam proclivis ad ſomnum, ac ſingultu ſubinde afficiebatur. Vocatus, ſtatim quoque enema præſcripſi, & cathetere in veſicam manu Chirurgi intruſo exploravi, an urinâ deſtituta eſſet veſica, ſed vacuam inveni, ita ut guttula una ne quidem efflueret. Quare mox venam in brachio aperire juſſi, mixturamque modo præſcriptam dedi. Decimo morbi die inſignem gravitatem nonnihil doloroſam in infimo ventre obſervare ſe retulit: quare fomentum ex diureticis flatuſque diſcutientibus calidè regioni pubis adhibendum præſcripſi, ac poſtero, undecimo nempe morbi die, lotium reddere cœpit, verum parciſſimè; tumque ſtranguriâ quaſi laborare ſe dixit. Hinc ſpem curationis affulgere ægro ac amicis indicabam, ac jam in primis corpus eſſe movendum quantum poſſibile, & medicamenta accuratè uſurpanda monui. Adamuſſim quoque ipſe obtemperavit, ac veſperi ſummo cum levamine lotium copioſiſſimè per horæ quidem quadrantem continuò reddidit, quod etiam ſtatim mihi indicabant. Æger vero lætitiam ac levamen in reddenda urina verbis vix effari poterat: curatus poſtea mihi ſummas egit gratias.

Venæ ſectione. *Mixturâ diureticâ.* *Fomento pubis regioni impoſito.* *Undecimo morbi die urinâ affatim redditâ, curatus.*

Eodem affectu Fœminam viginti quatuor annorum laborantem iiſdem penè medicamentis eodem anno curavi, quæ jam ſana ſuperſtes eſt.

Podagra.

14. Podagra, teſte Cratone apud Scolzium conſil. 352. ubi docuit nullum præſtantius contra podagram eſſe remedium, quàm quod urinam, ut & ſudores movet. Podagram à ſero ſalſo produci, alibi jam probavimus, ſerumque ſalſum citiùs per διουρητικὰ poſſe expelli, quàm per alterantia temperari, ſatis ex jam dictis humoribus indicantibus probatum. Aſt nota, omne nimium naturæ eſſe inimicum.

Morbi ac ſymptomata, in quibus diuretica non ita conveniunt, ſũe

Morbi, & ſub his comprehenſa ſymptomata, in quibus ΔΙΟΥΡΗΤΙΚΑ non ita conveniunt, aſt plerumque (in primis acria ac calida, aut vehementiora ſi eadem exiſtant) nocent, ſunt.

Febres ardentes.

1. Febres ardentes: διουρητικὰ enim plerumque ſunt calida, acria, ſpirituoſa, &c. quæ nonniſi febres ardentiores, vigilias, capitis dolores pulſantes, phrenitidem, ſitim, æſtumque intolerabilem, &c. facilè producerent, ægroſque hac methodo de medio tollerent: con-

contraria contrariorum, non vero ſimilia ſimilium medicamenta eſſe, legimus apud Hippocratem lib. de flatibus 3. §. 15. p. m. 401. Acria namque ac bilioſa in febribus ardentibus peccare, nemini non innoteſcit: non ergo curari poſſunt per acria, calida, ac ſpirituoſa.

2. Peſtis, ac peſtilentiales febres: quare dixit Ambroſius Paræus lib. 21. cap. 37. in peſte omnino abſtinendum eſſe ab acrioribus diureticis, cum præſertim in veſica inflammatio ſubeſt. Quis quoque concipere valet, venenum maximè acre, ac qualitate, neutiquam vero quantitate, peccans per diuretica calida acria poſſe expelli, vel temperari. Præterea maximè inconveniens eſt, acre aliquod vires ſtatim omnes tollens, vimque omnibus partibus inferens, ab exterioribus minus nobilibus periculoſiſve ad interiora nobiliora repere. Quid enim aliàs inde exoriri poſſit, quàm dolores intenſiſſimi, inflammationes graviſſimæ, imo & gangræna ſphaceluſque renum ac veſicæ? Peſtis ac febres peſtilentiales.

3. Febris hectica: non enim & hic conveniunt exſiccantia, calefacientia acria, verum humectantia, parum refrigerantia, ac humorum omnium acrimoniam temperantia medicamenta præſcribenda. Plura de hac febri qui deſiderat, legat modo præcedentia. Febris hectica.

4. Tabes: διουρητικὰ acria, calidiora, &c. magis corpus exſiccant, humorumque acrimoniam adaugent, non vero temperant, nec moderatè leniunt aut humectant. Tabes.

5. Empyema: legitur enim apud Galenum 5. de ſimplic. medic. cap. 13. in empyemate inepta eſſe. Nonnulli vero contrarium ſtatuunt, ac inquiunt (juxta illud Hippocratis quò natura vergit, eò ducenda per loca convenientia aphor. 21. ſect. 1.) neceſſariò in empyemate diuretica eſſe adhibenda. Naturam enim in empyis per urinarias vias evacuaſſe, ac empyos curatos fuiſſe, quorundam obſervationes teſtantur. Si autem naturam hoc agere obſervemus, quare & Medicis naturæ miniſtris & idem non eſſet licitum? ajunt quoque eſſe convenientiſſima, neminem negaturum: naturam enim & per has vias eoſdem ſanare, plurimi confirmant. Verum natura ſubinde per has illaſve vias aliquid ſibi contrarium expellit: aſt Medicis an idem ſit licitum, adhuc ſub Judice lis eſt. Empyema.

6. Dyſenteria: acria namque hoc in affectu peccant, acriaque ſi exhiberentur adhuc διουρητικὰ, dolores majores, excoriationem graviorem, ſicque exulcerationem vel difficulter, vel neutiquam ſanabilem producerent. Rectè ideo Daniel Sennertus lib. 3. part. 2. Practic. ſect. 2. c. 7. ſtatuit, in dyſenteria nullo modo diuretica eſſe exhibenda, præſertim in morbi principio, & antequam corpus benè purgatum ſit, ne, inquit, materia, dum ad renes tendens hepar tranſit, ei aliquod damnum afferat. Idem propemodum legimus apud Dyſenteria.

apud Guilielmum Fabritium Hildanũ in tractatu ſuo lectu digniſſimo de dyſenteria cap.9. dicens, in principio morbi, & antequam corpus optimè purgatum ſit, διυρητικὰ non ſunt exhibenda, ne acris & maligna materia, dum ad renes fertur, & tranſeundo per venas meſeraicas & hepar, iis viſceribus damnum aliquod majus & primario morbo pejus inferat. Sed & hoc Auctoribus probandum relinquo.

Paſſio iliaca volvulus &c.

A ſtranguria exortus diureſi curatur.

7. Paſſio iliaca, ileos, volvulus, χορδαψός: in hoc affectu diuretica non ita convenire, eſt in confeſſo, quia plerumque acria vel volatilia &c. exiſtunt, niſi à ſtranguria fuerit exortus: nam liberantur à dicto morbo, ſi febris ſuperveniat, & urina copioſa fluxerit, teſte Sene aphor.44.ſect.6. Verum in hoc affectu in primis clyſteres, purgantia lenientia, globuli aurei, mercurius crudus &c. conveniunt.

Stercora, imo clyſmata injecta in ileo vomitu rejecta.

Medicorum Practicorum eſt omnibus ſuccurrere ægris. Hos inter miſeros excellunt ileo, à nonnullis miſerere mei ea de cauſa dicto, laborantes, in quo affectu non tantum omnia aſſumpta per ſuperiora vomitu rejici, verum & ipſa ſtercora imo & injecta clyſmata ac ſuppoſitoria, Practicorum obſervationes abundè teſtantur. Non mirum ergo, quod hunc morbum curare non tantum Neotericis, ſed & veteribus Medicis (in primis quia omnibus remediis, internis externiſque etſi potentiſſimis hic morbus ut plurimum illuſerit, ac omnes penè hoc affectu miſerè diem obierint) cordi fuerit. Quos inter Magnus Senex 3. morb. 15.§.24. qui follem fabrilem deſcripſit, cujus beneficio aer vel flatus in anum injectus inteſtina expanderentur, ſicque miſericordiâ dignus affectus curaretur. Verum alii Medici ex illo frigore majora tormina, dolores &c. proſpiciebant: ſicque ne ex uno malo in pejus, ſcyllam vitantes in charybdim inciderent, metuebant. Quare nonnulli prope ignem follem attollendo, ac aere calidiore implendo, illud malum ſe ſuperaturos putabant. Alii vero aliud quid excogitarunt: donec tandem quiſpiam (cujus nomen mihi hactenus innotuit) inſtrumentum quoddam propoſuit, cujus beneficio fumus tabaci in anum aliquandiu inflatur, ſicque alvum flatuſve dejiciant fruſtra, clyſteribus, apozematibus, purgantibus &c. antea tentatis.

Follis fabrilis Hippocratis in ileo.

Dicta plurium loco obſervatione quadam notatu dignâ illuſtrabo, ac inſtrumenta, eorumqne figuras ac methodum utendi non tantum in hoc affectu, ſed & pluribus aliis morbis ex alvo adſtricta &c. oriundis maximè utilia, datâ occaſione demonſtraturus, lubens omnibus exhibeo.

Nobilis ileo laborans.

Nobilis quidam viginti circiter annorum, fructibus horariis æſta-

æſtate, plus ſolito & avidè devoratis, circa medium autumni in ventris tormina, alvum adſtrictam, tandemque dolorem circa umbilicum intolerabilem, & maximè diſtendentem, & ſubinde contorquentem cum ſiti, vigiliis &c. incidit. Quare Medicus accerſitus mox enema carminans, mixturamque flatus diſcutientem præſcripſit, unde nec alvum depoſuit, nec flatus reddidit. Verum dolores ita exacerbuere de momento in momentum, ut vix amplius reſpirare poſſet æger: quare mox venæ in pede ſectio, ſed fruſtra, fuit inſtituta. Atqui tum conſenſu prioris Medici alium quoque vocarunt & Medicum, tumque conſilio invicem habito, paſſionem iliacam metuentes, fomentum ventri imponendum, clyſterem acriorem ter quaterve de die injiciendum, ac apozema carminans aperiens ſimulque purgans præſcripſerunt. Verum ex hiſce omnibus nec alvum depoſuit, nec flatus reddidit, tumque globulum aureum juſſu Medicorum deglutivit, & venæ ſectio in altero pede fuit inſtituta, globulumque aureum ſecundâ vice aſſumpſit, imo præter varia medicamenta interna ultra viginti clyſteribus incaſſum adhibitis, ſingultu, nauſeâ, imo vomitu jam laborans, Amici cujuſdam adhortatione dictum inſtrumentum tandem in uſum fuit revocatum, ac fumo tabaci in anum injecto, intra horam alvum deponebat, multoſque flatus reddidit, & brevi ſanatus fuit. *Omnibus fruſtra adhibitis.* *Fumo tabaci in anum inflato curatus.*

A. A. Tubulus flexilis ex corio, vel aliâ ſubſtantiâ &c. factus. *Hujus inſtrumenti delineatio una.*

B. Capſula eburnea excavata, intus bracteâ vel cupro obvelata, & internè perforata, foliis tabaci conſciſſis, parvâque prunâ candente incenſis oppleta, prope

C. Orificium, per quod *TAB. VI. FIG. II.*

D. Servus quiſpiam fortiter flando, continuò fumum per tubulum A. A. &

E. Fiſtulam eburneam vel ligneam, diverſis in locis perforatam, in anum intruſam propellit.

Nonnulli metuentes fumum hoc modo in anum ſufflando propulſum non ſatis eſſe calidum, capſulam eburneam tabaco impletam prope anum, non vero prope os flantis ſequenti modo poſuere. *Atque altera.*

F. F. Tubulus flexilis ut ſuperior.

G. Capſula ex ſimili materia, & eodem modo parata.

H. Orificium. *FIG. III.*

I. Servus, qui flando fumum propellit, per

K. Fiſtulam eburneam &c. in anum intruſam.

L. Capſula eburnea.

M. Capſula è bractea, vel cupro confecta, in capſulam eburneam intrudenda.

N. Variis in locis perforata.

O. Operculum capſulæ eburneæ bracteâ &c. intus obvolutum, ne à tabaco incenſo citò conſumeretur.

Et utendi modus.

Hæcce inſtrumenta ſequenti modo adhibentur. Capſula impletur foliis tabaci inciſis, parvâ prunâ candente illis impoſitâ, flando folia accenduntur, mox ac citò operculo tum occluditur, fiſtulâ eburneâ E vel K notatâ in anum intruſâ, mox fumus fortiter flando propellitur. Sed notandum, duos adeſſe debere ſervos, quia vix unus hoc opus perficere poſſet, & continuò fumum injiciendum, donec alvum deponat &c. æger.

Renum inflammatio.

8. Renum inflammatio, teſte Daniele Sennerto lib. 3. Practic. part. 7. ſect. 1. cap. 8. & Heurnio in Prax. medicâ lib 2. cap. 12. necnon Galeno lib. 13. method. medend. cap. ſexto. Quare quoque Riolanus method. medend. particul. capite de renum inflammatione, diuretica præſertim calida fugienda docuit, quia ad partem afflictam materias ducunt; & morbum augent; niſi, inquit, in declinatione, ut abſceſſu rupto pus per urinas vacuetur. Tumque diuretica Donatus Antonius ab Altomari part. 2. de medendis humani corporis malis capite de inflammatione renum præſcribit; dicens, ubi perfectè concoctæ fuerint renum inflammationes, & dolores jam quieverint, tunc etiam per urinam cientia purgandum. Et Daniel Sennertus loco ultimò citato idem fere conteſtatur; morbo, inquit, ad declinationem jam vergente, medicamenta uſurpari poſſunt ex diureticis (aſt nota) mitioribus, quæ humores in renibus ad vias urinæ deducunt.

Veſicæ inflammatio.

9. Veſicæ inflammatio, referente Galeno loco mox citato: rationes ex ſuperioribus ſatis innoteſcunt. Quoad externorum remediorum applicationem, nota, in veſicæ inflammatione in refrigerantium & repellentium vulgò dictorum medicamentorum uſu non diu eſſe inſiſtendum, ut rectè monuit Daniel Sennertus lib. 3. Practic. part. 8. ſect. 1. cap. 4. cum enim, inquit, veſica membranoſa ſit, frigidis, quæ nervis & membranis inimica (juxta Hippocratem aphor. 18. & 22. ſect. 5.) facilè offenditur, & veſica conſtringitur, atque urina, quod aliàs in hoc affectu accidit, ſupprimitur, humorumque diſcuſſio prohibetur: ideoque ad moderatè calida, dolorem lenientia & laxantia maturè accedendum. Non multùm tamen frigida, modo non ſimul conſtringentia, in principio inflammationis veſicæ ſupra partem affectam applicata ac adhibita formidanda eſſe Rondeletius method. curand. morb. cap. 42. ſtatuit: ſicque dum urina propter veſicæ inflammationem ſupprimatur, omnino vitandum catheterem (ne dolore excitato, inflammatio ſimul & de novo augeatur) eſſe docuit Daniel Sennertus lib. 3. Pract. part. 8. ſect. 2. cap. 2.

10. Renum & veſicæ exulceratio, ut legimus apud Samue- lem Schonbornium in ſuo manuali Medicinæ practicæ Galeno- Chymic. p. m. 169. Non enim juxta Hippocratem per locum affe- ctum eſt ducendus humor, magis enim aut veſica aut renes affli- gerentur, malumque gravius redderetur. Quare in renum veſicæ- que ulceribus nihil edendum, quod crudum ſit, aut ægrè conco- quatur, aut corrumpatur facilè, aut inflammationes pariat, aut citò aceſcat. Vitanda quoque quammaximè acida, acuta, ſalſa, & quæ- cunque acrimoniam generant vel augent, ut & vehementer dul- cia, ut pote quæ facilè quoque aceſcunt, & purgantia vehementio- ra, itemque fortiora enemata, (dolores enim augere dicuntur) aſt humectantia, parum refrigerantia, & temperantia, ac balſamica præſcribenda eſſe, legimus apud Dionyſium Fontanum lib. 3. de morborum internorum curatione cap. 37. Renum & veſicæ exulceratio.

11. Renum & veſicæ calculus, teſte Dionyſio Fontano loco quidem citato, aſt capite 32. & Antonio Valerio in lib. 1. Hollerii de morb. intern. exercitat. 48. necnon Martino Acacia apud Scholzium conſ. 139. Quare quoq; Johannes Crato apud eundem conſ. 144. rectè dixit, in multis nempe renum aut veſicæ calculo laborantibus ab uſu diureticorum plus periculi à remedio, quàm ipſo morbo pro- duci. Quare quoque Capivaccius apud eundem conſil. 154. docuit, à diureticis calculum induci, & iſchiada augeri, nempe ante exa- ctiſſimam purgationem ſi exhibeantur διουρητικά. Quare quoque Crato conſil. 246. in calculo à diureticis medicamentis, & quæ cal- culos (ſi nempe grandiores, &c. exiſtant) pellere ſolent, abſtinen- dum ſuadet: & Scholzius Epiſtol. medic. 189. diuretica propriè di- cta in calculi perfecti curatione neutiquam convenire monuit. Cali- da enim ſpirituoſa acria calculo renum ac veſicę laborantibus neuti- quam exhibenda, quia facilè inde renum ac in primis ureterum in- flammatio, earumque coarctatio poſtea exoritur. Renum & veſicæ calculus. Et quare.

12. Diabete: maximè diuretica calida acria, ut & aquea in diabete Rondeletius method. curand. morb. cap. 42. improbat. Viæ enim urinariæ ut plurimum nimium ſunt laxatæ, non ergo diure- tica propriè vel impropriè dicta conveniunt; ſed potius blandè ad- ſtringentia, corroborantia, humorumque acrimoniam quamcun- que temperantia, &c. præſcribenda. Diabete.

13. Iſchuria ex nimia repletione veſicæ (d) exorta: nequaquam Iſchuria.

 enim

(d) Veſica muſculus quidam eſt cavus, tanto artificio à natura elaboratus, ut urinam ab ureteribus fluentem in ſinum ſuum excipe- re, & per urethram expellere poſſet. Ne au- tem iſta continuò ab ejus cavitate excideret, quod ſine maximo Animalis incommodo non eſſet, muſculo ſphinctere in ſuo collo donata eſt; qui obſtinatâ ſuâ contractione nullam uri- næ guttulam, niſi nobis volentibus, elabi ſi- nit. At vero dum ipſius veſicæ fibræ ab influen- tibus

enim urinam ducentia in tali iſchuria danda voluit Donatus Antonius ab Altomari part. 2. de medendis humani corporis malis capite de iſchuria, ne, inquit, majori multitudine urinæ veſica nimium diſtendatur: quod confirmatum inveniet ſtudioſus Lector apud Hartmannum in praxi chymiatricâ cap. de iſchuriâ. Nota, urina inquit Bruele in Praxi medica capite de curatione calculi p. m. 342. & 343. ſi ſubſiſtat, educi poteſt ſyringâ, ſcamno autem inſideat, genuaque dilatet ægrotans; cum qua quoque immitti poterit diureticum aliquod medicamentum, ut oleum ſcorpionum, poſtquam excreta erit urina. Cum autem urinam educere vis, filum duplicatum per ſyringæ concavitatem traducatur, ejuſdemque fili extremitate pauxillum lanæ aut cotonis fortiter alligetur, ita ut concavitatem ſyringæ ſubire poſſit, dum alterâ fili extremitate introducitur: non poterit enim non ſubſequi urina, ſi commodè in virgam mittatur, filumque trahatur. Totum vero hoc opus cathetere brevi perficitur, ut mox demonſtratum. Daniel Sennertus lib. 3. Pract. part. 8. ſect. 2. cap. 2. in urina propter veſicæ inflammationem ſuppreſsâ catheterem omnino vitandum ſuadet, quia, inquit, facilè dolor inde excitatur, ſicque inflammatio augetur.

Arthritis calidior.

13. Arthritis calidior, ut legimus apud Solenandrum ſect. 4. conſil. 25. & Michaelem Majerum in ſua civitate corporis humani a tyrannide arthritica vindicata cap. 8. Calida enim & acria non ſunt addenda calidis acribuſque peccantibus humoribus.

Homi-

ribus ſpiritibus nimium contrahuntur, perinde ille ampliatur ac cedit, ut urina à veſicæ compreſſione projecta in urethram confeſtim inſiliat. Patet autem ex mechanica iſta urinæ expulſione, quod illa omnia, quæ robur fibrarum veſicæ enervant, urinæ egreſſum per urethram impediant. Unde factum, ut à Medicis nonnullis creditum fuerit, muſculoſas veſicæ fibras à nimia urinæ contentæ copia perinde diſtrahi, ut ad ſeſe contrahendas, & urinam projiciendam fiant ineptæ; ſicque Iſchuria oriatur nullâ fere arte curabilis. Verum opinionem iſtam exagitat Franciſcus Bayle in ſua Phyſica, ubi de muſculis reſpirationis, hac præſertim fretus ratione, quod quamvis elumbis ſit vis fibrarum veſicæ, ſufficiat tamen ad urinæ expulſionem robur muſculorum abdominis, ac potiſſimum ſi adhibitis extrinſecus manibus eorum vis comprimens adjuvetur. Quod nemo opinor negaverit, ſi modo attenderit, Fœtum multò minus urinâ volubilem eorundem muſculorum compreſſione ab utero excuti & expelli. Eapropter Iſchuriam, quæ diuturnam urinæ retentionèm ſequitur, non ad contractionis veſicæ defectum, ſed ad validiorem ſphincteris ab ipſius inflammatione ortam conſtrictionem refert. Etenim quum ſanguinis à ſphinctere redeuntis per venas motus propter indebitam fibrarum veſicæ diſtractionem ab enormi urinæ copia retardetur, quumque iſte ab arteriis jugiter impellatur, cogitur idcirco in ſphincteris ſubſtantiam effundi, & inter ſuarum fibrarum interſtitia ſubſiſtere: quo facto perinde ſphincteris moles ſuccreſcit, & ſuarum fibrarum robur confirmatur, ut veſicæ vel muſculorum abdominis conatibus non auſcultet, & potius lacerari, quàm relaxari patiatur. Quod ſi autem ita ſe res habeat, quiſque facilè videt, nullum eſſe in ejuſmodi Iſchuria præſtantius remedium, quàm ſanguinem largiùs mittere, ut ſphincteris inflammatione ſedatâ, aut plurimum imminutâ, urina ex veſicæ cavitate egredi poſſit.

Homines, in quibus ΔΙΟΥΡΗΤΙΚΑ in primis temperatiora cum ſucceſſu præſcribuntur, ſunt.

Diuretica temperatiora proſunt.

1. Pueri: ſcatent namque aquoſis lymphaticiſque humoribus, ut ſupra ſatis probatum; non mirum affectibus ex peccantibus talibus humoribus oriundis ſi laborent, quod temperata διουρητικὰ in hiſce conveniant. Tutò enim ac jucundè hac ratione plerumque dicti peccantes humores per loca nempe naturæ convenientiſſima expelluntur, Puerique curantur. Aſt caveat Medicus, ne calidiora ac acria diuretica Pueris lacte, caſeo, &c. utentibus præſcribat: facilè enim inde calculus renum veſicæque produceretur. Pueris.

2. Podagrici, teſte Cratone apud Scolzium conſil. 352. aſt neutiquam, ſi bilioſi ac calidi exiſtant, ut rectè monuit Michael Majerus in civitate corporis humani cap. 8. Obſervarunt enim nonnulli Practici, podagricos bilioſis ac calidis humoribus præditos non ita humoribus ſcatere, ac facilè dolorum podagricorum, horum ſcilicet uſurpatione, exacerbationem graviorem exoriri. Podagricis.

3. Circa plenilunium qui intumeſcunt: ſcatent namque humoribus ſeroſis aquoſiſque non tantum quantitate, verum etiam qualitate peccantibus, ac plerumque ſimul flatibus; conveniunt ergo hoc in caſu διουρητικὰ. Sunt enim præſertim hìc præſcribenda ſpirituoſa temperata ac volatilia, &c. quæ non tantum ſeroſos aquoſoſque humores blandè ac ſatis copioſè ſecernant exturbentque, ſed & ſimul eoſdem temperent, flatuſque nonnunquam diſcutiant. Aſt explicare, quare nonnulli circa priorem Lunæ quadrantem intumeſcere incipiant, & in primis circa plenilunium maximè aliquando intumeſcant, hoc opus, hic labor eſt. Attamen videamus quid primò in illis obſervetur, & de quibus conquerantur illi ægri, & inde concludamus, undenam ita illo tempore intumeſcant. Primò ergo obſervatur illis in ægris quod febris circa priorem Lunæ quadrantem exacerbeſcat, aſt magis magiſque circa plenilunium. Præterea non tantum magis de ſiti conqueruntur, ſed plus ſolito imo affatim bibunt, & quò plus biberint, majori ſiti contorqueri aſſerunt: in hiſce quoque ut in hydropicis verum obſervatur Circa plenilunium intumeſcentibus. Quare nonnulli circa illud tempus intumeſcant.

Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Vigiliiſque conqueruntur, & urinę plerumque nempe circa priorem Lunæ quadrantem magis tenſæ rubræ ac pauciores obſervantur. Ex quibus omnibus patet, hos ægros neceſſariò intumeſcere debere, in primis ſi quis conſiderarit, quod Hippocrates in tractatu ſuo

lectu

lectu digniſſimo de ſignificatione vitæ & mortis ſecundum motum Lunæ & aſpectus Planetarum §. 11. p. m. 422. teſtatur, aſpice, inquit, Lunam, quando eſt plena lumine, quia tum creſcit ſanguis, & procul dubio cæteri quoque humores adaugentur, & medulla in omni Homine & Beſtiis omnibus. Si illis in ægris primò febris & quidem bilioſa, (quod ex ſiti urgente, vigiliis, urinâ rubrâ tenſâ &c. ſatis ſuperque innoteſcit) circa priorem Lunæ quadrantem, ſed præſertim circa plenilunium, (quando omnia in ΜΑΚΡΟΚΟΣΜΟ hinc & ΜΙΚΡΟΚΟΣΜΟ pleniora, ut ex Sene jam allegatum, quod & unanimiter omnes hydropici teſtantur, exiſtunt; ut & abundè ex oſtreis, cochleis, oſſibus vitulinis, &c. patet) exoriatur & exacerbeſcat, ſitiſque major, vigiliæque longiores reddantur; quare plus ſolito febrim ſitimque tollendi compeſcendique gratiâ bibunt, minuſque è contra per urinas reddunt: non mirum, inquam, quod intumeſcant, omnia enim tum pleniora exiſtunt ac magis moventur. Curantur quoque plerumque diureticis in primis, ac flatus diſcutientibus. En ea de cauſa ſequentem obſervationem.

Mulier quartanâ laborans.

Mulier quædam triginta ſex annos nata ſeptem liberorum (quos inter miſerrimus ille Infantulus, de quo pag. 182. & 183.) mater, admodum melancholica, moroſa, ac ſubinde iracunda, circa autumnum in quartanam intermittentem maximo frigore adventantem, mox & graviſſimo ac intolerabili capitis dolore, primum gravativo, dein & pulſante afficientem incidit, quæ nullis etſi potentiſſimis medicamentis ſuperari potuit. Quare moroſior ac iracundior reddita, circa ſolſtitium brumale de tanta conqueſta fuit ſiti, quam nullis fere liquidis avidè etſi aſſumptis tollere valuit. Tum vero ſenſim appetitus fuit proſtratus, & præcordiorum dolor gravativus exortus, ventris tormina, ac diſtentiones ſubſecutæ, ac pedes cruraque intumeſcere incœperunt, nec longè poſt ingenti totius corporis dolore gravativo, & ſubinde rodente fuit afflicta, ſicque ad vernum uſque tempus decubuit, nullaque medicamenta aſſumpſit. Aſt circa menſem Majum ingens puſtularum ſatis magnarum copia per totum corpus ſponte exorta fuit; quas puſtulas ob pruritum ſcalpendo aperuit, ex quibus acris effluebat ichor, qui cum effluxiſſet, foraminula imo foramina reſidebant, ex quibus per menſem circiter aqua quædam inſipida manavit: tumque ſponte foraminula illa fuere curata, puſtulæque omnes evanuere, ac levata fuit ſiti, febri, &c. hæc Mulier; ſicque per totam æſtatem curata hilariter animata vixit. Aſt circa autumnum inſtante priore Lunæ quadrante aliquantiſper febricitavit ac ſitivit, imo circa plenilunium autumnale ſecundum valde febricitavit, ſitivit, ac intumuit. Tumque vocatus febricitantem, urinam admodum rubram,

Circa ſolſtitium brumale ſiti inextinguibili correpta.

Pedes cruraque intumeſcere cœperunt.

Et totum corpus puſtulis affectum.

Ex quibus apertis primò ichor acris.

Dein inſipidus effluxit.

Et totâ æſtate curata fuit.

ac

ac de ingenti præcordiorum anxietate, diſtenſione, ſiti urgente, ventris intumeſcentiâ, vigiliiſque conquerentem inveni. Quare ipſam aſcite jam laborare putavi, ſequentemque primò mixturam, dein & hoc vinum medicatum præſcripſi.

Verum circa autumnum primâ lunæ quadrâ.

℞. *Aq. Baccar. junip. Petroſel. Fœnicul. ana* ℥jß. *Spir. contra præcordior. anxiet. ſupra deſcript.* ℨij. *Anticolic. Tinctur. diuretic. ſæpius citat. ana* ℥ß. *Lap. prunell.* ℨjß. *Laud. opiat. gr.* ij. *Ol. bacc. juniper. gutt.* vj. *Syr. quinque radic.* ℥j. MS.

Iiſdem ſymptomatibus affecta.

Mixtura diuretico-anticolica.

℞. *Rad. ireos Florentin. Apii ana* ℥ß. *Raphan. ruſtican.* ℨvi. *Jalapp.* ℥j. *Fol. menth. criſp. Lauri ana* M. ß. *Eupator. cannabin.* M. jß. *Summit. centaur. min. Abſinth. ana* M. j. *Sem. fœnic. dulc.* ℥ß. *Bacc. junip.* ℥j. *Extrem. cirt. aurantior. Cinnam. acuti ana* ℨiij. *Macis* ℨij. Conciſis atque contuſis affund. *Vin. Rhenan. pint.* iv. Mixta ſtent ſimul in loco calido per triduum.

Et vino medicato.

Poſt uſurpatam mixturam varios flatus cum præcordiorum anxietatis, ac diſtentionis levamine emiſit, ac urinam majori copiâ excrevit: quare eandem mixturam ter poſtea adhuc uſurpavit, à vino vero medicato, de quo ter quotidie uncias duas (inſtillatis prius ſingulis doſibus viginti guttulis ſpiritus nitri dulcis aromatici ſupra deſcripti) aſſumpſit, tali cum ſucceſſu, ut brevi fuerit curata. Aſt accedente iterum primo Lunæ quadrante, primò de levi capitis dolore, vigiliiſque, mox & febri, ſitique, imo circa plenilunium de præcordiorum anxietate, diſtentione, intumeſcentiâ, &c. conquerebatur. Quare iterum vocatus, eadem ſymptomata obſervavi, eademque dedi medicamenta, ac denuo brevi fuit curata; ſicque per totum non tantum autumnum, verum & totam hyemem fuit afflicta. Tumque ſingulo novilunio, priore Lunæ quadrante, plenilunio, ac poſteriore Lunæ quadrante hunc pulverem maximo cum levamine bis ſemper uſurpavit.

Curata fuit.

Verum accedente denuo primâ lunæ quadrâ.

In idem malum ſed gravius incidit.

℞. *Sem. carui Cumin. Naſturt. Raphan. Sal. geniſt. ana* ℈ß. *Lap. prunell. gr.* xv. MS. F. Pulvis tenuiſſimus in duas doſes divid. & cum vino Rhenano aſſumendus.

Pulvis ſæpius cum ſucceſſu ab ipſa aſſumptus.

4. Quicunque aquoſis, ſeroſis, &c. ſcatent humoribus, neutiquam nempe ſi afficiantur morbis διουρητικὰ vetantibus: ſuâpte naturâ enim ad veſicam quaſi propelluntur. Hicque ſi ullibi quoque tenenda regula illa Hippocratis aphor. 21. ſect. 1. deſcripta, quæ educere oportet, quò maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia: aſt magis convenientia loca quia non dantur; apprime ergo diuretica in aquoſis, ſeroſis, &c. humoribus educendis conveniunt.

Aquoſis & ſeroſis humoribus ſcatentibus.

5. Scorbuto qui laborant, ut ubique unanimiter teſtantur de ſcorbuto qui ſcripſere unquam: ſerum quoque ſalſum, ut ſuperius

Scorbuto laborantibus.

rius

rius probatum, quod in ſcorbuto non parum peccat, optimè per διουρητικὰ expellitur. Præterea diuretica plerumque ſpirituoſa, incidentia, aperientia, volatilia, &c. exiſtunt, quæ omnia in ſcorbuto omnibus fere palmam præripiunt.

Mulieribus fluore albo laborantibus.

6. Mulieres fluore albo (e) laborantes, teſte Galeno lib. de prægcognitione ad Poſthumum cap. 8. p. m. 649. qui in primis quoque per διουρητικὰ Boethi uxorem fluore albo laborantem curavit. Diuretica enim non tantum urinas, ſed & menſtrua calefaciendo, aperiendo, ſolvendo, ac attenuando, &c. provocant.

Diuretica vehementiora ac calidiora nocent.

Homines, in quibus ΔΙΟΥΡΗΤΙΚΑ' vehementiora ac calidiora non ita conveniunt, aſt aſt plerumque nocent, ſunt.

Senibus ac jam decrepitis.

1. Senes ac jam decrepiti: magis enim in hiſce humorum eſt defectus, quàm abundantia; non ergò διουρητικὰ conveniunt, quia pauci illi humores, quos adhuc decrepiti habent, hac ratione omnes fere expellerentur, ſicque corpus jam exſuccum ac ſatis ſiccum aridius & humiditate planè deſtitueretur.

Calidis & bilioſis humoribus ſcatentibus

2. Calidis ac bilioſis humoribus ſcatentes, quia diuretica, de quibus hic ſermo, calidiora magis magiſque in hiſce intemperiem calidam, bilioſoſque humores adaugent; ſicque nonniſi phrenitidem, paraphrenitidem, capitis dolorem pulſantem, vigilias, ſitim in-

(e) Nomen Fluoris albi ambiguum eſt, quod tum materiæ ſeminalis per vices involuntariam excretionem in Mulieribus deſignat, cum itidem perennem atque enormem liquaminum variè coloratorum, & ſeroſæ ſubſtantiæ per uteri vaginam fluxum denotat. Illa quidem Fluoris ſpecies appoſitè Fluor uterinus, & Gonorrhæa Muliebris dicitur: ſed hæc poſterior congruentius Profluvium Muliebre Heurnio, & Catharrus uterinus Schneidero nuncupatur. Quemadmodum vero in Viris ſponte ſemen elabitur, ſi in veſiculis ſeminalibus flaccidioribus illud ſpirituoſius luxuriet; ita in Mulieribus materia illa ſeminalis, quam vaginæ uteri glandulæ conficiunt, facilè & citra ſenſum ullum diffluet, ſi illam uberiorem glandulæ iſtæ non valeant continere. Unde patet, quod frequentior ſit hæc affectio iis Mulieribus, quæ Veneris uſum intermiſerint, aut quibus vetitum eſt connubium; eaque faciliùs excitetur, ſi laudabilis victus ratio concurrat, & deſidem vitam, curiſque omnibus vacuam Mulieres ducant. At vero de alia Fluoris albi ſpecie longe diverſa eſt ratio. Hæc enim quemadmodum colluviem ſeroſam enormem per uterum profundit; ita nunquam fit, niſi totius corporis Cachexia, aut levior Leucophlegmatia ei ſe nectat. Etenim Fluxus iſte primariò à ventriculo in chylificatione aberrante, magis proximè ex vitio totius maſſæ ſanguineæ cachectico, immediatius vero ex ſubſtantiæ uteri & partium ipſi inſervientium relaxatione ac atonia deſcendit. Sed potiſſimum orificium vaginæ internum, quod fere totum glanduloſum eſt, colluviem illam ex ſanguine tranſcolat, & rivo uberiori profundit; ut propterea affectus iſte omnibus Mulieribus, tam quæ Virum paſſæ ſunt, quàm Virginibus conveniat. Hinc liquet, quænam ſit hunc fluxum curandi ratio, per ea nempe, quæ ventriculi vitium corrigunt, quæ ſanguinis diſcraſiam emendant, quæ denique ſeroſam colluviem per uterum copioſiùs fluentem ad ſecernicula naturalia derivant: quo tantum nomine videntur etiam diuretica convenire, modo vero id obſervemus, ne curationem ipſius ab iis exordiamur, ſed potius perficiamus.

intolerabilem, febrem ardentiſſimam, renum veſicæve inflammationem, &c. excitarent. Satius ergo eſt, ut hiſce humoribus laborantes per alterantia, purgantiaque, &c. curentur.

3. Emaciati, macri, ac morbis chronicis extenuati: in hiſce enim noxia διουρητικὰ eſſe docuit Solenander ſect. 4. conſil. 25. ut & Michael Majerus in civitate corporis humani cap. 8. Nec mirum, adeſt enim in hiſce non humorum copia, aſt potius inopia: diuretica autem humores quantitate qualitateque peccantes educentia ac exturbantia meritò damnantur.

Emaciatis ac morbis chronicis extenuatis &c.

4. Tabidi ac hectici: diuretica enim calida & acria ipſam calidam ſiccamque intemperiem adaugent, ſicque non curarentur, aſt potius interficerentur tabe ac hecticâ febri laborantes, ut jam ſatis ſuperque ſupra probatum eſt.

Tabidis ac hecticis.

5. Mulieres nimio menſium fluxu laborantes: calida enim ac acria nimium menſtruorum fluxum non curant, aſt potius ſanguinem calefaciendo, attenuando, movendo, &c. excitant. Calida & acria ſi hoc agant, ut omnibus ſatis notum, quid ergo διουρητικὰ ſpirituoſa, volatilia, calida, acria, &c. non efficient? Potius ergo moderatè refrigerantia, parumque adſtringentia, humorumve acrimoniam temperantia, vel ſanguinem copiâ peccantem per venæ ſectionem, &c. minuentia præſcribenda; ſicque citiùs, tutiùs, jucundiùſque curantur hæ Mulieres.

Mulieribus nimio menſium fluxu laborantibus.

6. Debiliora, qui habent inteſtina, ut teſtatur Samuel Schonbornius in ſuo manuali Medicinæ Practicæ Galeno-Chymic. ſæpius jam citato p. m. 169. debiliora, inquit, qui habent inteſtina, iis acria diuretica valde nocent.

Debiliora inteſtina habentibus.

7. Conſueti morbis renum aut veſicæ laborare: neutiquam in hiſce diuretica convenire, aſt maximè nocere, dixit Johannes Baptiſta Montanus tom. 7. conſult. 93. quia humores peccantes aliis in partibus hærentes per locum affectum, (quod vetat Hippocrates & Galenus, ut ſupra probatum) nempe ad renes vel veſicam, una cum materia calculoſa, vel alia quacunque, ex qua antea laborarint, deducerentur; ſicque facilè in morbum affectumque jam curatum rurſus inciderent, ac graviùs laborarent.

Morbis renum aut veſicæ laborare conſuetis.

8. Qui renum vel veſicæ ulcere à calculo in primis exorto laborant, aut à calculo ſibi metuunt, teſte Heurnio in Prax. medic. lib. 2. cap. 12. Rationes in ſuperioribus inveniet ſtudioſus Lector.

Calculum ſibi metuentibus, vel veſicæ vel renum calculo laborantibus.

Diuretica conveniunt præ primis.

Tempus, quo ΔΙΟΥΡΗΤΙΚΑ' apprime conveniunt, eſt.

Hyeme.

1. Hyems potius, quàm æſtas, ut legimus apud Johannem Walæum in ſua medend. methodo titulo de diureticis p. m. 70. Hyeme enim ſeroſi, aquoſi, &c. humores majus dominium in corpore habent: quare quoque morbi affectuſque hyeme producti magis ex hiſce humoribus ortum ducunt. Æſtate vero magis affectus morbique bilioſi ac calidi, & in quibus diuretica calida, acria, &c. neutiquam conveniunt, aſt potius nocent, generantur.

Tempore matutino.

2. Dies, & in primis tempus matutinum, teſte itidem Johanne Walæo loco citato: tempore namque diurno magis movetur corpus, ſicque citiùs in actum deducuntur diuretica exhibita, & præſertim matutino tempore aſſumpta. Obſervavimus quoque jam ſæpius διουρητικὰ, imo liquida fere quæcunque mane uſurpata citiùs uncias ex: gr: ſex urinæ, quàm pomeridiano vel nocturno tempore uſurpata tres uncias expellere.

Jejuno ventriculo.

3. Ante cibum, jejuno ventriculo: quare Fuchſius in inſtitutionibus medicis lib. 2. ſect. 5. cap. 26. docuit, ante cibum urinam provocandam eſſe, dicens, quando urinam provocare Medico conſilium eſt, convenientiùs ante cibum & jejuno ventriculo id efficiet, & eò magis, ſi quæ urinam proliciunt, admodum calida fuerint. Citiùs namque hac ratione è ſtomacho expelluntur, & ad maſſam ſanguineam propelluntur, ac in actum deducuntur. Et ſi fieri poteſt, corpore prius purgato. Idem conteſtatur Johannes Crato apud eundem conſil. 143. διουρητικὰ, inquit, ſive illa ſint calida, ſive frigida, nonniſi ante paſtum, vel longe à paſtu aſſumenda. Imo Johannes Baptiſta Montanus tom. 1. conſultat. 87. noxia eadem immediatè à cibo aſſumpta nominat; facilè namque hac ratione cibi inconcocti crudique è ventriculo expellerentur, obſtructioneſque, ac cruditates, lienteriæ, &c. excitarentur.

Declinante morbo.

4. Morbi declinatio. Tranſacto ergo morbi principio, vigore, ac ſtatu, materiæque peccantis copiâ jam exemptâ, humorumque viſcidorum, tenacium, &c. craſſitie ſublatâ, ut ſuperius jam monitum, tum demum ad diuretica progrediendum. Fieri enim facilè poſſet, ut ductus & meatus urinarios obſtruant illa dicta diuretica antea uſurpata, & tranſitum ſibi atque humoribus, quos ſecum ad illos moverunt, intercludant. Hicque in multis ab uſu diureticorum plus eſt periculi à remedio, inquit Johannes Crato apud Scholzium conſil. 144. quàm ab ipſo morbo. Potius ergo in

in declinatione, & ubi omnia jam remiſſiora exiſtunt, eadem exhibenda. Quare ſemper obſervandum neceſſariò non tantum quibus in humoribus, morbis, Hominibuſque diuretica (ſint eadem de cæteris medicamentis dicta) conveniant, verum etiam in quibuſnam noceant, & quo tempore ſint uſurpanda eadem; denique &

Quid ante, inter, & poſt ΔΙΟΥΡΗΤΙΚΑ' faciendum obſervandumque ſit, paucis dabimus.

Ante urinæ provocationem requiritur. Ante urinæ provocationem requiritur, ut purgantia præmittantur.

1. Ut purgantia medicamenta præmittantur, antequam nempe propriè dicta διουρητικά exhiberi debeant, teſte Gualtero Bruele in ſua Praxi Medicinę theorica & empirica, capite de curatione calculi p.m.343. rationem in ſuperioribus inveniet benevolus Lector. Quare quoque Capivaccius apud Scholzium conſil.154. à diureticis ante exactiſſimam corporis purgationem in iſchiade, &c. omnino cavendum eſſe docuit. Malè agere, qui diureticis purgantia, aut alimenta admiſcent, patet ex Johanne Walæo in ſua medendi methodo p.m.72. (quidam, inquit, ſimul & eodem tempore & alvum ducere, & urinam movere voluerunt, verum infelici ſucceſſu) ut & ex Guilielmo Fabritio Hildano obſervation. chirurg. centur.3. obſerv.72. p.m.255. & 256. Quare quoque Rondeletius method. curandi morbos cap.9. dixit, omnia cientia urinas, materiam ad venas reneſque ducendo, alvum ſiſtere, ac ob id parcè medicamentis laxantibus eſſe addenda.

2. Obſtructiones ſi adſint, aut ſimul ægri illis laborent, ut demoliantur. Obſtructiones tollãtur. Διουρητικά namque ſi exhibeantur, & multæ pertinaceſque obſtructiones ſimul adſint, pertinaciores & nullis fere medicamentis ſuperabiles obſtructiones redderentur, majorique vi hâc ratione materiæ obſtruentes in partes jam obſtructas protruderentur; ſicque morbi chronici, dolores contorquentes, pungentes, rodentes, &c. pro materiæ peccantis ac obſtruentis diverſitate facilè diureticorum tum maleficio producerentur. Quare potius imo neceſſariò incidentia, humorem obſtruentem alterantia, aperientia, laxantia, &c. præmittenda: ſicque humoribus viſcidis tenacibus inciſis ac attenuatis, qualitateq; quadam peccantibus correctis, obſtruentibuſque jam alteratis, ac ſatis præparatis, obſtructionibuſque ita ſublatis, ad διουρητικά (aſt nota) ſimul tum vel incidentia, vel attenuantia, alterantia, vel aperientia progrediendum. Optima namque, & propriè quaſi deſtinata diuretica ad reliquias humorum conſumendas ſunt remedia.

 3. Ut

Ut, & dolores, inflammationes. &c.

3. Ut dolores, inflammationes, &c. ſi adſint, primò tollantur, referente iterum Gualtero Bruele loco ultimò citato, & Samuele Schonbornio in ſuo manuali p. 162. Quare quoque Donatus Antonius ab Altomari part. 2. de medendis humani corporis malis, capite de renum calculo, tum demum diuretica, ſed valde lenia in calculo & inflammatione &c. renum exhiberi tempeſtivum judicavit, quandò nempe dolores aliquantulum, vel potius planè lenitos, & inflammationem jam ſublatam judicet Medicus. Διουρητικὰ enim multam materiam peccantem ad locum imo per locum affectum quia deferunt, facilè inde ingens doloris exacerbatio ac inflammationis incrementum excitatur; in primis ſi quis conſideraverit, calidiora acriaque &c. plerumque eſſe propriè dicta diuretica.

Si ſicca quis aſſumpſerit, aliquod liquidum ſuperbibat.

4. Ut, in forma ſicca ſi fuerint exhibita & aſſumpta diuretica, aliquid liquidi calidi aſſumat: ſic enim faciliùs citiùſque ad maſſam ſanguineam, reneſque perveniunt, & craſſos pituitoſos &c. humores incidunt, ſolvunt, ac tenue à craſſo ſeparant; ſicque urinam copioſiùs ſecernunt expelluntque.

Poſt aſſumpta diuretica requiritur, ut

In diureſi, & poſtquam diuretica jam aſſumpta ſunt, requiritur.

Æger ſe parum moveat.

1. Ut æger jam aſſumpto diuretico corpus, ſi non decumbat, parum moveat, aut leni ambulatione diureſin promoveat: hac namque ratione humores liquidiores redduntur, diuretica citiùs per corporis vaſa propelluntur, ſicque diureſis acceleratur.

Aut ſi non operetur, vinum Rhenanum calidum &c. aſſumat.

2. Ut, ſi non benè aſt tardè progrediatur, ſtatim aliquid vini Rhenani calidi, vel alicujus urinam cientis liquoris quid aſſumat, ut ita acceleretur diureſis, & medicamenta διουρητικὰ hinc inde forſan hærentia, aut tardigrada ad renes propellantur. Aſt neutiquam ſi proveniat urina, ut externis, nempe linimento, cataplaſmate, fomento &c. adjuvetur: hoc autem modo ſæpe citò tutòque urina ſuppreſſa provocatur, aut diuretica tardigrada in actum ſtatim deducuntur. Quo in caſu lapis nephriticus valde commendatur, imo expertus teſtatur Johannes Walæus in ſua medendi methodo titulo de diureticis circa finem p. m. 71. brachio modo ſi alligetur, vel armillæ inſtar geſtetur, hunc lapidem urinam movere. Inter externa linimenta ſequens cum ſucceſſu nonnunquam uſurpavimus.

Linimentũ urinam &c. movens.

℞. *Vnguent. althæ. compoſ.* ℥j. *Ol. chamomill.* ℥ß. *Scorpion. ſimplic.* ʒij. *De laterib.* ℈ß. MS. F. Linimentum.

3. Ut, quandiu diuretica operantur, nihil aſſumat alimenti:

na-

natura enim ab opere quaſi retraheretur, aut facilè cibi aſſumpti crudi ac inconcocti è ventriculo expellerentur, ſicque obſtructiones, calculi &c. excitarentur. Satius ergo, ut nonniſi poſt peractam diureſin alimenta aſſumat. In operatione nullum alimentum aſſumat.

4. Ne in nimia quantitate provocetur urina: omne namque nimium naturæ inimicum, hacque methodo non tantum urinam, verum etiam & ſanguinem exturbarent, viis nempe continuâ diureticorum, in primis vehementium, uſurpatione valde dilatatis, ad quas vias urinarias, ſeroſâ expulsâ & jam deficiente materiâ, nonniſi ſanguis propelleretur, ac maximum ſequeretur malum. Ne nimium provocetur urina.

POST DIURESIN.

Poſt diureſin convenit, ut

1. Non convenit, ut ſtatim poſt diureticorum uſurpationem ac operationem multa liquida, aquea, ſpirituoſa, volatilia &c. aſſumat: facilè enim peracta & finita diureſis denuo excitaretur, vel vaſa humoribus ſeroſis, aquoſis &c. peccantibus jam vacua, nonniſi crudioribus ac quaſi inconcoctis humoribus iterum opplerentur, ſicque viæ nimis laxarentur, ac diabete &c. facilè inde producerentur. Aquea, ſpirituoſa &c. ne aſſumat.

2. Requiritur, ut, ſi nimiæ ſint, & continuò adhuc prorumpant urinæ, corroborantia ſubauſtera, ſicciora, parum adſtringentia, ſanguinem condenſantia &c. mox adhibeantur: tumque neceſſariò ab omnibus ſpirituoſis, acribus, piperatis, aromaticis, ac volatilibus liquidis ſanguinem omneſque humores magis magiſque moventibus, attenuantibus, ac diſſolventibus, ac per conſequens diureſin denuo excitantibus, cavendum. Si nimia ſit diureſis, adſtringentia blanda corroborantia ſubauſtera &c. uſurpe.

Placuit hiſce in diureticorum tam liquidorum quàm ſiccorum adminiſtratione quaſdam notulas adjungere, ac demonſtrare, quibuſnam in morbis Hominibuſque ſicciora, in quibus vero liquidiora διουρητικὰ conveniant.

Diuretica ergo aquoſa in primis frigida, (ut legimus apud Johannem Baptiſtam Montanum tom. 1. conſultat. 93.) conveniunt in calculoſis, & calidæ ſicciorisque conſtitutionis ægris, eo quod vim vias viſcidis humoribus, calculo, calculoſâque materiâ infarctas aperiendi, laxandi, ac humectandi habeant: quæ in hiſce tantopere conducunt, ut rarò, imo fere nunquam in morbi fine conveniant alia diuretica. Adde, quod ſuâ parte aquoſâ leniente &c. humores acres (hoc in caſu ut plurimum ſimul concurrentes) diluere, lenire, ac temperare valeant. Diuretica aquoſa quibus conveniunt.

Nocent tamen eadem, ſcilicet aquoſa διουρητικὰ, primò in omni hydropis ſpecie: ſecundò in omnibus, in quibus humores aquoſi, ſe- Eadem nocent.

ſeroſi &c. peccant: tertiò in dyſenteria, diabete &c. Rationes videſis in ſuperioribus, ubi de morbis vetantibus egimus.

Sicciora diuretica quibus conducunt.

Sicciora vero diuretica conveniunt in humidioribus aquoſiſque humoribus ſcatentibus ægris, morbiſque inde productis, nempe in febribus lymphaticis, ſalivalibus, intermittentibus, ſcorbuto, (qui, cum cauſa ejus in primis quoque in ſero lateat, omnium facillimè diureticis ſimul alterantibus mixtis ſanatur,) hydrope, hydrocephalo, podagrâ, (aſt nota non calidiori, aliàs maximè, ut ex Michaele Majero, & Solenandro probatum ſupra, nocerent) empyemate &c.

Eadem vero quibus nocent.

Nocent autem ſicciora ac calidiora διουρητικὰ in initio calculi, ut & in fine, niſi aliis lenioribus admiſceantur; inflammatione renum & veſicæ, phthiſi, tabe, febri hecticâ, aut quacunque corporis extenuatione, calidiori arthritide, ardore urinæ (teſte Heurnio in Praxi med. lib. 2. cap. 12.) renum, ureterum, veſicæ &c. ulceribus. Ubi notandum, omnia diuretica, ut quidam volunt, non eſſe noxia: conducunt enim lenia, & parte quadam oleoſa blanda, balſamica, ulcus lenientia, conſolidantiaque, qualia ſunt terebinthina, balſamus ſulphuris terebinthinatus, aniſatus, juniperinus &c.

De diureticis medicamentis jam nobis non occurrit, quod præceptis ab Auctore noſtro hactenus traditis adiiciamus: quare modo iſta perinde erunt contrahenda, ut à ſuperfluis verbis liberata memoriam noſtram non diſſipent. Quemadmodum, ut ſanguis per venas faciliùs flueret, ſapienti naturæ conſilio inſtitutum eſt, ut Animalia per aquam, quæ primum eſt fluxile, ſitim ſuam explerent; ita ne liberalior ipſius copia noxam corpori inferret, operæ pretium fuit, ut ejus redundantia beneficio renum detraheretur. Huic autem ſecretioni potiſſimum inſerviunt illæ glandulæ, quas in externo renum cortice Malpighius detexit, quibus ſanguis per arterias emulgentes allabens in duas partes perinde dirimitur, ut ipſius pars ſeroſa canaliculos renum ingrediatur, altera rubra per venas abeat. Quandoquidem verò ſerum per univerſum corpus circumeundo ſalina corpuſcula vel in ſanguine nidulantia, vel in carnium interſtitiis relicta avidè amplectitur, tum itidem cum ſulphureis ac terreſtribus ipſius particulis facilè implicatur; hinc ratio patet, cur urina iis ſubſtantiis plurimum referta comperiatur. Id vero mirum videbatur Malpighio, quod quamvis fortè glandularum renalium ſtructura ſimpliciſſima ſit, nihilò tamen minus earum contextum innumera rerum genera, quanta in urinis conſpiciuntur, pertranſeant. Sed appoſitè id declarat Borellus exemplo carnium & lignorum, quæ pari facilitate ab aquis dulcibus & ſalſis penetrantur, ut proinde occulta eorum marinis aquis inſidentium foraminula ſalibus infarciantur. Jam vero diuretica ea dicuntur medicamenta, quæ vel uberiorem ſeri copiam per renales glandulas abire faciunt, vel illud in renibus & urinæ viis reſtitans impellunt. Quorum prius ea abſolvunt, quæ vel largiorem materiam aqueam venis ſuppeditant; vel ſerum in partibus corporis devium & emortuum excitant, ac venis reſtituunt; vel ſanguinis cõtextum perinde fundunt ac ſolvunt, ut ſerum ab ipſo faciliùs ſeparetur. Alterum vero illa tranſigunt, quæ vel renũ canaliculos à ſtimulis criſpatos relaxant; vel glandulas renales & urinæ vias obſtructas reſerant; vel potius partes iſtas mordicant, & ad urinæ excretionem ſollicitant. Placuit autem veteribus Medicis juxta primas qualitates diuretica medicamenta in claſſes digerere, ſubinde ut magis propriè nomen illud iis conveniret, quæ propter calorem ſunt conſpicua; impropriè vero, aut minus ſaltem appoſitè iis competeret, quæ ullam caloris notam non præbent, ſed frigore potius gloriantur ſuo. Verũ quum diuretica medicamenta primis vulgò dictis non agant qualitatibus, & temperatiora plerumq; ad ſenſum diuretica pari virtute, ac calidiora & acriora, urinam prolicere obſervemus; non eſt, ut admonet Wedelius, per quod illa diſtinctio quidquam nobis inſerviat. Ex tradita autem diureticorum agendi ratione abundè, opinor, liquet, quod ea indiſcriminatim uſurpari nec poſſint, nec debeant; ſed perinde eligenda, ut morborum potiſſimum cauſis, temperiei corporis, & organorum urinas ſecernentium, & excernentium diſpoſitionibus reſpondeant. Palam vero eſt, faciliùs inter humores per urinæ vias derivari ſeroſos, lymphaticos, & pituitoſos redundantes, quàm bilioſos, auſteros,

aci-

acidos; & melancholicos: quantum enim ii ſtructuræ glandularum renalium reſpondent, tantum iſti ab earundem poris ſecernentibus diſcrepant. Hinc omnes morbi, qui vel à ſeroſo nimium ſanguine deſcendunt, vel à ſero aut lympha in partibus corporis aberrante ſua trahunt natalia, diureticis medicamentis facilè auſcultant. Quapropter in Fluxu Hepatico, in Febribus Lymphaticis, in Hydrocephalo, Anaſarcâ, tubarum Fallopianarum, & ovarii Hydrope, atque aliâ quacunque hujus affectus ſpecie tantam ſępiſſime præſtant opem diuretica, ut nullum fere ſit medicaminum genus, quod ad recenſitos morbos curandos majoribus laudibus à Practicis efferatur. Quoniam vero plurima ſanguinis recrementa perinde cum ſeri particulas conſociantur, atque in earum veluti centris includuntur, ut per glandularum renalium meatus nullo negotio abeant, viſciditateſque ejus, quæ canaliculorum lateribus adhærentes abdominis viſcera infarciunt, à diureticis potiſſimum acrioribus conteri & abripi poſſint; atque renum ſecerniculis accommodari; idcirco iſtud quoque medicamentorum genus optimum Practicis audit in Arthritide, Febribus intermittentibus, Obſtructionibus pancreatis, lienis, hepatis, Ictero, atque Aſthmate ipſo, ſi pulmonum veſiculas viſcidiori materiâ occupentur. Sæpe autem incertum eſt, num calculum renibus hærentem, aut veſicâ concluſum diureticis medicaminibus impellere debeamus; quum aliquando ejus excluſione res feliciter ceſſit; ſed plerumque majori humorum fluxu ad eas partes concitato, & gravius iis à diureticorum ſtimulis perculſis, immane quantum dolor increbuit; & Ægrotantiũ querelę invaluere. Nemini itaq; auctor eſſe velim, ut ad calculum à renibus vel veſica excutiendum diuretica potiſſimum acria adhibeat, ac præſertim ſi enormis ſit ejus moles, & aſpera ſuperficies; ſed potius affectus medelam emollientibus tranſigat. Quod ſi vero minor ſit calculus & recens ortus, aut arenulæ renalibus tubulis inſideant, tunc ſedato prius dolore, & ureteribus ſufficienter relaxatis, poterunt valentiora diuretica uſurpari. Sed in Iſchuria ſive renum, ſive veſicæ nihil non tentandum, ut urina prorumpat, & generoſior adhibenda medicina, ut patientem à lethi faucibus eripiamus. Sed cavendum à diureticis eſt, ſi ex nimia veſicæ diſtenſione ab enormi urinæ copia Iſchuria prognata fuerit, ubi nil fere nocentius eſt quàm novas urinas à renibus in veſicam derivare. Denique in Dyſuria quantum diuretica mitiora urinæ ſimul acrimoniam contemperantiam præſtiterint, nemini non notum, qui aliquando in eo affectu iis uſus fuerit. Vetant autem diuretica, & præſertim acriora, omnes morbi calidi, ut Febres Hecticæ, Ardentes, Peſtilentiales, & confirmata corporis Tabes. Nocent quoque illa in Dyſenteria, & Paſſione Iliaca, in quibus graviſſimum eſt quodcunque acre medicamentum adhibere. Abſint etiam à renum & veſicæ inflammatione, ac potiſſimum in ejus vigore, ne ſtimulis eorũ, ac diffluentis urinæ copiâ dolor earum partium exacerbetur. Liquet autem, quod in Diabete ſive à laxiori renum ſtructura oriundo, ſive ab enormi ſanguinis fuſione ad Williſii mentem producto, cujuſcunque ſint naturæ, diuretica non conveniant. Denique ſi pus aut ſanies cũ urina fluens exulcerationem in viis urinariis demonſtret, acria diuretica minus in uſum ducenda eſſe, non eſt cur dubitemus. Quemadmodum vero Pueri, & in quibus ſeroſi humoris copia redundans morbos facit, diureticis medicaminibus ſunt aptiores; ita viciſsim Senes, & calidis biloſiſque humoribus referti eorum valde acrium diuturnum uſum non facilè perferunt. Mulieribus vero, quæ Fœtum in utero geſtant, & quibus menſtrua largius fluunt, diuretica non ſunt præſcribenda: ſed profluvium earum muliebre, excrementorum copiâ ab utero ad renes declinante, diureticis cedere ſolet. Inter anni autem tempora hybernum æſtivo pro diureticis commodius eſt, quum illo potius, quàm iſto tempore ſerum in venis exuberet. Id vero ante eorum uſum obſervandum, ut morbus ad declinationem acceſſerit, ut humorum craſsities ac tenacitas fuerit ſublata, omniſque dolor, ſi qui in viis urinariis conſiſtat, jam abierit. Sed in iis exhibendis hæc quoque regula ſervanda eſt, ut corporibus aridis, & calidis morbis temperatiora ac liquidiora uſurpemus; in frigidis vero affectibus, & humidioribus corporibus ſicciora & acriora diuretica porrigamus. Ut autem urinæ velocius in veſicam deſcendant, tantopere juvat corpus agitare, ut plerumque hoc dumtaxat artificio calculi etiam à renibus delapſi fuerint.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM,
MORBORUM, ET QUORUNDAM MEDICAMENTORUM.

Lectorem benevolum cupimus admonitum, ut ea, in quibus ſignum ✠ numeris præfigitur, in notis & animadverſionibus adjectis repeti debeant.

A.

AB aſſumpto purgante nauſea quomodo ſiſtenda. 239
Abortus ab apophlegmatiſmis nonnunquam diu uſurpatis. 84
à purgantibus in primis fortioribus. 215
in Muliere 20. annorum ex levi cathartico. 216
Acida, auſtera, &c. Epilepticis nociva. 129
& auſtera plerumque ipſam impediunt purgationem. 154
malè purgantibus admiſcentur, & quare. ibid.
vomitoriis admixta vomitionem plerumque impediunt. 97
Acidi & auſteri humores ſudorifera blanda non vetant, verum potius indicant. 340. 348
quibus corrigendi. 60. 154. 155
Acidum incoctum, ſi moveatur, quid efficiat. 154
Acria &c. enemata non exhibenda è morbo convaleſcentibus. 300
Adſtrictionis alvi plures cauſæ. ✠ 283
quomodo curanda. ibid.
Ægri à graviſſimis ſymptomatibus nonnunquam apophlegmatiſmis liberantur. 59
Æſtatis principio, vel deſinente vere qui purgandi. 231. 232
Æſtivæ purgationes quare vitandæ. 235
Alimentis purgantia, aut laxantia quando addenda. 234. 235
Alvi profluvium hecticis ſuperveniens quid denotet. 212
in peripneumonia periculoſum. 210
in pleuritide itidem. 206. 210
adſtrictæ variæ cauſæ. 283. 284
Alvus adſtricta ſi diu fuerit &c. clyſter præmittatur purganti. 236
quod exemplo illuſtratur. 236. 237
in convaleſcentibus quomodo ſolvenda. 300
in colica ſemper ſoluta ſervanda. 273
An alvus reſpondeat, cognitu neceſſarium. 8
Anaſarca ex quartana in vidua 40. annorum curata. 451. 452. &c.
An, & quid purgandum. 147. 148
Anginæ cauſæ. 160
quomodo generetur. ✠ ibid.
an purgans ipſi conveniat. ✠ 161
in ejus curatione qualis Hipp. ratio. ✠ 77
Angina una cum tuſſi gravi &c. in Viro quadraginta circiter annorum curata. 38
ſumma in Puella cum fluxu menſium copioſo &c. curata. 43. 44
Muliere 50. annorum graviſſima, quæ nullis medicamentis cedens, ope injectionis per ſyringam liberata & curata. 161. 162
Anheloſi ad retinenda enemata neutiquam cogendi. 311
Ani fiſſuræ non admittunt ſuppoſitoria. 295
An in cacochymia purgantia alterantibus præmittenda, vel vice verſâ. 196
Ante apophlegmatiſmos quæ neceſſaria. 86
clyſteris injectionem quid faciendum. 309
purgationem, quid requiratur. 236. & ſeq.
ſudoris provocationem quid agendum. 418. 419
ſternutatoria & errhina quid obſervandum. 29. 30
ſuffimenta quid faciendum. 52
vomitum quid requiratur. 112
urinæ provocationem quid faciendum. 475. 476
Antimonii diaphoretici juxta Freitagium præparatio. 322. 323
Aphthæ ſternutatoria vetant. 27
Apophlegmatiſmi unde dicti. 55
in forma ſicca vocantur maſticatoria. ibid.
liquidi propriè dicti, & ſub his gargariſmata vocantur. ibid.
quomodo operentur. ✠ 87
Apophlegmatiſmorum formulæ variæ. 56. 57. & ſeq.
differentiæ. 55
Apophlegmatiſmi conveniunt.
in Angina pituitoſa. 80
Apoplexiâ. 61
Auditus gravitate, ac ſurditate. 64. 66
Aurium tinnitu, &c. 69
Capitis gravedine, ac Coryzâ. 63
Columellâ à viſcidis &c. intumefactâ. 76. 77
Dolore capitis inveterato. 63
diſtendente, ibid.
Epilepſiâ. 61
Febribus lymphaticis. 79
Humoribus acribus, ſalſis in capite contentis, & in dentes delabentibus. 60
lymphaticis. 59
nimis aquoſis. ibid.
pituitoſis redundantibus. ibid.

viſcidis in capite &c. contentis. ibid.
Iis, qui mollis, humidioris ſunt conſtitutionis. 83
qui ſalivâ &c. abundant. ibid.
Lethargo, omnibuſque morbis ſoporoſis. 62
Linguæ Paralyſi, ac Tremore. 76
Lue venereâ. 79
Odontalgiâ. 57.58.77
Olfactu diminuto, vel deperdito. 75
Pueris. 83
Puſtulis faciei. 63
Ranulâ. 75.76
Salivâ copioſiore. 60
Viſus hebetudine. 70
Apophlegmatiſmi non conveniunt
in Angina pituitoſa, & quare. 80
Arthriticis. 84
Aſthmate. 80.81
Catarrhis ſalſis tenuibus. 79.80
Dentium carie. 80
Gravidis, ac lactantibus. 83.84
Humoribus tenuibus ſalſis. 60
acidis &c. ibid.
auſteris. ibid.
bilioſis. 61
Lue venereâ, & quare. 82
Macilentis, ac morbis extenuatis. 85
Palpitatione cordis. 84
Phthiſi. 81.84
Pulmonum inflammatione. ibid.
Reſpiratione difficiliori. 80.81
Sanguine ex capitis vaſis adhuc ſtillante. 61
Senibus. 83
Suffocatione hypochondriacâ. 81
Syncope. 84
Tuſſi à catarrhis productâ. 81
Ulceribus gingivarum, palati, faucium &c. 80
Apophlegmatiſmum uſurpaturo quid faciendum. 86.87
Apoplexia quæ curabilis, quæ lethalis. 261
duplex ejus ſpecies. ✠ 155
quid agendum in ſanguinea. ibid.
quid in pituitoſa. ibid.
magnum ipſius remedium eſt emeticum. ✠ 99
niſi tamen à plethora oriatur. ibid.
ubi ſanguinis miſſio convenit. ibid.
in Viro 45. circiter annorum in hemiplegiam incurabilem degenerata. 61.62
in Vetula 72. annorum venæ ſectione &c. curata. 261.262
Apozema aperiens, deobſtruens in ictero. 179.180
Aqua Antihyſterica. 82
Benedicta Rulandi. 91
Diuretica. 433.434
Nephritica Mynſichti. 432
Nephritica Zwelferi. 433
Prophylactica Sylvii. 318
Vitæ compoſita. 330
Arthritidi an emetica conveniant, & quando. ✠ 100
ad ipſius præſervationem quid obſervandum. ibid.
cur nobiles Viros ſæpius invadat. ibid.
Hippo. judicium circa ejus eventum. ibid.
Aſcites in Puella viginti quatuor annorum nullis remediis cedens, puſtulis circa femora oriundis, è quibus ſcalpendo magna humoris ſeroſi ſubſalſi copia effluxit curata. 190.191.192
in Fœmina 40. annorum obſervata, in qua poſt varia fruſtra adhibita paracentheſis ſine fructu inſtituta. 192.193. & ſeq.
cum incredibili ſcroti intumeſcentia curata in Viro 46. annorum. 354.355.
ex ſalivatione exorta, curata in Juvene 28. annorum, pituitoſo, imo toto ſcorbutico. 355. & ſeq.
Aſſumpto cathartico à cibo, potuque præcipuè frigido abſtinendum, donec purgatio ſit finita. 240. & ſeq.
Aſſumpto vomitorio quid obſervandum, faciendumque. 114.115.
Aſthma à catarrhis quandoque exoritur. 80.81.
ejus duplex ſpecies. ✠ 100.101
à quibus cauſis producantur. ibid.
emetica in ipſo conveniunt, & quare. ibid.
Auditus gravis quomodo fiat. ✠ 18
ei curando ſternutatoria conveniunt. ibid.
Aurium tinnitus, ac ſonus unde. 69
à quibus cauſis producatur. ✠ 18
apophlegmatiſmi cur illum diſſipent. ✠ 69
cum dolore capitis gravativo in Muliere triginta quinque annorum. 69
Aurium ſordes quandoque lapideſcunt. ✠ 66
quomodo extirpandæ. ibid.
Auſteri humores quomodo corrigendi. 60.61
Autumno qui purgandi. 232

B.

Balſami Lucatelli deſcriptio. 104
Balſamus Lucatelli in hæmoptoe commendatur. ibid.
Bezoardici mineralis præparatio. 323
Bezoar minerale, ut ſpecificum in Eryſipelate capitis commendatur. 327
Bilioſi humores per alvum evacuati ſanant morbum regium. 179
Bilioſis qualia ſudorifera propinanda. 415
Bilis circulari motu agitur inſtar ſanguinis. ✠ 98
Bilis craſſior, & viſcidior quomodo in folliculo fellis in lapillos concreſcat. 153
volatilis, ac acris non deorſum movenda. 154
Blanda diaphoretica in ſcorbuto exhibenda. 383
Butyri Antimonii præparatio. 323

C.

Cachexia quomodo producatur. ✠ 204
monita circa ejus curationem. ibid.
pilulæ ad ipſius curationem. ibid.
Cacochymia quid ſit. 196
Cæcitas in Puero duodecim annorum ex ictu teli miſſilis igniti obſervata. 74.75

viro

Viro apophlegmatiſmo, & collyrio curata. 70.71
Sexagenario cucurbitulis temporibus adhibitis curata. 71.72
Virgine poſt menſium obſtructionem ſetaceo &c. liberata, ſed recidiva cauterio actuali curata. 72.73
Cæcitas cauterio actuali in ſutura ſagittali impoſito curata. 108.109
ex ſternutatorii uſu obſervata. 17
Calculi in urethra contenti quomodo extrahendi. 459.460
Calculo laborantibus diuretica acria, & ſpirituoſa nociva. 467
Calidum purgans aſſumptum ſtatim operatur. 239
Capitis dolores à quibus cauſis proveniant. 341
dolor diſtendens unde. 63
doloribus vexati levantur, ſi alvus reſpondeat, alvo vero adſtrictâ exacerbantur dolores. 264
Gravedo, ac coryza ex viſcidis, pituitoſis, ac ſalſis acribus proveniunt. 63
Caries oſſium undenam. 80
Caſus Puellæ ab ipſo natali ſurdæ mirificus. 68
Cathartica vide purgantia.
Catharticis in pituita viſcida ſemper incidentia ſpirituoſa &c. addenda. 152
Catharticum ſi dyſenteriam &c. inferat, quid faciendum. 246
Catarrhoſis quare ſudorifera proſunt. 413
Catarrhoſi poſt ſudores niſi ſenſim tepeſcant, variis morbis afficiuntur. ibid.
Cauſarum diſtinctio. 2
Cauſæ internæ cognitio. ibid.
Cauterium actuale in cæcinate proficuum. 25.73.75
doloribus Iſchiadicis conveniens. 24
Epilepſiâ. 75
morſu Animalis rabidi. 377
Odontalgiâ. 78
inſtituendi locus in capite quomodo inveniatur. 73.74
Cephalæa in Gravida ſternutatorio curata. 11.12
Cereviſia lixivia in aphthis commendatur. 441
China China ſ. Kinâ Khinâ in quartana adhibitâ plurimi curati. 170
purgantibus quare addenda. ibid.
Chinæ Chinæ varii effectus. ibid.
Cholera unde dicta. ✠ 99
an emetica in ipſa conveniant. ibid.
quid pro ea curanda agendum. ✠ ibid.
Cholera graviſſima cum febre conjuncta vino Rhenano, & aquâ cinnamomi &c. curata. 183
Chymica diaphoretica quare Galenicis præferenda. 322
Cibi faſtidium unde. 110
quid faciendum indicet. ibid.
Cinnabaris antimonii præparatio. 324
Clyſteres quid ſint, & unde dicti. 250
quare præſcribantur. ibid.
omni corpori debili &c. conveniunt. ibid.
quotuplices. 251
Priſcorum qui. ibid.
moderatè calidi, & non frigidi injiciendi. 251.310
nimis frigidi mortis ſubinde cauſa. 310
Clyſteres nutrientes an venas ſubeant. ✠ 257.258
an nutriant. ibid.
an viribus corporis aliquid conferant. ibid.
nutrientes, & corroborantes à nonnullis dari probantur. 257.258
Contrarium probatur. 259
quæ in nutrientium adminiſtratione obſervanda. 257
Clyſteres aſſiduè non adhibendi. 313
dum immittuntur, ægri ſint ore aperto &c. 310
injecti ſi non operentur, quid agendum. 311
non injiciendi in morborum paroxyſmis. 309
omni tempore injici poſſunt. 308
purgationi quando præmittendi. 284
Clyſteres conveniunt.
in alvo adſtricta à fæcibus induratis &c. 383.384
Apoplexiâ, ſed duplo, triplove fortiores requiruntur. 261
Calculo. 254
Capitis frigidis &c. affectibus. 264
debilibus, & qui viribus languent. 260.298
dolore Colico à flatibus &c. 254.272.& ſeq.
Iſchiadico, ſed paulò fortiores. 286
ventris Scorbutico. 254.268
Dyſenteriâ. 253
Epilepſiâ, & quando. 262
Febribus ardentibus, & acutis. 287
quartanis. ibid.
ſyncopalibus. ibid.
validis, & fortibus. ibid.
Gravidis. 260
Hernils. 302
Hydrope. 286
iis, qui ex morbo convaleſcunt, & alvo adſtrictâ laborant. 300
qui multum ante morbum potaverunt. ibid.
Infantibus. 296
Inteſtinorum ulcere &c. 253.279
Ileo. 267
Lethargo &c. 255.264
Lumbricis. 280
Menſtruis ſuppreſſis, ſed paulò calidiores. 289
Ophthalmia. 264
Pueris. 260.296
renum, & veſicæ affectibus. 284
Senibus. 260.296
Singultu. 267
Teneſmo. 254
ventriculo pituitâ &c. obſeſſo. 266
ventris torminibus, & doloribus &c. 272
Clyſteres non conveniunt.
in famelicis. 307
Enterocele. 294
Hæmorrhoidibus. 291
inteſtinorum oppilatione. 293
morborum paroxyſmis. 309
Peſte. 290.291
Prægnantibus. 308
Clyſteres anodyni, glutinantes &c. quandiu retinendi. 309
quibus theriaca, vel diaſcordium additur, commendantur in hypercatharſi &c. 253

Clyſter in contumaciſſima alvi obſtructione nunquam fallens. 255
quod exemplo illuſtratur. 256
Clyſterum quantitas. 251
formulæ variæ. 253. & ſeq.
injectio ex flatibus impedita, quid faciendum. 311
Colica aliquando ab humore acri, vel vermibus, aut flatibus &c. excitatur. 271. 272. 273
bilioſa quid ſit. 276
in Paralyſin quandoque degenerat. ibid.
diuturna Oſtreis curata. 273. 274
in Juvene 21. annorum venæ ſectione in pede, aliiſque medicamentis curata. 274. 275
Colica bilioſa quid ſibi velit. ✠ 276
quid convulſiva. ibid.
quomodo iſta producatur. ibid.
Williſii opinio reijcitur. ibid.
cur Paralyſis aut Atrophia eam inſequatur. ibid.
quomodo curanda. ibid.
Condylomata in vulva ex peſſario exorta. 454
Conſuetudini quid concedendum. 222
Corporis motus vomitionem promovet. ✠ 112
Cortex Peruvianus præſtantiſſimum eſt Febrifugum. ✠ 169
ipſius agendi ratio occulta. ibid.
quomodo exhibendus. ibid.
Monialibus non præſcribendus. ibid.
Ruſticis magis convenit. ibid.
& Mulieribus gravidis. ibid.
corporis bilioſis magis, quàm pituitoſis. ibid.
in conſtitutione aeris ſicca ſalubrior, quàm in humida. ibid.
Croci Metallorum præparatio. 92
juxta Hartmannum. 93
infuſio per chartam quare filtranda. 92
Crocus metallorum per ſeceſſum quando operetur. 91
Croco metallorum ſuccus citri ſi affundatur, digeratur &c. egregium extractum vomitivum. ibid.
Cruda, & incocta purgantibus non ſtatim educenda. 148
Cucurbitularum deſcriptio. 23
modus utendi. ibid.
Cucurbitulæ conveniunt in Angina. 164
Cæcitate. 72
doloribus Iſchiadicis. 24. 410
Hæmorrhagiâ nimiâ. 23
morſu Canis rabidi. 377
Cui lateri incumbendum antequam clyſter injiciatur. 309
Cur in mari navigantes ſtomacho turbentur. ✠ 19. 112
& excrementa coloris herbacei rejiciant. ✠ 19
Cuticula poſt febrim areſacta, fruſtulatim, imo de ſiniſtra manu inſtar chirothecæ abſtracta, in Sexagenario obſervata. 368

D.

DEcoctum ad affectus hypochondriacos. 145
Anaſarcam. 144. 145
Anginam ſingulare. 35
corporis totius intumefactionem. 139
Hydropem. ibid.
Lapathi acuti ſimplex in puſtulis faciei ſingulare. 64
in Ictero commendatur. 181
ad lumborum dolores. 438
morbos pituitoſos chronicos. 128
nephriticum Foreſti. 434
Paralyſin. 128. 129. 134. 328
ſcorbuticam. 328
ſabulum expellendum. 434
ſanguinem depurandum. 125
ſecundinam expellendam. 45
Spaſmum. 328
ſcorbuticum. ibid.
Diarrhœa, vel dyſenteria ſi à purgante proveniat, quid faciendum. 246
Differentiæ, & ſigna ſudorum. 425. 426
Diuretica quid ſint. 429
quotuplicia. ibid.
quando præſcribenda. 430
quomodo operentur. ✠ 429
Diuretica ſimplicia, & vegetabilia. 431
animalia, & mineralia. ibid.
compoſita. 432. & ſeq.
Diureticorum differentiæ. 430
formulæ. 456. & ſeq.
Diuretica conveniunt.
in Anaſarca. 451
Aſcite. ibid.
Calculo renum, ac veſicæ. 459
Cephalalgiâ. 450
Colica paſſione. 455
Dolore colico nephritico. ibid.
Dyſuria. 460
Febribus continuis lymphaticis. 455
intermittentibus. ibid.
Fluxu hepatico. 450
Fluore albo. 472
Hydrope ovarii. 452
tubarum Fallopianarũ, uteri. ibid.
Humoribus acidis. 447
aqueis, ac feroſis. 446
lymphaticis. ibid.
pituitoſis. 447
Ictero. 458
iis, qui circa plenilunium intumeſcunt. 469
Obſtructionibus hepatis. 455
lienis. ibid.
pancreatis. ibid.
Paralyſi ex colica &c. 457
Podagricis. 469
Pueris. ibid.
Scorbuticis. 471
Diuretica non conveniunt.
in Arthritide calidiore. 468
bilioſis, ac calidis. 472
Calculo renum, ac veſicæ. 467
Diabete. ibid.
Dyſenteria. 463
emaciatis. 473
Empyemate. 463
extenuatis morbis chronicis. 473
Febribus ardentibus. 462
Hecticis. 463
Peſtilentialibus. ibid.

Fluxu

Fluxu menſium nimio. 473
Inflammatione renum, ac veſicæ. 466
Ileo. 464
Iſchuria ex nimia repletione. 467
hecticis. 473
iis, qui debiliora habent inteſtina. ibid.
ſæpius afficiuntur morbis renum ac veſicæ. ibid.
ſanguinem, ac pus per urethram excernunt. 448
renum ac veſicæ exulceratione. 467
Tabe ac tabidis. 463. 473
Dolor ardens, ac pulſans unde. 51
arthriticus ab aſſumpto purgante acrior factus. 198
Colicus à quibus cauſis accuratè examinandus. 271. & ſeq.
nephritico vix diſtinguitur. 285
quomodo diſcernendus. ibid. & ſeq.
una cum nephritico undenam. 276
quomodo tractandus. ibid. & ſeq.
colico-nephriticus in Viro quadragenario curatus. 436. 437
Muliere 50. annorum. 456. 457
Viro 50. annorum. ibid.
Gravidâ. 439. 440
Puerperâ cum febre aliiſque ſymptomatibus curatus. 438. 439
Viro 40. annorum cum urina cruenta &c. 448. 449
intolerabilis circa plenilunium ſiniſtrum brachium occupans, ſuffitu liberatus. 49
Iſchiadicus. 24
cauterio actuali curatus. ibid.
recidivus cucurbitulis ſanatus. ibid.
fumo tabaci adauctus. 84
poſt varia fruſtra adhibita, cucurbitulis &c. curatus. 410
Dolores in partibus ſub ſepto transverſo indicant purgationem. 228
ſupra ſeptum transverſum quid indicent. 111
Ducenti & ultra calculi variæ figuræ & magnitudinis in placenta uterina reperti. 440
Dyſenteria quid ſit, & quomodo fiat. ✠ 186
non ſemper eſt cruenta. ibid.
nunquam eſt indolens. ibid.
duplex ejus ſpecies. ibid.
quid in benigna agendum. ibid.
quid in maligna. ibid.
cur purgantia aliquando ei conducant. ibid.
Dyſenteria unde plerumque. 187
quomodo tractanda. ibid.
in Peſte plerumque lethalis. 370
dolorifica in Muliere 35. annorum à fructibus horariis avidè ſumptis exorta, curata. 126
poſt varia fruſtra uſurpata, radice Hippecoana ſanata. 189

E.

ELaterium rarius uſurpatur, & quare. 136
Electuarii antidyſenterici noſtri deſcriptio. 126
antifebrilis. 174
cholagogi Sylvii. 123
diaphoretici. 319. 320
hydragogi Sylvii. 136
J. Zwelferi. ibid.
ex iride Wieri. 137
melanagogi. 133
panchymagogi Zwelferi. 141
phlegmagogi deſcriptio. 127
Elixiris ſalutis deſcriptio. 133
Emetica vide vomitoria.
Emetica quomodo operentur. ✠ 89
cur aqua tepida largiùs epota vomitum inferat. ibid.
Emetica antimonialia in ſubſtantia non exhibenda, & quare. ✠ 92
Emetica an conveniant in Peſte. ✠ 96
an in Angina, & quando. ✠ 105
Emetica conveniunt in affectibus ventriculi inveteratis. ✠ 101
Febribus intermittentibus, & malignis. ibid.
Maniâ & Melancholiâ. ibid.
Vertigine, & Syncope ex conſenſu ventriculi. ibid.
ad ſecundinas ab utero excutiendas. ibid.
Emetica non conveniunt in Aſthmate ab inflammatione partium thoracis, vel à vitio nervorum. ✠ 102
Epilepſia ex oleo vitrioli aſſumpto curata. 129
in Muliere 37. annorum circa plenilunium ordinariò variis aliis adhuc ſymptomatibus ſtipata, curata. 40. 41
cum ſumma narium obſtructione in Infante cruribus carente, manus incurvatas, & poſteriora retractas habente, obſervata. 41. 42
in Puella viginti quatuor annorum ex mœrore Matris obitu obſervata, eaque ſanata. 156
Infante trium ſeptimanarum curata. 263. 264
Epithymum, & polypodium inter aperientia numerantur. 132
Errhina quomodo operentur. ✠ 5
ſubtiliores ſuas particulas ad cerebrum tranſmittunt. ibid.
Errhina vide ſternutatoria.
unde dicta. 4
caputpurgia, & naſalia vocantur. ibid.
quomodo operantur. ibid. & ſeq.
liquida ſunt vel ſicca. 5
proficua ſunt in febribus lymphaticis, catarrhalibus, capitis affectibus pituitoſis, polypo (adverſus quem ſuccus naſturtii aquatici, & elaterii in primis, & ſpecificè commendatur.) 6
Errhinum infuſum in capitis affectibus diuturnis, & contumacibus utile. 7
decoctum ad Ozænam, in primis ex lue Venerea ortam, perquàm utile. ibid. & ſeq.
Errhinorum liquidorum quantitas. 9
formulæ variæ. 7. 8. & ſeq.
Eſula nonniſi correcta in uſum vocetur, & quare. 135
Eſſentia diaphorecica. 321. 322
nephritica Zwelferi. 433
Ex clyſterum acrium uſu in Peſte nonnunquam dyſenteria &c. lethalis exoritur. 290. 291
Errhinorum, ptarmicorumque uſu ſi ardor, & dolor percipiatur, quid faciendum. 31

ptar-

ptarmicorum uſu in Pueris epilepſia nonnunquam oritur. 26
ſternutatorio cæcitas obſervata. 17
glaucus quidam factus. ibid.
Extractum antipeſtilentiale Zwelferi. 320
antiquartanarium diaphoreticum. 321
catholicum. 142
febrifugum noſtrum. 131
purgans, ac vomitivum ex croco metallorum. 91

F.

Faciei puſtulæ unde plerumque. 63
Fæces diutius retentæ quid mali efficiant. 119
emollientia quotuplicia. ibid.
Febris continuæ famelicæ deſcriptio. 361. & ſeq.
quod exemplis illuſtratur. 362. & ſeq.
epidemicæ anni 1691. brevis deſcriptio. 364. & ſeq.
qualia, & quæ medicamenta in uſum vocata, & adhibita. 365. & ſeq.
Febrium in paroxyſmis quare purgantia non uſurpanda. 214
Fiſtula clyſteris quomodo immittenda. 310
Fluoris albi duplex ſpecies. ✠ 472
quomodo utraque producatur. ibid.
an diuretica in Profluvio Muliebri conveniant. ibid.
Fluxus hæmorrhoidum periodicus cum ſummo ani dolore & pruritu in Viro quadraginta annorum. 294. 295
recidivus ſummo cum dolore à glande ex ſaccharo Saturni &c. confecta exortus. ibid.
graviſſimus ex nimia ambulatione per aerem calidiorem curatus in Viro 34. annorũ, bilioſo, & cephalalgiâ periodicâ afflicto. 292. 293
nonnunquam ex nimio clyſterum uſu. 291
menſtruus continuus per quatuor menſes in gravida obſervatus. 348
menſium nimius purgantia vetat. 214
quid faciendum indicet. ibid.
Uterinus poſt abortum primò periodicus, poſtea continuus ex ſecundinis retentis. 44. 45
Fluxus hepaticus quid ſit. ✠ 351
an hepar in ipſo affectum. ✠ 352
quomodo fiat. ibid.
quinam verus, qui autem ſpurius Veteribus dictus. ibid.
monita circa ejus curationem, quæve in uſum ducenda. ibid.
Folia marrubii in Ictero valde commendantur. 179
Fortiora purgantia in Hydrope an, & quando conveniant. 190
Fortiſſima purgantia in Colica flatulenta ſubinde nequidem alvum laxant. 272
Frequens ſaliva quid indicet. 110
Frigidus potus in ipſa purgatione aſſumptus quid efficiat. 241
Frigus quid ſubinde efficiat. 113

G.

Gargariſmata quid ſint. 55
Glans quid ſit. 252
Glaucoma ex ſternutatorio. 17
Globulus per 30. annos ſine incommodo geſtatus, ſaltando dolor atrociſſimus exortus cum cruris motus inhibitione, verum exciſo globulo in momento curatus. 218. 219
Gratiola quare corrigenda. 135
Gravida Herniâ flatuoſâ laborans curata, & quomodo. 27

H.

Hæmoptoe graviſſima in plethorico triginta duorum annorum. 103
Hæmorrhagia narium in Peſte plerumque lethalis. 370
quomodo curanda. 204
Vertigines ſolvit. 205
uterina poſt abortum primò periodica, poſtea continua, curata. 44. 45
Hæmorrhoides ſæpius ex durioribus fæcibus excitantur, & quare. ✠ 291. 292
Hæmorrhoidum fluxus ex frequenti clyſterum uſu nonnunquam. 291
quod exemplo illuſtratur. 292
graviſſimus ex nimia ambulatione &c. exortus. 293
periodicus cum ſummo ani dolore ac pruritu curatus in Viro 40. annorum. 294. 295
Helleborus abſque formidine exhiberi poteſt. 192
Hemiplegia quomodo fiat. ✠ 347
Hepaticus fluxus quid ſit, & quomodo curandus. 351. 352
Hepatis inflammatio quando requirat purgantia, vel non. 311
Hernia ut plurimum à peritonæi relaxatione fit. ✠ 306
rarius ex ipſius ruptura, & quando. ibid.
cauſæ eam producentes. ibid.
nequit interior peritonæi tunica diſrumpi, & exterior incolumis manere. ibid.
Hippecoanæ, vel Hippoacannæ nigræ radicis deſcriptio, ac vires. 189
Hippoacanna ſpecifica eſt in dyſenteria. ibid.
Hemiplegia febri ſuperveniente curata. 347
Hernia ſcroti in Viro 40. annorum ex alvo adſtrictiori, qua repoſitâ, æger ſibi ipſi enema ſubinde injiciens liberatus. 302
inguinalis in Muliere 50. annorum ſæpius dolore colico vexata, quæ nec manu Chirurgi reſtaurari potuit, etſi jam materiam ſtercoream evomeret, abdominis tamen apertione facta, reducitur, ſed quarto poſt apertionem die fatis ceſſit. 302. 303. 304. 305
umbilicalis emplaſtro curata. 27
Herniæ inciſione curatæ. 306
Hernioſis ſternutatoria non conveniunt. 27
Humores aquoſiores in inteſtinis &c. exiſtentes ſtatim evacuandi. 152
bilioſi per alvum educti curant Icterum 179
Humoris evacuandi quantitas certa dici nõpoteſt. 149

Humor melancholicus quando movendus. 183
noxius ſemper educendus. 148
Humores quantitate, non vero qualitate peccantes educendi. 153
turgentes agitati &c. quomodo tractandi. 230
Humorum coctio undenam concludenda. 229
Hydatides in ovariis Mulierum non ſunt cum ovulis confundendæ. ✠ 453
Hydrocephalus quid ſit. ✠ 12
variæ ejus differentiæ. ibid.
recens natis magis, quàm adultis contingit, & quare. ibid. & ſeq.
quibus curetur. ✠ 12
ſternutatoria conveniunt. ibid.
ſed cautè in Infantibus adhibenda. ibid.
Hydrocephalus ambitu ulnam cum quadrante excedens. 450
Hydrops quomodo fiat. ✠ 353
cur in partibus inferioribus primùm ſe manifeſtet. ibid.
cur acutos morbos ſæpius ſequatur. ibid.
quomodo ab enormi ſanguinis evacuatione fiat. ibid.
quomodo ex Aſthmate, & Palpitatione cordis. ibid.
quomodo ex immoderato ſpirituoſorum uſu. ibid.
monita circa ejus curationem. ibid. & 189. 190
Hydrops quomodo curandus. 189. 190
ovarii. 452
uteri. ibid.
Hydrops ovarii quomodo fiat. ✠ 452. 453
difficulter cognoſcitur, & difficilius curatur. ibid.
Hydrophobia ex morſu rabidi Felis poſt ſeptimanas obſervata, nec nullis cedens remediis. 376. 377
Hyeme humores crudiores &c. generantur. 98
inferiores ventres purgandi juxta Hippocratem. 232
Hypercatharſis à cereviſia frigida in ipſa purgatione ſumpta. 241
ab hauſtu levi purgante in Viro quadragenario obſervata, & curata. 299
Hypochondriaci cur fæces duras, & in globulos diſtractas excernant. ✠ 283

I.

Icterus quid ſit. ✠ 178
cauſa ejus juxta Veteres & Sylvium. ibid.
utraque reijcitur. ibid.
obſtructio hepatis modo illum præcedit, modo ſequitur. ibid.
ex ira, & triſtitia quomodo fiat. ✠ 179
ex Viperæ ictu. ibid.
quomodo Febribus ſuperveniat. ibid.
quando cathartica ei conveniant. ibid.
Ictero febris ſuperveniens quid indicet. 181. 182
Icterus quomodo tractandus. 181
Icterus in Fœmina melancholica 42. annorum curatus. 179
graviſſimus in Viro 48. annorum ex febre tertiana exortus. 180. 181
menſtruus in Fœmina. 454
Iliaca paſſio quid ſit, & quomodo fiat. ✠ 267. 268
unde vehemens ejus dolor. ibid.
ſæpe ab inteſtinis involutis, implexis, eorumque intuſſuſceptione oritur. ibid.
quid agendum in ejus curatione. ibid.
purgantia non conveniunt. ibid.
& quando clyſteres. ibid.
Iliaca paſſio poſt varia fruſtra tentata remedia, fumo tabaci in anum inflato ſanata. 465
Immodicus vomitus quid mali afferat. 108
In Apoplexia, Lethargo &c. duplò, triplove potentiora requirũtur purgantia, & clyſmata. 15. 155. 157
commendantur apophlegmatiſmi. 156
vomitoria ex antimonio laudantur. 92
dolore Colico cauſa accuratè examinanda. 271
Induſia, ſudoribus eruptis, madida non cum frigidis, ſed cum ſiccis calidis mutanda. 423
quod exemplo illuſtratur. ibid. & ſeq.
Infans trium dierum excoriatus per menſem vixit, & poſtea pinguefactus &c. 182. 183
10. annorum ulcere noma laborans, cum maxima inferioris maxillæ parte carie affectâ, & genâ gangrænâ fere infectâ, variis adhibitis remediis omnis generum, & labiorum durities, ac tumor evanuit, & dimidia maxillæ inferioris parte ſublatâ, curatus eſt. 386. & ſeq.
In Febribus quando purgandum. 166. 167. 233
antifebrifuga purgantibus admiſcenda. 166. 246
gravidis ſternutatoria non commendantur. 26
Inflammationes internæ, ac externæ quomodo optimè curantur. 389
Injectiones per ſyringam in Angina commendantur. 162
In Lethargo, & Mania errhinum ſpecificum. 7
linguæ tumore quando purgantia exhibenda. 159
morbis acutis quando, & quare purgandum. 160
Ophthalmiâ alvus aperta, bonum. 264
adſtricta, malum. ibid.
Paralyſi vehementiora requiruntur purgantia. 159
paroxyſmo Epileptico purgantia quare non exhibenda. 156
partu difficili, Fœtu mortuo &c. ſternutatoria conveniunt, & qualia. 18. 19
Peſte non tam humorum peccantium quantitas, quàm qualitas peccat. 290
quare clyſteres non conveniunt. 291
Pueris ſternutatoriis Epilepſia, motus convulſivi quandoque excitantur. 26
ſalivatione quid notandum. 79
ſudoriferorum uſu circumſpectè agendum. 332. 333
Inſtrumentum ad laryngotomiam inſtituendam aptum. 163
Inter apophlegmatiſmi uſum quid requiratur. 86
diureſin quid agendum. 476. 477
ſternutandum quid faciendum. 30. 31
ſudoris eruptionem quid faciendum requiratur. 419. & ſeq.
ſuffumigandum quid agendum. 52. 53

Intu-

Intumeſcentia totius corporis, & oculorum tumor graviſſimus in Muliere curata. 145
Iridis ſuccus quibus non exhibendus. 135. 136
Iſchuria à nimia veſicæ repletione quomodo oriatur. ✠ 467. 468
quomodo curanda. ibid.
Iſchuria diuretica quando vetet. 467. 468
ex nimia repletione exorta, beneficio catheteris curata. 460
per 18. dies durans, hæmorrhagiâ narium ſanata. ibid.
lunatica vel venæ ſectione, vel tempore plenilunii curatur. ibid.
in Viro 36. annorum undecimo morbi die ſuperata. 461. 462
lethalis in viro ſexagenario obſervata. 461
Juvenis 26. annos natus circa lumbos ſicâ vulneratus, curatur, remanente lumborum dolore, poſt annos quoſdam apparet tumor infra inguen, ex quo aperto ſeri magna copia effluxit, tandem oſſiculo extracto, curatus. 216. 217. 218
20. annorum tertio febris paroxyſmo corripitur dolore intolerabili, ac rubore totius corporis, qui ſubitò in nigredinem horrendam mutatur, aſſumptâ vero mixturâ, & infuſione pedro del porco liberatus. 367
23. annorum à Cane rabido vulneratus, cucurbitulâ, & cauterio actuali &c. reſtituitur. 377. 378
28. annorum dolore Iſchiadico diu afflictus, internis externiſque incaſſum adhibitis, cucurbitulis &c. curatus. 410. 411
Juvencula 14. annorum pallida, melancholica poſt fructus horarios &c. incidit in varia ſymptomata à lumbricis oriunda, quibus enemate &c. ejectis liberata. 281. 282

L.

LAc dulce in venenis convenit. 95
vomitu vehementi commendatur. 115
Lapidis pedro del porco deſcriptio. 316
vires, & uſus. ibid.
Lapis armenius non præparatus exhibitus quid efficiat. 132
quomodo præparetur. ibid.
Laudanum opiatum Antihyſtericis quare addatur. 82
in ſingultu tanquam ſacra anchora commendatur. 115
urinatium Michaelis. 435
Lethargus in quadragenario obſervatus, qui medicamentis appropriatis à Lethargo liberatus, manente febre, tandem fatis ceſſit. 158. 159
Lenitivorum purgantium formulæ. 120. 121
Leve catharticum inſuetis præſcribendum. 222. 223
Liquidiora cathartica ſiccioribus corporibus præſcribenda, & vice verſâ. 149
Lues venerea morbus eſt venenatus. ✠ 201
ſui fermenti vires inſignes ex ſpeciali ipſius contextu ſunt repetendæ. ibid.
ejus domitor Mercurius eſt. ibid.
Luis venereæ primaria, & ſecundaria cauſa. 201
Lues venerea in Muliere quinquagenaria, poſtquam totum ſeptum narium elapſum, & palati, & Zygomatici oſſis pars deciderat, curata. 202. 203
Lumbrici variorum ſymptomatum in Juvencula. 281. 282
necnon in Puerulo 4. annorum. 282. 283
quotuplices. 280. 281
optimè per clyſteres dulces præcipuè ex lacte confectos, non vero amaros aut oleoſos educuntur. ibid.
amara purgantia per os exhibenda. ibid.

M.

MElancholici, niſi præparati, non ſunt purgandi. 183. 212
infra, non vero ſupra purgandi juxta Hippocratem. 97. 183
Melancholia ſumma in Fœmina quinquagenaria ex animi mœrore curata, ſed ex ira recidivam paſſa, fatis ceſſit. 183. 184. & ſeq.
Menſtrua ſuppreſſa cum præcordiorum anxietate, & animi deliquio &c. in Puella 19. annorum curata. 349. 350
cum præcordiorum anxietate, ſuffocatione hypochondriacâ &c. ex mœrore in Fœmina 36. annorum. 350. 351
ac ſuffocatio hypochondriaca &c. ex acidis auſteris &c. avidè aſſumptis exorta, eaque liberata. 379. 380
ſi ſeneſcentibus Mulieribus deficiant, quid faciendum. 382
Menſtruorum fluxus per 4. menſes continuus in gravida. 348
Mentha vomitum ſiſtit. 115
Mercurialia pro ptialiſmo excitando cautè uſurpanda. 79
Mercurii vitæ deſcriptio. 93
Meſenterii varii affectus, & cauſæ. ✠ 182
plerumque Febrium, & dolorum inteſtinalium eſt cauſa. ibid.
Mixtura antiepileptica. 156. 263. 342
anticatarrhalis. 403
anticolica. 275. 298. 329. 439
antihypochondriaca. 20. 82
antihyſterica. 241. 288. 350. ibid. 380
antinephritica. 436. 439
antiparalytica. 221
antipleuritica. 327
antiſcorbutica. 269. 386
cardiaca. 176. 194. 304
carminativa. 274. 326
cephalica. 15. 158. 343. 345. 366
colico-antinephritica. 379. 456
de tribus. 319
diaphoretica. 325. 339. 375. 379. 393. 400. 412
pectoralis. 165. 392
pro hæmoptoe. 103
ſtomachica. 243. 256. 339. 421
Morbi natura, pars affecta, quando, & quomodo Medico innoteſcant. 2. 3
Morborum cauſæ, differentiæ, & tempora. ibid.
Morbus quomodo tractandus. 3
Moſchi odor cur Mulieres hyſtericas reddat. ✠ 53

interne exhibitus paroxyſmum hyſtericum curat. ✠ 54
ſincerus naribus adpoſitus ſanguinem prolicit. ibid.
Motus convulſivi ex uſurpatione olei vitrioli. 129
Moxa Sinenſis quod plantæ genus ſit. ✠ 75
optima eſt dolorum medicina, ſi ſupra partem dolentem comburatur. ibid.
Mucus per nares fluens unde deſcendat. ✠ 4
an ſeroſa cerebri recrementa per proceſſus mammillares in nares poſſint delabi. ibid.
Mulier annorum quadraginta & octo à larga venæ ſectione ob menſes ſuppreſſos inſtituta, incidit in appetitum diminutum, & quartanam diuturnam cum memoriæ labefactatione &c. 57. 58
pituitoſa 50. annorum poſt varios fructus horarios incidit in ventriculi frigiditatem, voracitatem, & dolorem ventris rodentem &c. 271. 272
quadragenaria melancholica ex Quartana diuturna incidit in Dyſenteriam graviſſimam, qua curatâ, poſt annum affligitur dolore colico-nephritico, tandem excretis calculis, ſanata. 277. 278
quadraginta & quinque annorum melancholica, ſalitis, fumo induratis, &c. dedita, urinam crudam, ſed curru vecta, cruentam una cum nauſea, & vomitu &c. reddidit, cum cruris ſtupore, tandem calculo ad formam & magnitudinem fabæ excreto, curata. 285. 286
38. annorum melancholica variis doloribus vexata, & alvo adſtrictâ laborans, variis uſa clyſteribus incidit in fluxum hæmorrhoidum, ſed venæ ſectione &c. curata. 292
34. annorum poſt fructus horarios incidit in præcordiorum anxietatem, & menſtrua ſuppreſſa &c. cum appetitu abolito, ex Jalappa ſumpta hypercatharſis cum febri, & doloribus ſecuta. 329. 330
36. annorum pituitoſa tempore gravidationis Odontalgiâ, alvo adſtrictâ &c. nonnunquam laborans, per ſex, ſeptemve hebdomadas poſt puerperium liberata. 342. 343. & ſeq.
48. annorum melancholica &c. ex Vertigine in Hemiplegiam incidit, ex veſicatorio, & cucurbitula nuchæ impoſitis levamen, poſt biennium febri graviſſima correpta, ab Hemiplegia liberata fuit; ſed eodem momento alterum latus dicto malo afficitur, & poſt triduum fatis ceſſit. 346. 347. & ſeq.
34. annorum pituitoſa menſtruorum purgationem habens, frigidiſſimum aera veſperi ſubiens, omnimodâ menſium ſuppreſſione, tuſſi, &c. corripitur, hauſtu diaphoretico, pilulis anticatarrhalibus &c. curata. 379
40. annorum melancholica &c. ex acidis, auſteris &c. avidè aſſumptis, in menſium ſuppreſſionem, ac ſuffocationem hypochondriacam &c. incidit, & curata. 379. 380. & ſeq.
24. annorum enixo Fœtu, lochiorum fluxum graviſſimum paſſa, & tantum animi deliquium, ut mortua haberetur, quibus internis externiſve denuo brevi reſtituta. 381. 382
quinquagenaria Variolis deformis, Variolis denuo formoſior reddita. 393. 394
61. annorum de extremarum partium frigore, & dolore quodam titillante &c. conquerens, quarto die tumor in pede ſiniſtro apparuit ſubalbidus, veſiculis nonnihil flavis hinc inde obſeſſus, partibus ſubjacentibus gangrænatis imo ſphacelatis, & brevi altero crure, ambabus manibus, ac brachiis ad humeros uſque ſphacelatis obiit. 401
30. annorum poſt varia animi ſymptomata capitis dolore rodente, Coryzâ, tuſſi imo moleſtiſſima, & febri continua correpta, variis fruſtra exhibitis, fatis ceſſit. 402. 403. & ſeq.
quinquagenaria catarrhoſa dolore brachii immediatè infra muſculum deltoidem correpta, cucurbitulis cum flamma, & pilulis anticatarrhalibus curata. 409. 410
32. annorum melancholica dolore Iſchiadico intolerabili afflicta, poſt varia incaſſum adhibita, veſicatoriis brevi ſanata. 411
Mulieribus gravidis cur fæces maneant. ✠ 283
Mutationes ſpontaneæ in Quartanis quando. 171
Mutus ex larga venæ ſectione quidam factus. 68
Myrobalani pro ſpecifico antidyſenterico habentur. 132

N.

NArium Hæmorrhagia ſternutatoria vetat. 21
in Peſte plerumque lethalis. 370
quomodo curanda. 204
Vertigines ſolvit. 205
ulcera non commendant ſternutatoria. 22
Nauſea quid faciendum indicet. 111
ab aſſumpto pharmaco excitata, quomodo ſiſtenda. 239
Nephriticus dolor vix à Colica diſcernendus. 285
quomodo diſtinguendus. ibid.
Nephritici cur crurium ſtuporem patiantur. ✠ 285
& teſticulorum retractionem. ibid.
Nephriticis ſternutatoria nocent. 27. 28
Nephritis in Viro quadragenario curata. 436. 437
cum febre &c. in Puerpera ſanata. 438. 439
in Gravida curata. 439. 440
Nicotiana, optimus ſuffitus. 36
Nigredo totius corporis tertio paroxyſmo febrili obſervata. 367

O.

OBſtructiones pertinaces ac inveteratæ quomodo curandæ. 213
Oculorum morbi ſternutatoria vetant. 21
mador quid indicet. 109. 110
Odontalgia in Gravida cauterio actuali curata. 78
Odoratus organum quale. ✠ 33
Odores quomodo ex objectis in nares adveniant. ✠ 33

cur ex ipſis inſignes alterationes in partibus corporis fiant. ibid.
cur ex eodem odore æquè omnes Homines non afficiantur. ibid.
Olei febrifugi deſcriptio. 130
Oleum vitrioli antiſcorbuticum & præſervativum in Nautis, & per mare navigantibus. 384
Ophthalmia ſanguiſugis curata. 72
in Juvene 26. annos nato, ex Baccho nimio calefacto aera frigidum diutius ſubeunte orta, eaque curata. 265.266
Ophthalmiæ profluvium alvi ſuperveniens bonum. 264
alvus adſtricta nocet. ibid.
Oxyſacchari vomitivi Angeli Salæ deſcriptio. 92
Ozæna nonnunquam ex Scorbuto provenit. 8
quæ medicamentis vix cedit, & niſi antiſcorbutica admiſceantur, ægri extenuantur. ibid.
decoctum tali in caſu utile. ibid.
Oſſa ſpongioſa quinquaginta & ultra in tumore pedis digiti majoris inventa. 383
Oſſium caries undenam. 80

P.

PAracentheſis abdominis in Aſciticis quando inſtituenda. ✠ 191
cur illâ aliquando inſtitutâ Febricula accedat, & deinde mors. ibid.
Paralyſis à ſpaſmodica meningum contractione. ✠ 347
Paralyſeos cauſa. 344
Paralyſi ſi Scorbutus adſit, tum antiſcorbutica antiparalyticis addenda. 328
decoctum conveniens. ibid.
Paralyſis ex Colica bilioſa. 457
Paraphrenitis quomodo tractanda. 206
Paraphrenitis non ſemper eſt ab inflammato diaphragmate. ✠ 205.206
Peripneumonia quare vetet purgantia. 210
Peripneumoniæ alvi profluvium ſuperveniens periculoſiſſimum. ibid.
Peripneumonia quantum à Pleuritide diſcrepet. ✠ 209. 210
Petronii opinio circa ſedem Pleuritidis reijcitur. ✠ ibid.
Peſtis cauſa in qualitate, non in quantitate conſiſtit. 369
quomodo curanda. 213 369. & ſeq.
Peſtis origo. ✠ 369. & ſeq.
an ei contagium colligatum ſit. ibid.
ipſius venenum ſaponis fœtor exſuſcitat. ✠ 423
Pharmacum catharticum Fœtui nocivum. 150
Pharmaca cathartica vide purgantia.
Phrenitis quomodo fiat. ✠ 205
non ſemper conjungitur cum meningum inflammatione. ibid.
Phrenitis quomodo curanda. 205
Phthiſis à Catarrhis &c. nonnunquam provenit. 211
Pilulæ anticatarrhales. 379
aperientes, & purgantes. 172.174
ad Dyſenteriam. 125.126
menſes ſuppreſſos. 135.140.146.195
Suffocationem hypochondriacam. 141.146
vomitum ſiſtentes. 115
Pilularum catholicarum præparatio. 143
Pituita tenax & viſcida quare ptarmica vetet. 13
copioſa in capite errhinum indicat. 11
viſcida copioſior in ventriculo quare ſtatim educenda. 152
vitrea unde dicta, & quare purgationem vetet. 154
Placenta uterina ultra ducentis calculis oppleta. 440
Plethorici quare non ſternutandi. 27
Pleuritis quomodo tractanda. 206
in Viro triginta & ſeptem annorum curata. 165. 166
Pleuritides 1685. & 1686. graſſantes. 207.208
quibus armis debellatæ. ibid.
quod exemplis illuſtratur. 208. & ſeq.
Pleuritidi curandæ quando ſanguinis miſſio, quando vero catharticum conveniat. ✠ 164.165
Pleuritis in Puella venæ ſectione &c. liberata, remanente reſpiratione difficiliori ac tuſſi &c. tandem conqueſta de dolore punctorio, ac tumore circa quintam & ſextam coſtam, quo ſponte aperto, decocto &c. convaluit. 390. & ſeq.
in Juvene 23. annorum cum faciei Eryſipelate œdematode curata. 389.390
Polypum cordis non admiſit Kerckringius. ✠ 404
ejus opinio refutatur. ibid.
Polypo cordis affecti de quibus conquerantur. 404. 405
affectis diaphoretica volatilia nocent. 405. 407
quod exemplo illuſtratur. ibid.
Polypi narium qualis ſit natura. ✠ 9
quæ in ejus curatione obſervanda. ibid.
unguentum egregium pro ejus curatione. ibid.
Poſt alterum paroxyſmum febrilem anni 1691. nonnulli ſurdi, ac muti redditi. 366
ἀποφλεγματίζοντα quæ conducant. 87
clyſterum injectionem quid requiratur. 311. 312
diureſin quid faciendum. 477.478
errhina, ptarmicave quæ conveniant. 31
eruptionem ſudorum quid agendum. 423. & ſeq.
purgationem quid faciendum. 243. & ſeq.
quartanam curatam quid neceſſariò obſervandum. 130
ſuffimentum quæ conveniant. 53
vomitum quid agendum requiratur. 115. & ſeq.
Potentiora diaphoretica quibus, & quando exhibenda. 332
unico hauſtu ſumpta quid efficiant. ibid.
Potionis copioſæ neceſſitas demonſtratur. ✠ 429
Prandium iis non dandum eo die, quo catharticum ſumpſerunt, & quare. ✠ 240.241
Prægnanti quando purgans concedendum. 215
purgationes menſtruæ curſum ſuum tenentes, quid indicent. 348
Procidentia uteri, quid ſit. 45
Prolapſus uteri quid ſit. ✠ ibid.
alius verus, alius falſus. ✠ 46
Puella quinquies Variolis laboravit. 394
Puerperis ſi ſanguinis cum ſecundinarum retentione

immodicè fluat, quid agendum. ✠ 45
Puer 8. annorum poſt ova valde dura comeſta incidit in Febrim, & motus convulſivos, mixturâ diaphoreticâ &c. curatus. 412
8. annorum ex prava diæta incidit in varia ſymptomata calculum indicantia, balſamo ſulphuris aniſato &c. ſanatus. 443.444
Puerulus 4. annorum poſt lacticinia, ſaccharata &c. in varia ſymptomata Lumbricos concomitantia incidit, pulvere &c. liberatus. 282.283
4. annorum à nativitate Rachitide laborans, duobus tumoribus circa muſculos deltoides correptus, quibus ſponte apertis, oſſa humeri capitibus orbata extra ulcera protuberantia obſervata, tandem obiit. 388.389
Pulmones calidos habentes, ad ſudores procliviores &c. qualia diaphoretica requirant. 413
Pulmonum Eryſipelas Hipp. quid ſibi velit. ✠ 210
in quo à Peripneumonia diſcrepet. ibid.
Pulmonum morbi ſternutatoria vetant. 23.24
Pulvis ad inteſtini recti procidentiam. 36
menſes ſuppreſſos. 196
mucoſam ac ſabuloſam materiam renum, ac veſicæ expellendam potens. 443
quartanam. 138
antipleuriticus. 165
Comitiſſæ Kent. 317
diaphoreticus è capite mortuo butyri antimonii præparatus. 323
diureticus Auctoris. 435
è chelis Cancrorum Londinenſis. 317
hydragogus Michaelis. 138
lithontriptycus Rolfincii. 435
odontalgicus. 57
panchymagogus Quercetani. 144
Pulvis Cornachini adverſus Apoplexiam. ✠ 155
Purgantia medicamenta, quotuplicia. 118 & ſeq.
impropriè dicta, quæ. ibid.
ſunt vel ἐκκοπρωτικά & ὑπακτικά. ibid.
lenitiva quid ſint, & quid agant. 118
ἐκκοπρωτικά qua ratione operentur. ibid.
ὑπακτικά catharticis præmittenda, & quare. ibid.
quando præſcribenda. ibid. & ſeq.
propriè vulgò dicuntur καθαρτικά φάρμακα. 121
quomodo operentur. ibid. & ſeq.
ſive cathartica electivè ita dicta dari, probatur. 122
diſtinguuntur in cholagoga, phlegmagoga, melanagoga, & hydragoga. ibid. & ſeq.
cholagoga ſimplicia. ibid.
compoſita. 123.124. & ſeq.
Purgantia phlegmagoga ſimplicia. 127
compoſita. 127. 128
Purgantium phlegmagogorum formulæ. 128. & ſeq.
Purgantia melanagoga ſimplicia. 132
compoſita. 133
Purgantium melanagogorum formulæ. 134. & ſeq.
Purgantia hydragoga ſimplicia. 135.136
compoſita. 136.137.138
Purgantium hydragogorum formulæ. 138. & ſeq.
Purgantia panchymagoga ſimplicia, quæ. 141
compoſita. 141. & ſeq.
quomodo, & quando præſcribenda. 148
liquidiora ſiccioribus corporibus exhibenda, & è contra. 149
Purgantia non operantur trahendo humores ad inteſtina, nec humores corporis corrumpendo. ✠ 121
neque etiam irritando. ibid.
quomodo ergo operentur. ✠ 122
cur aliquando humores per alias vias ducant. ibid.
eorum vis electiva quo ſenſu admitti poſſit. ✠ 122.123
cur quædam bilem evacuent. ✠ 123
cur nonnulla pituitam, alia vero aquas educant. ibid.
Purgantia, ſeu pharmaca cathartica conveniunt.
in affectibus ſoporoſis. 157
affectione hypochõdriacâ. 183 & ſeq.
Anginâ, & quando. 159. & ſeq.
Apoplexiâ. 155
Arthritide, ſed in principio. 197
198.216
aſſuetis. 222
Aſthmate 164
bile p.n. copioſiori. 151.152
Cacochymiâ. 196
Diarrhæâ bilioſâ incipiente 186
duram vitam agentibus. 223
Dyſenteriæ principio. 186. & ſeq.
Epilepſia. 156
fame diminutâ vel abolitâ. 177
febribus continuis, ac intermittentibus. 166. & ſeq.
humoribus aquoſioribus in inteſtinis exiſtentibus. 152
concoctis, inciſis, ac præparatis. 152.153
turgentibus, & agitatis. 230
vitioſis, &c. ibid.
iis, qui ſunt calidæ ac humidæ conſtitutionis. 222
Hydrope. 189. & ſeq.
Ictero flavo. 178. 179
Juvenibus. 215
Lue Venereâ. 201.202
Melancholiâ. 183. & ſeq.
menſibus ſuppreſſis, &c. 195
morbis chronicis. 197
acutis. ibid.
meſenterii. 182
Mulieribus. 215
noctu ſudantibus 215.128
Paralyſi. 159
pituitâ viſcidâ in ventriculo copioſiori. 152
Pleuritide & quando. 164.165
Prægnantibus. 215
pravis ſuccis refertis. 223
Scabie. 199. & ſeq.
Tumore linguæ. 159
ventre ſuppreſſo. 196
Vulneribus. 203.216.217
Ulceribus. 203.219. & ſeq.
urinis ſedimento refertis. 229
limpidis & claris in phthyſicis. ibid.
Purgantia ſeu pharmaca cathartica non conveniunt in

in animo aſſiduè linquentibus. 225
bile viſcidiori ac craſſiori. 153
valde volatili & acri. 154
citò &c. vomentibus. 226
debilibus. 224
doloribus arthriticis. 214
cæteriſque vexatis. 227
hepatis inflammatione. 210. 211.
Febrium intermittentium paroxyſmis. 214
Purgantia pharmaca cathartica non conveniunt
in fluxu alvi diuturniore. ibid.
Hæmorrhagiâ. 204
illis, quorum ilia inflata, aut extenuata &c. 226
inſuetis. 227
intemperantibus, vinoſis &c. 226
lymphâ, ſalivâ, ſucco pancreatico acidioribus, vel auſterioribus. 154
Melancholiâ hypochondriacâ. 212. 213
nimio menſium fluxu. 214. 226
obſtructionibus pertinacibus &c. 213
oris ventriculi inflammatione. 210
Paraphrenitide. 205. 206
Peripneumoniâ. 209. 210
Peſte, Febribus malignis &c. 213. 226
Phrenitide. 205
pituitâ nimis viſcidâ. 154
vitreâ. ibid.
Pleuritide. 206
Prægnantibus, quando autem. 226
Pueris. 223
rarâ corporis texturâ præditis. 227
ſanguine multo abundantibus. 225
ſanis. 226. 227
Senibus. 223
Singultu. 212
Tabe vel Atrophiâ laborantibus. 212. 226
Tuſſi ſiccâ catarrhali. 211
valde gracilibus, & morbis extenuatis. 225
pinguibus. ibid.
Variolis & Morbillis. 213
Vertigine. 204
Purgantibus admiſcenda morbis ſpecifica. 246
Purgatio an inſtituenda. ✠ 147
præcepta Hippo. generalia circa ipſam. ibid.
an in acutorum principiis purgationem inſtituerit. ibid.
& quando in iis purgandum ✠ 148
Purgationes annuæ in corporibus ſanis non ſunt inſtituendæ. ✠ 147
Purgationem cur frigus turbet. ✠ 238
Purgatio aſſumpta, ſi non operetur, quid faciendum. 242
ſi nimium operetur, quid agendum. ibid.
in Febribus quo die exhibenda. 233
diebus criticis non exhibenda. ibid.
Purgationem indicantia ſigna varia. 128. & ſeq.
inſtituendi tempus. 231. & ſeq.
Purgationi Singultus aut Convulſio ſuccedens, quid indicet. 246
Purgationis hora quæ. 234. 235
dies qui. 234. 235
Purgaturus calidum ſe conſervet. 232. & ſeq.
quod exemplo illuſtratur. 243
Pus in cerebro contentum indicat ſternutatoria. ibid. & ſeq. 11
quando eadem vetat. 13
thorace contentum per diureſin excretum. 445

Q.

Quæ diaphoretica in Peſte optima. 369
renibus nociva. 445
medicamenta in Paralyſi ex Colica conveniant. 457
Quare diebus criticis à purgatione abſtinendum. 233
Quartanâ affecti ſæpius alvum adſtrictam habent. 288
tumque gravius affliguntur. ibid.
clyſteribus levantur. ibid.
Quartanæ autumnales quare longiores. 98
Quartanam curandi methodus brevis ac ſuccincta. 167. & ſeq.
quod exemplis variis illuſtratur. 171. & ſeq.
Quartanæ diuturnæ cum memoriæ labefactatione poſt largam venæ ſectionem in Muliere quadraginta & octo annorum obſervatio. 57. 58
Quartana ex Febri tertiana intermittente, aeris injuriis, Bacchique nimiâ indulſione &c. contracta, pilulis febrifugis, diaphoreticis, & purgantibus ſpecificis curata. 331
in Viro 44. annorum nephritico, ac arthritico per 4. annos durans, ſed tempore iſto liber ab omni dolore. 337
Qui debiles ſunt, qui vero non. 224
quomodo tractandi. ibid.
quod exemplo illuſtratur. 224. 225
Qui dicantur ad vomendum difficiles, aut faciles. ✠ 107. 108
Quibus clyſteribus ſalia vix addenda. 311
olea non addenda. 312
Quid per verbum *dolores* Hipp. ſenſerit aphor. 18. ſect. IV. ✠ 111
Quidnam in morbis primum conſiderandum, agendum. 1. 2. 3
ſuffituum uſurpatione faciendum. 52. 53
inter diureſin. 476. 477
ſternutationem. 30. 31
ante & inter ἀποφλεγματίζοντα. 86
vomitum agendum requiratur. 114. 115
urinæ provocationem. 476. 477
ad humoris evacuandi quantitatem attendendum. 149
in catharticis exhibendis circa ætatem obſervandum. 150
corporis habitu, & conſuetudine &c. 150. 151
ante purgationem faciendum requiratur. 235. & ſeq.
in purgatione conveniat. 239. & ſeq.
poſt purgationem quid faciendum 243. & ſeq
Qui ſudores Febres plerumque finiunt. 357. 358. 426
Quomodo, quantum, ubi, & quando purgandum. 148
Quomodo qui ſpumoſum ſanguinem ſpuunt, dextrum præcordium dolentes, de hepate ſpuere Hippocrati dicantur. ✠ 97. 98
Quomodo quis non alio artificio, niſi ſponte ſua, vomere poſſit. ✠ 108
Quot clyſteres uno die præſcribendi. 311
modis evocetur ſudor. 314. 315

R.

Rachitis familiaris eſt in Belgio, & in Anglia, & quare. ✠ 385. 386
quomodo fiat. ibid.
ſymptomatum ipſius expoſitio. ibid.
Rachitis quibus curetur. 387. 388. 389
Radix urticæ ſpecifica in Ictero. 179
imperatoriæ ſpecifica in lingua tremula. 62
Radicis Ipecacuanhæ triplex ſpecies. ✠ 90
ejus analyſis Chymica. ibid.
& vires adverſus Dyſenteriam. ibid.
necnon alios ſanguinis fluxus. ✠ 91
quomodo propinanda. ibid.
Radicis niſin, niſi, vel jenſing deſcriptio. 442. 443
vires & doſis. ibid.
tinctura optimum remedium in Colica. ibid.
Ranula quid ſit. ✠ 75
& quomodo, & à quibus cauſis fiat. ibid.
quibus medicamentis curanda. ibid.
Ranula in Ruſtico curata. 76
Ratio humorum peccantium &c. ante vomitorium habenda. 111
Refrigerantia externa in veſicæ inflammatione non diu uſurpanda. 466
Reguli antimonii præparatio. 93. 94
rubri deſcriptio. 94
medicinalis præparatio. 324
in aqua conſervatio. ibid.
in febribus intermittẽtibus. ibid.
Regulus antimonii medicinalis ſi non in aqua ſervetur, vomitus ac hypercatharſeos quandoque cauſa. 361
Renibus quæ noxia. 445
Reſinæ jalappæ præparatio. 137. 138
terebinthinæ beneficio renum exulceratio curata. 431
Rhabarbarum jecoris anima vulgò vocatur. 124
Stranguria affectis non exhibendum. ibid.
Ructus amari cum dolore &c. quid indicent. 110. 111

S.

Salia vegetabilia optima ſudorifera. 325
Salſi & tenues humores quomodo corrigantur. 60
Sanguis in capite extravaſatus ſternutatoria indicat. 12
eadem quando vetet. 13
Sanguine diſſoluto valde tenui &c. Peſte correpti laborant. 291
Sanguis ſpumoſus tuſſiendo, vel non tuſſiendo excretus unde proveniat. 97
Sanguinis miſſio cur anceps remedium in Apoplexia Celſo dicatur. ✠ 155
Sapæ vomitoriæ deſcriptio. 92
Scabies quomodo fiat, & à quibus cauſis deſcendat. ✠ 199
quando cathartica ei conveniant. ibid.
Scabiei differentiæ. 199
ſigna cauſarum. ibid.
Scabies ſanioſa in Viro quinquagenario curata. 200. 201
Scorbutus ſi paralyſi adſit, quid agendum. 328
Scrotum in quadragenario lapidea cruſta intus obſeſſum, variiſque aliis ſymptomatibus &c. obſervatum. 105. & ſeq.
Secundina poſt abortum relicta, hæmorrhagiæ uteri graviſſimæ cauſa. 45
Secretiones animales quo artificio peragantur. ✠ 428
Borelli opinio defenditur. ibid.
ſententia Dom. Vinſlow proponitur. ibid.
Senex ſexagenarius poſt Febrem infinitis puſtulis inſtar variolarum correptus; verum poſt aliquot ſeptimanas cuticulam arefactam fruſtulatim, imo de ſiniſtra manu inſtar chirothecæ avulſit. 368
Semen & radix nymphææ in viſcida ac ſabuloſa renum materia efficax. 431. 432. 444
Senes quare diuretica vetent. 472
quibus humoribus ſcateant. 296. 414
ut plurimum alvum adſtrictam habent. 296
quare clyſter hic maximè convenit. ibid.
Senna eſt pharmacum omni ætati conveniens, ac naturæ familiare. 132
Signa purgationem indicantia. 228. & ſeq.
juxta Celſum. 230
Dorncreilium. ibid.
Hippocratem. 231
ſanorum viſcerum in Hydrope. 191
Singultus quomodo producatur. ✠ 18
non eſt affectus ſtomachi, ſed potius diaphragmatis. ibid.
quibus curetur. ibid.
ſternutatoria conveniunt, ſi à ſtomachi vitio oriatur. ibid.
neutiquam vero ſi ex hepatis Phlegmone, ant Vulneribus capitis. ibid.
quando emeticis cedat. ✠ 99
Singultus ſi à bilioſis humoribus exortus, abſtinendum à purgatione. 152. 212
quomodo curandus. 212
in vomitione proveniens quomodo tollendus. 115
poſt nimiam purgationem quid denotet. 246
Soldanella eſt ſummum remedium in Hydrope. 136
Spiritus Chymici diaphoretici excellentes. 325
Spiritus ad capitis dolores contumaces &c. ſpecificus. 58
menſes ciendos ſingularis. 35
alexipharmacus diaphoreticus. 319
anticolicus. 278
cephalicus. 367
contra præcordiorum anxietates. 157
diaphoreticus antifebrilis. 318
diureticus. 443
ligni guajaci. 144
nitri dulcis aromaticus. 412. 413
ſalis armoniaci aromaticus. 238
ſcorbuticus. 270. 271
ſtomachicus. 244
theriacalis Hartmanni. 319
vini tartariſatus. 143. 144
vitæ aureus Rulandi. 128
vomitivus JS. Roet. 92
vini decocto raparum admixtus commendatur in Aphthis. 441
gargariſatus tumorem faucium &c. cito tollit. 77
Spaſmus in Ancilla frigori ſe exponendo &c. curatus. 399

Ster-

Sternutatio quomodo fiat. ✠ 31.32
Sternutatio in morbis lethalibus ſponte ſuperveniens ſalutaris ex Hippocrate. ✠ 21
quinam vero ſint morbi iſti. ibid.
nocua eſt pulmonibus malè affectis. ibid.
Sternutatoria, unde dicta. 5
quomodo operentur. ibid.
ſunt vel ſolida, vel liquida. ibid.
non omnibus promiſcuè præſcribenda. 11
Sternutatoria, erhinave conducunt
in Apoplexia. 14
aqua in capite contenta &c. 12
Epilepſia. 14
omnibus affectibus ſoporoſis. 16
pituita in capite copioſa. 11
pure in cerebro contento. ibid.
ſanguine in capite ſtagnante vel extravaſato. 12
Tremore & Convulſione. 16
Sternutatoria errhinave conducunt
in aurium Tinnitu, ac auditus difficultate. 17.18
iis, qui ſunt firmo fortique corpore. 28
qui ſunt capite firmiori. ibid.
qui nullis oculorum imbecillitatibus ſunt affecti &c. ibid.
Luna creſcente, vel jam plena exiſtente. 29
oculorum hebetudine. 11.12.16
Odontalgia. 20
Ozæna, narium obſtructione, odoratuque ab humore craſſo &c. læſo. 16
Sternutatoria errhinave conducunt
in partu difficili, Fœtu mortuo &c. 18.19
Singultu. 18
Suffocatione hypochondriaca. 19
tonſillarum inflammatione. 20
tempore matutino. 29
autumnali & hyberno. ibid.
ventre vacuo &c. ibid.
Sternutatoria ad ſanguinem extravaſatum è capite educendum ſunt proficua. ✠ 12
& ex quibus cerebri locis illum educant. ibid.
Sternutatoria in cerebri ſuppurationibus conveniunt. ✠ 11
quomodo purulentam materiam in cerebro confectam per nares evocent. ibid.
Sternutatoria in Epilepſiæ paroxyſmo ſunt ſuſpecta. ✠ 14
& quare. ibid.
in fine paroxyſmi conveniunt. ibid.
extra ejus paroxyſmum non adeo tuta ſunt. ibid.
Sternutatoria errhinave non conducunt
in Angina pituitoſa. 23
aqua ex vaſis lymphaticis adhuc extillante. 13
Aphthis laborantibus. 27
Catarrhis. 23
Gravidis, ut iis, quarum menſtrua nimia. 26
Hernioſis. 27
Hydropicis. 28
narium Ulceribus. 22
Hæmorrhagia. ibid.
Nephriticis. 27.28
oculorum affectibus. 21
pituita admodum tenaci, & viſcida. 13
plethoricis. 27
Pueris, Infantibus. 26
pulmonum affectibus. 23.24
pure immaturo in capite contento. 13
ſanguine exſtillante. ibid.
valde carnoſis. 26.27
Vertigini, eique obnoxiis. 21.22
Sternutationem excitantia folia. 6
ſemina. ibid.
excitantes radices. ibid.
ſucci. 5.6
Sternutatorio Gravida cephalæa laborans, liberata. 11.12
Sternutatoria vehementia quomodo exhibenda. 30
Sternutaturus calidum ſe conſervet, & neutiquam aeri frigido ſe exponat. ibid.
parum ambulet. ibid.
Succus ſternutatorius Maniacis & Lethargicis ſingularis. 7
naſturtii aquatici & elaterii ſpecificè in Polypo commendatur. 6
Sudor quantum ab excretione Sanctoriana diſtet. ✠ 313.314
neceſſitas iſtius excretionis demonſtratur. ✠ 314
Sudor unde prorumpat. ibid.
quanta ad illum requirantur. ibid.
Sudor in Peſte correptis novis linteaminibus non eſt abſtergendus, & quare. ✠ 423
Sudoris, & urinæ cruentæ cauſa. ✠ 352
Sudor ſanguineus ex nimio ſpirituoſorum volatilium uſu ſecutus. 415.416
Sudores in nimia quantitate non ſunt provocandi. 422.423
multi, quid indicent. 426
ſpontanei in Febribus, qui optimi. 357.358
qui optimi. 426
Sudorifera & diaphoretica quid ſint. 313
quomodo operentur. ✠ 314
eorum in claſſes diſtributio. ibid.
blanda quando exhibenda. 332
fortiora quibus, & quando exhibenda. ibid.
liquida ſiccioribus, ſicca humidioribus propinanda. 331
ſiccis præferenda, & quare. ibid.
quare efficacia remedia dicta. 332
quomodo operantur. 313.314
ſimplicia vegetabilia. 316
mineralia, & animalia. ibid.
compoſita. 317.& ſeq.
& diaphoretica Chymica Galenicis præferuntur, & quare. 322
Sudoriferorum differentia quæ. 315
& diaphoreticorum formulæ. 325.& ſeq.
Sudorifera & diaphoretica conducunt
in Arthritide & Arthriticis. 395.414
Catarrhis ſeroſis ac diuturnis &c. Catarrho

rhoſis. 348.413
doloribus capitis gravativis, & rodentibus. 341.342
Febribus continuis ac intermittentibus, qualia eſſe debeant. 357.358
ardentibus qualia. 333
Fluxu hepatico. 352
Gangrænâ. 399
Hydrophobiâ. 372
Hydropis ſpeciebus omnibus. 338.352.353
humoribus aquoſis. 337
bilioſis. 338
pituitoſis. ibid.
ſalſo-acribus. 333
halitibus venenoſis, acidis, auſteris. 340
inflammationibus internis. 389
Lue Venerea. 401.402
menſtruorum ſuppreſſione. 378.379
morbis venenatis ac malignis. 333
Paralyſi, ſpaſmo &c. 344
Peſte, & pleriſque morbis acutis, & malignis, qualia eſſe debeant. 369
Præcordiorum anxietate ex viſcidis, bilioſis &c. humoribus, vel halitibus exorta. 348
Pulmones calidos habentibus. 413
Pueris. 411.412
Scabie, omnibuſque cutis efflorеſcentiis. 392
Scorbuto. 383
Suffocatione hypochondriacâ. 350
Tetano. 397
Vulneratis. 414
Sudorifera non ſemper Febribus conveniunt. ✠ 357
inuſitata fuerunt Veteribus. ✠ 357
quando eorum numerus excrevit. ibid.
Sudorifera propriè dicta non conducunt
in Cacochymiâ. 408
debilibus. 414
emaciatis, & morbis extenuatis. ibid. & ſeq.
Febri hecticâ. 407
humoribus acidis. 340
auſteris. ibid.
bilioſis aduſtis. 341
valde viſcidis, & tenacibus. ibid.
Melancholiâ. 407.408
morbis à crudis humoribus productis. 408
ob humorum inopiam &c. oriundis 409
nimis attenuatis humoribus laborantibus. 415
Phthiſi, & quare. 402
Polypo cordis. 404
Senibus. 414
valde calidis, & bilioſis. 415
Sudorum differentiæ & ſigna. 425.426
Suffimenta unde dicta. 32
Suffimentorum differentiæ. ibid. & ſeq.
Suffimenta quomodo operantur. 33
vel ſunt liquida, vel ſolida. 34
Suffimenta affectibus ſoporoſis conveniunt, & qualia. ✠ 42
Suffimenta conveniunt
in acidis, auſteris humoribus. 39
Angina. 35.38.43
Apoplexia. 54
Aſthmate, Orthopnæa. 44
aurium, narium &c. Ulceribus. 43
capitis gravedine, Coryza. 41
Catarrhis ſalſo-acribus. 42.43.49
cerebro ſiccando, & confortando. 36
Epilepſia. 34.40.41
frigidis capitis affectibus. 42
Hæmorrhoidibus. 46
Hydrope. 49
iis, qui Hæmorrhagiæ narium &c. nunquam ſunt ſubjecti. 49.50
qui capite firmi ſunt, nec vertigini &c. obnoxii. ibid.
inteſtini recti prolapſu. 36
Lethargo, Caro. 42
Lue Venerea. 36.47
lympha, ac ſaliva tenaci. 38
menſtruis ſuppreſſis. 35.44.45
narium obſtructione. 41.42
oris Ulceribus ex Lue Venerea contractis. 35
Paralyticis. 49
Phthiſi. 44
pituita viſcida. 37.38
Pueris, omnibuſque humidioris conſtitutionis. 48
ſaliva &c. nimis aquoſa. 38
Suffocatione hypochondriaca. 34.39.40.41.44
ſuppuratis, Empyicis. 49
Teneſmo. 46
uteri anique prolapſu. 45.46
Suffimenta Ulceribus narium, aurium, uteri conveniunt, & quare. ✠ 43
ad ulcera iſta trochiſci pro ſuffumigio eximiæ virtutis. ibid.
Suffimenta non conducunt:
in Arthritide. 48
Aſthmate, Orthopnæa à pituita craſſa, viſcida, ac tenaci productis. 47
auſteris, acidiſque humoribus. 39
bilioſis humoribus. ibid.
Catarrhis calidis. 47
Febribus ardentibus, acutis, bilioſis, malignis &c. 51
Gravidis. 50
iis, qui bilioſæ ſunt conſtitutionis. 51
qui dolore capitis ardente &c. infeſtantur. ibid.
Lactantibus. 50
Lienteria, Dyſenteria, &c. 48
macilentis. 50
morbis extenuatis. ibid.
Pleuritide, Peripneumonia. 48
ſanguine tuſſi &c. producto. 39
viſcidis ac craſſis humoribus alio in loco, quàm in capite exiſtentibus. ibid.
Senibus. 50
Suffimentum ex moſcho, ambra, &c. Hyſtericis nocivum. 53
Suffitus uſurpandi tempus. 51.52
Suffitum uſurpaturo, quid faciendum. 52
Suffocatio hypochondriaca quomodo fiat tam in Viris, quàm Mulieribus. ✠ 19
Veterum opinio rejicitur. ibid.
& Sylvii minus probatur, quàm theoria Williſii. ibid.
Suffocatio hypochondriaca in Viris obſervata. 19

ejuſ-

ejuſque curatio. 20
gravisſima in muliere poſt menſes ſuppreſſos exorta, curata. 81.82
Sulphurea ex ſulphure parata medicamenta externè ulceribus applicata, nigrorem ſæpius inducunt. 10
Suppoſitorium quid ſit. 252
quare adhibendum. ibid.
quotuplex. 252.253
quomodo vulgò conficiatur. 259
conſervetur. ibid.
commendatur in affectibus ſoporoſis. 259
Aſcaridibus. 260
flatibus. ibid.
dolore ani. ibid.
Suppoſitorium ex ſaccharo penidio, lardo loto, & caſeo recenti valet ad Lumbricor. 260.282
Suppoſitoria in primis acria non conducunt in Hæmorrhoidibus, & cæteris ani tumoribus. 294
ani fiſſuris. 295
quibus in affectibus &c. conveniant. 252.290
Suppoſitoriorum formulæ. 259.260
Surdæ natæ Puellæ mira hiſtoria. 67.68
Puellæ autem ſcribendi, loquendi, legendi edoctæ hiſtoria. 68
Surdi ſentiunt quandoque per oculos, quod per aures prius edocebantur. ✠ 68
quomodo à nativitate tales inſtrui poſſunt, ut voces proferant, & ab aliis prolatas intelligant. ibid.
Surditas ex ſordibus in auribus retentis, quomodo curanda. 66
Surditatis, cum tinnitu aurium, in Viro quadraginta circiter annorum obſervatio. 65.66
Syringæ in Angina commendatæ delineatio. 163
Syrupi adſtringentis deſcriptio. 104
ex colocynthide Sylvii. 127
diacolocynthidos Freitagii. ibid.
de rheo ſimplicis Sylvii. 123
magiſtralis Stapedii. 137
nephritici deſcriptio. 430.235

T.

TAbellæ ſcammoniatæ Sylvii. 124
Tabes & Atrophia quare purgationem vetent. 212
Tabis dorſalis deſcriptio ex Hippocrate. ✠ 26
Tabidis ſternutatoria nocent. 26
Temperata diaphoretica bilioſis quare exhibenda. 333
Tempus ἀποφλεγματίζοντα uſurpandi quale. 85
θυμιάματα uſurpandi. 51.52
purgationem inſtituendi. 231.& ſeq.
clyſteres & ſuppoſitoria adhibendi. 308.309
quo diuretica conveniunt. 474
ſudores provocandi. 416.417
ſternutatoria ac errhina uſurpandi. 29
vomitum inſtituendi. 112
Tempore Peſtis acria medicamenta cathartica non uſurpanda. 213
Teneſmus in Juvene 17. annorum curatus. 280
Teneſmi in alio Juvene obſervatio. 46.47
curatio ſuffitu. ibid.
Tetanus una cum deliquio animi, ac dolore artuum graviſſimo in Juvene febri ſuperveniente curatus, verum aeri frigido ſeſe exponens, denuo tetano correptus, & quibus tandem liberatus. 397.398
Tetanus ex vulnerato pede per octo dies, ac curatus. 398.399
Tinctura antiepileptica. 157
antihyſterica noſtra. 82
bezoardica Michaelis. 322
catholica noſtra. 142
diaphoretica. 322
gummi laccæ. 8
ſingulariter convenit ad gingivas putridas, laxas, & fœtidas. ibid.
Kinæ Kinæ. 175
nephritica. 433
radicis jenſing, vel niſin valde commendatur in Colica. 442
ſtomachica noſtra. 178
veneris. 266
Tinctura gummi laccæ Hadriani à Mynſicth. ✠ 8
cum phlegmate vitrioli parata. ibid.
Tinnitus aurium à quibus cauſis oriatur. ✠ 18
quare ſternutatoria ei curando conveniant. ibid.
Tinnitus aurium &c. in Muliere triginta quinque annorum. 69
Topica in aurium morbis neutiquam frigida uſurpanda. ibid.
Theriaca nephriticis medicamentis, quare addenda. 438
Tremor digitorum ex abſciſſione filamentorum contrayervæ exortus, ac quomodo curatus. 365
Trochiſci ad menſes provocandos potentiſſimi. 37
Trochiſci pro ſuffumigio ad ulcera narium eximiæ virtutis. ✠ 41
Turpeti mineralis deſcriptio. 67
Turundæ ad Hæmorragias narium. 10
Tuſſis ut plurimum à Catarrhis. 81
moleſta & hæmorrhagia lethalis nonnunquam à ſuffimentis excitatur. 39
ſicca catarrhalis quomodo curanda. 211.212
Tubarum ſoniferarum deſcriptio. 66.67
uſus. ibid.
Tumor, poſt omnium partium torporem in inguine dextro, quo curato poſt menſem tres ejuſmodi tumores in crure ſiniſtro apparuere; quibus ſanatis poſt triennium tumor ingens, durus, ſed æqualis in poſtica thoracis parte, jam accreſcens jam decreſcens pro Lunæ varietate &c. exortus, & quibus curatus. 216.& ſeq.
Tumor æqualis in Viro, dolorificus circa mammam, creſcente Lunâ intumeſcens, decreſcente eâdem, detumeſcens; omnibus fruſtra adhibitis, incidit in febrim quartanam, & mox liber ab omni dolore, duritie & tumore, ſublatâ autem febri, tumor & dolor, tandem quibus curatus. 334.& ſeq.
Tumor in Puero 14. annorum pro mutatione Lunæ decreſcens vel accreſcens obſervatus. 337
Tumor ſimilis fere in quinquagenario repertus, verum febri afflictus, mox à dicto tumore &c. liberatus. ibid.
Tumor in pedis majori digito, ex quo ultra quinquaginta oſſicula ſpongioſa. 382.383
Tumorum linguæ duplex ſpecies ex Galeno. ✠ 159
intumeſcentiæ ipſius hiſtoriæ elegantes. ibid.
quid agendum in vero ejus Tumore. ibid.

Valde

V.

Valde carnoſis quare ſternutatoria non exhibenda. 26.26
Varii calculi in folliculo fellis reperti. 153.455
Variolæ albicantes, & Cryſtallinæ quid ſint, & quomodo fiant. ✠ 294
Arabibus etiam cognitæ. ibid.
Venæ ſectio larga in Pleuritide quando conveniat. 266
in Ictero an inſtituenda. 181
Ophthalmiâ commendatur. 265
Colicâ quando, & ubi inſtituenda. 273
Peſte neutiquam convenit. 370
nonnunquam Hydropes, & morbos chronicos inducit. 182
nimis larga mutum quempiam reddidit. 68
Venter ſuppreſſus, & hinc caligines, capitis dolores &c. indicat purgationem. 228
Ventres inferiores juxta Hippocratem quando purgandi. 232
Vernum tempus quare aptiſſimum purgandi. 231
Vertigo quomodo producatur. ✠ 21
& quomodo à ſanguinis copia. ✠ 205
monita circa ejus curationem. ibid.
Vertigo quomodo curanda. 204.205
quare ſternutatoria vetet. 21.22
tenebricoſa undenam, & quid indicet. 110
Vertiginoſis quare ſternutatoria non conveniant. ✠ 21
Veſiculæ aquâ limpidâ repletæ, quibus inciſis, ſubjacentes partes Gangrænâ affectæ. 400.401
Veſica bilaria calculis referta. 455
Vinum medicatum ad menſes ſuppreſſos. 195.196
purgans antifebrile. 301.302.351
in Anaſarca. 452
Hydrope. 191.354.355
Apoplexiâ. 262
appetitu abolito. 339.340.351
auditus difficultate. 65
corporis debilitate. 224.225
cephalicum. 16.343.346
diureticum contra intumeſcentiam &c. 354.355.411
contra flatus, & præcordiorum expanſiones. 266
Hemiplegiam. 62
contra Lumbricos, &c. 282
memoriæ labefactationem. 57
motus epilepticos. 129.130
& Suffocationem hypochondriacam. 41
Quartanam. 116.172.237
& ſuffocationem hypochondriacam. 175
menſtrua ſuppreſſa. 245.289
Suffocationem, & menſtrua ſuppreſſa. 82
Tetanum. 398
ventriculi debilitatem. 421
Virgo Febri epidemica 1691. correpta, poſt alterum paroxyſmum ſubitò muta facta eſt cum ſalivatione, variis ſed fruſtra exhibitis, tandem apophlegmatiſmo &c. curata. 366
Vir, cujus ſcrotum ex Febri quotidiana continua, ſexto morbi die inflammatur, & intumeſcit &c. cum ſumma duritie, internè tandem cruſtâ lapideâ fuit obſeſſum, illæſis teſticulis, incolumis etiamnum vivit. 105.106.107
Vir ex variis aeris injuriis Scorbuto &c. affligitur, urinâ nigro craſsâ redditâ, ſymptomata erant mitiora; è contra vero, ubi urina clara; octavo die multis petechiis per totum corpus diſperſis, ſummo pariter cum pruritu &c. afficitur, & tandem curatur. 268.269.270
Vir bilioſus dulcibus deditus, varios ſubinde calculos &c. per urinam excernens, in dolorem ventris rodentem cum vomitu &c. incidit, & curatur. 278.279
Vir ex variis crudis aſſumptis incidit in appetitum abolitum, ventris tormina, doloremque corporis gravativum &c. quibus præmiſſo clyſtere, & hauſtu purgante, mixturâ ſudoriferâ &c. curatus. 326.327
Vir Felis rabidæ morſu poſt ſeptimanas aliquot in Hydrophobiam incidens, fatis ſubitò ceſſit. 72. & ſeq.
Vir Arthritide ac Nephritide per annos aliquot afflictus, Febri quartanâ correptus, liber ab omni dolore. 337
Vir bilioſus Febri, pruritu, maculis, ac petechiis per totum corpus erumpentibus, variis fruſtra uſurpatis, infuſione pedro del porco curatus. 392.393
Vir catarrhoſus ex Febri continua una cum dolore rodente &c. veſiculis aquâ limpidâ impletis per univerſum corpus corripitur, quibus inciſis, partes ſubjacentes Gangrænâ affectæ erant, omnibus fruſtra adhibitis, obiit. 399.400
Vires conſervandæ in Peſte. 370
Phthiſi quammaximè. 402
Viſus hebetudo undenam ſæpe orta. 70
Viſus reſtitutus ex cranii inuſtione, & quare. ✠ 73
Vitri antimonii præparatio. 94
Vitriolū Cyprinū in Aſcite optimum remedium. 355
Vomitio Tabeſcentibus ab Hippocrate interdicta, ſed Tabidis permiſſa, & quare. ✠ 102
ſed ab illa quoque in Tabidis abſtinendum. ibid.
Vomitoria quid ſint. 89
quomodo operentur, & quid efficiant. ibid.
quibus in morbis, & quibus in Hominibus conveniant. ibid. & 98.99.100.101.109
noceant. 89.90.102.& ſeq.
Vomitoriorum differentiæ. 90
Vomitoria ſimplicia quæ ſint. ibid.
vehementiora. ibid.
chymica primas ſubinde tenent. 91
antimoniata potius in infuſione, quàm in ſubſtantia exhibenda. 92
quidam ferre non poſſunt. 117
grata ſæpe per inferiora operantur. 116
Vomitoria conveniunt
in Apoplexia. 99
Arthritide. 100
Aſthmate. 100.101
aurium Tinnitu. 110
Cholerâ, & quæ exhibenda. 99.100
cibi faſtidio. 110
Epilepſiâ ſympatheticâ. 98.99

Doloribus capitis inveteratis. 100
Febribus intermittentibus, in primis tertianis, & quartanis. 98
Fœtu mortuo. 101
Hominibus ad vomitum facilibus. 109
aſſuetis. ibid.
bilioſis. ibid.
capite firmo præditis. ibid.
gracilibus. ibid.
quibus materia morbifica ſurſum fertur. ibid.
thorax eſt amplus & latus. ibid.
ſtomachus eſt fortis. ibid.
humoribus aqueis in ventriculo contentis. 96
bilioſis. ibid.
pituitoſis copioſis in ventriculo hærentibus. ibid.
Nauſeâ. 111
Hydropis principio. 101
oculorum madore. 109
partu difficili. 101
Peſtis principio. 96. 97
ſalivâ frequenti. 110
Singultu. 99
veneno quocunque in ventriculo exiſtente. 96
Vertigine tenebricoſa. 110
Vomitoria non conducunt
ad vomitum difficilibus. 107. 108
in Angina. 105
anguſto pectore laborantibus. 108
aurium & oculorum morbis. 105
debilibus. 107
Febribus hecticis. 102
Gravidis. 107
humoribus acidis, auſteris &c. 97
Herniis affectis. 107
Hyſtericâ paſſione. 104
inflammatione interna & externa. 105
Lienteriâ. ibid.
Melancholicis. 108
mollibus, ac delicatulis. 107
naturâ nauſeabundis. 108
Pueris. 107
Phthiſi. 102. 107
Pleuritide, Peripneumoniâ, & quando. 111
pulmonum morbis. 102
ſanguine tuſſiendo &c. effuſo. 97
Tabe. 102. 107
valde carnoſis. 108
Vomitu ſymptomatico. 105
Vomitoriis incidens ac attenuans in Aſthmate additum, quid valeat. 97
purgantia ſubinde adjungenda. 116
Vomitui ſi Singultus adveniat, quomodo tractandus. 115
Vomitus quomodo fiat. ✠ 89
Ventriculus primariò ei inſervit. ibid.
ſed diaphragma, & muſculi abdominis quoque concurrunt. ibid.
Vomitum aliquando opium aſſumptum inducit, & quando. ✠ 78
Vomitus præternaturalis plures ſpecies, & cauſæ. ✠ 105
monita circa ejus, & Choleræ curationem. ibid.
Vomitus ſi nimis vehemens &c. quid agendum. ibid.
immodicus quid mali afferat. 108
Vomitum inſtituendi tempus quodnam ſit aptum. 112
Vomitum quæ ſiſtunt externè vel internè. 115
Vomitus ac hypercatharſis ex regulo antimonii medicinali. 361
Vomitus ex antimoniatis ſi nimius, quid agendum. 115
Vomitus in Peſte ſymptoma curatu difficillimum. 371
ſymptomaticus vomitoriis non curandus. 105
Vulnerati infra purgandi. 203
Unguentum ad vermes. 121
Podagricum ſingulare. 397
ad Scabiem. 201
urinam provocandam. 476
Urina quomodo à ſanguine in renibus ſecedat. ✠ 428
429
Urinæ cruentæ cauſa. ✠ 352
Urina in nimia quantitate non provocandâ. 477
purulenta ex acidis diureticis producta. 449
ſuppreſſa externis quibus provocanda. 476
Urinæ nimiæ quomodo ſiſtendæ. 477
ſedimento refertæ purgationem indicant neceſſariam. 229
limpidæ & claræ in phthiſicis, igni impoſitæ, mox lacteſcunt. ibid.
limpidæ & claræ in ſanis quid ſignificent, & quid faciendum. ibid.
Ulcus pulmonum quomodò ex tuſſi proveniat. 211
Ulceroſi quomodo curandi. 219
Univerſalia præmittenda apophlegmatiſmis. 86
ſternutatoriis. 29. 30
ſuffimentis. 52
Uteri procidentia quid ſit. 45. 46

F I N I S.

Men-

Menda, quæ inſcitiâ & Typographorum incuriâ in hanc irrepſere editionem, quæque majoris momenti eſſe videbantur, hîc ad Operis calcem notavimus, ut Lector benevolus ex iis permonitus illa corrigere non dedignetur.

Pag.	Lin.	Pro.	Lege.
2.	15.	nc.	ne.
5.	3.	viſcitatemve.	viſciditatemve.
ibid.	42.	afferit.	aſſerit.
10.	29.	pitutæ.	pituitæ.
33.	53.	abhorruiffe.	abhorruiſſe.
34.	29.	Cinam.	Cinnam.
40.	11.	ſuſſitu.	ſuffitu.
43.	39.	ad.	ab.
54.	35.	fūnt.	ſunt.
120.	36.	pilulæ &c.	pulvis, hujus dimidiam partem veſperi, mane alteram aſſumant &c.
121.	7.	ʒvij.	ʒxij.
119.	6.	inſommia.	inſomnia.
147.	8.	prodit.	prodiit.
313.	12.	reconvaleſunt.	reconvaleſcunt.
315.	16.	ſodorifera.	ſudorifera.
338.	26.	diphoreſin.	diaphoreſin.
352.	50.	moſehata.	moſchata.
358.	18.	rerando.	perando.
359.	18.	qnare.	quare.
399.	7.	ſangniniſque.	ſanguiniſque.
413.	29.	qni.	qui.
423.	24.	auctoritarem.	auctoritatem.
426.	11.	eauſa.	cauſa.
454.	19.	dolo e.	dolore.
455.	3.	per perſpicaciſſimus.	perſpicaciſſimus.
464.	38.	eorumqne.	eorumque.

TAB. I.







Fig. I.
A
E
F F
D
C B
G
G
B
D
2
A
B
C
3
E
4
E
5
4
D
10
a
b
b
b
7
b
6
a
a
4
3
2
9
H
D
E
D
F
8
G
A
9
6
5
I


Fig· I·
2
3
4
5
6
7
8


Fig. I.
2
3
4


Fig. 1
Fig. 2
Fig. 3
Fig. 4
Fig. 5


TAB. VI.
Fig. 3
Fig. 2
Fig. 1
L
M
N
O
I
H
K
G
F
F
F
A
A
A
E
B
D
C
B
B
E
D
F
F
F

Electuarium antifebrile ——————— p. 274.